This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

TAYLOR INSTITUTION
DOMI NUS ILLU MINA TIO MEA

58 a. 11

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Editor autem quinque fasciculorum est Hieron. August. Groschuffius

Digitized by Google

NOVA LIBRORVM RARIORVM CONLECTIO,

QVI

VEL INTEGRI INSERVNTVR

VEL

ADCVRATE RECENSENTVR.

FASCICVLVS PRIMVS.



HALIS MAGDEBVRG.
IN OFFICINA RENGERIANA.
A. O. R. CIƆ IƆ CCVIIII.

Digitized by Google

LIBRARY OF THE TAYLOR INSTITUTION
UNIV... 3 OCT 19.. OF OXFORD
Digitized by Google

Bonae Mentis Lectori.

RECte illi meo faciunt iudicio, qui libris accurate cognoſcendis operam ſuam impendunt, nec argumenta modo, quæ continent, ſed editiones quoque, ſi quidem plures dantur, bene ac diligenter obſeruant. Nam præter ea, quod multum habet voluptatis illud ſtudium, inſignem quoq; vtilitatem adfert, & humanitatis doctrinæq; ſtudia egregie amplificat. Externæ librorum ſpecies ſæpe fallunt, & a facie magis, quam a cura & ſolidiori ſtudio nobis commendantur. Hinc operæ pretium fuerit, ex libris & variis eorumdem editionibus diligenter evolutis & conlatis præſtantiam operis diiudicare, ac emendatos libros a corruptis & depravatis bene diſcernere. Proſtant ſæpe in officinis libri, qui auguſta forma, eleganti charta litteriſque nitidiſſimis expreſſi, oculos noſtros perſtringunt, ac vehementer adficiunt, ſed interiora voluminum vbi paullo accuratius inſpexeris, & iudicio ſæpe & ſolidiori do-

Digitized by Google

ctrina vacant, mendiſque adfluunt pene innumeris, & ab aliis editionibus, quamquam non adeo ad exteriorem oſtentationem expreſſis, facile ſuperantur & cedunt. In ſcriptoribus romanis vetuſtioribus, quos in vſum DELPHINI adornatos & exſcriptos eſſe conſtat, quid quæſo eſt, quod tantopere liceat admirari? chartæ quidem ſplendorem & litterarum elegantiam hic admiramur, ſed notæ illæ, quæ ſcriptoribus illis adiiciuntur, nec ſelectæ ſatis, nec iudicio conquiſitæ ſunt, & qui in fine adparent indices; numeroſiſſimi quidem, non tantum ſpondent vtilitatis, quantum vel *Freinſhemiani* vel *Boecleriani* indices nobis oſtentant. Ex iis enim bene multis in DELPHINI vſum exſcriptis libris vnicus tantum eſt viri doctiſſimi IO. HARDVINI Plinius, *a*) qui ætatem feret, & ab induſtria, ac diligenti manuſcriptorum conlatione, notisque egregiis commendatur. Sed is eſt ſæculi noſtri genius, ea inveterata conſuetudo: non libros modo nullius pretii ac ponderisq; efformat, ac coetui litterario obtrudit, ſed libros quoque in publicam emittit lucem, vitioſos ſatis & operarum manu valde deprauatos. Ipſi adeo Belgæ, qui a bene longo tempore in emendata librorum impreſſione laudem ſibi præcipuam vendicarunt,

ac

a) *Plinius Harduini prodiit Pariſ. 1685. 4. quinque voluminibus.*

Digitized by Google

ac reliquis etiam Europæ gentibus hac in parte palmam præripuere, nunc quaſi gloriæ huius pertæſi multum a maiorum veſtigiis declinant, nec adeo eleganti & pura charta vtuntur, nec tanta, vt olim, accuratione libros exſcribunt: pauci admodum in Belgio ſuperſunt, qui decus illud avitum ſervare ac tueri etiamnum ſtudeant. De IO. GEORG. GRAEVII Antiquitatibus romanis *b)* in faſciculos collectis & in Batavorum terra exſcriptis quid ediſſeram? certe quoties opus vtiliſſimum adſpicio (adſpicio autem cotidie) & indignor plane & doleo etiam. Nihil in exteriore veſte deſideramus, chartæ nitor, litterarum elegantia cæteraque librum maximopere commendant, ſed non æque emendandi ac corrigendi ſtudium, quod penitus neglectum videtur: ſæpe voces vitioſe transſcriptæ, & integra quandoque orationis forma omiſſa eſt, quod non inluſtri quidem operum conlectori, ſed operarum negligentiæ adiudicabis. Iam vero quid de Germania, communi

b) vide viri Clar. Caſp. Lindenbergii ſcholion de Erroribus typographicis, Novis Litterariis Maris Balthici A. 1706. menſe Ianuario inſertum, ubi p. 16, itidem de Graevii Antiquitatibus romanis minus emendate excuſis conqueritur, & exemplis rem confirmat: idem obſervat, Gronovii Antiquitates graecas non minoribus typographorum erroribus laborare. Sed de his aliquando verboſius agemus.

Digitized by Google

ni patria noſtra cenſendum? quotusquiſque eſt, qui ad maiorum ſuorum exempla ſe componit, & libros emendate ac polite exſcribit? ſummo olim in pretio erant apud Argentoratenſes *Ribelii* & *Cephalei*, apud Baſileenſes *Frobenii*, Francofurtenſes *Wechelii c*), & Lipſienſes *Voegelini d*); acerrimi artis typographicae in Germania inſtauratores, qui eleganter, terſe ac ſine exſtantioribus pene mendis libros evulgabant. Ea vero laus germanis propria nunc prorſus obſolevit, & quod mirere, non una ratione corrupta & commaculata eſt. Nulla amplius in imprimendo cura, nullum ſtudium adhibetur, & complures eorum officio ſuo ſatis functos exiſtimant, ſi quocunque modo exſcriptos codices orbi obtrudant. Litterae germanorum ſunt rudes, inconditae, nec ad artem ſatis effictae; charta foedior paullulum, horridiuſcula & immundior. Miror vero proiectam nonnullorum audaciam, qui libros ſuos quamquam multis operarum vitiis abundantes ab emendandi ſtudio lectori omnibus modis commendant, idque ſplendide etiam in libri fronte mentiuntur, cum omnium

c) *hic Andream Wechelium velim intelligas, nam quae poſt ipſius obitum ex officina huius prodierunt, nec curo, nec commendo; & grandioribus ſaepe ac multis typographorum erroribus ſcatent.*

d) Eſt Erneſtus Voegelinus Conſtantienſis, cuius libri cum Aldinis ac Iuntinis merito certant, ac mihi aeque ſunt pretioſi.

Digitized by Google

mnium ſint vitioſiſſimi & egregie depravati. Abſit vero, vt omnis litterarum elegantia ex oris noſtris aufugiſſe hinc credatur: ſuperſunt adhuc nonnulla priſcæ laudis fragmenta ac relliquiæ, ſed quas LIPSIA, ille germaniæ ocellus, ſibi ſoli nunc adſervat, & ſpectatoribus ſuis exponit. In hac quippe urbe complures ſunt officinæ, ex quibus non eleganter minus quam accurate libri prodeunt, vt & aliquam induſtriæ ſuæ laudem ferant, & alios exemplo ſuo provocare poſſint. Quoties THOM. FRITSCHII viri integerrimi tabernam liberariam ingredior, ex libris ipſius, quos terſe ac nitide exſcribi curat, & venales exponit, inſignem capio voluptatem, mireque adficior. Exemplo nobis eſt *Lactantius*, ille Chriſtianorum Cicero, ſtudio CHRISTOPH. CELLARII recenſitus & emendatus, quem *Fritſchius* tam eleganti habitu ac nitore ante decennium *e*) evolgauit, vt typi & chartæ elegantia, multaque emendatione, quæ adhibita eſt, vel cum vetuſtis Belgicis de principatu poſſit contendere. Jam eiusdem Fritſchii ſumptibus *Lexicon Cellarianum* recuditur, in multis denuo locupletatum locis & auctum: dici non poteſt, quanta cura, quo ſtudio & qua accuratione emendentur omnia & corrigantur. Nullus labor, qui ſtu-

e) Lipſ. 1698. 8.

Digitized by Google

ſtupendus eſt, hic reformidatur, nulli quoque ſumptus, qui eximii ſunt, vllo modo reſtringuntur. Cuius viri optimi exemplum vtinam & alii in germania ſequerentur, facerentque, quod & nomine ſuo & ſæculo ac poſteris etiam dignum foret. Nec dubitamus, quin ad priſca illa ſæcula, quæ a diligenti librorum emendatione laudem cumulate reportarunt, ſit acceſſura ætas noſtra aliquando & ea multum quoque ſuperatura. Sed vana ſunt, quæ præcipimus vota, & fruſtraneæ queritantium voces habentur. Non facile elogium, Germanis olim a Michaele Neandro *f)* vindicatum, & ex accurata voluminum reviſione promeritum, hic revocabitur. Malum illud, quod infedit iam diu, & prorſus inveteravit, non adeo exſtirpari poterit; quicquid etiam obgannias, clamites ac repugnes, ſemper men-

doſi

f) Mich. Neander in Præfatione Theologiæ Bernhardi & Tauleri præfixa egregie laudat libros in Gallia & Germania tam emendate excuſos. Ioſephi, inquit, & Philonis Iudæorum græca, luculentiſſima & eloquentiſſima ſcripta, adeo pulcris typis & characteribus in Gallia & Germania excuſa, vt ſi angelis tales litteræ pingendæ eſſent, non ſint picturi & effecturi pulcriores, quemadmodo id dicere & adfirmare aliquando non eſt veritus Argentinæ vir quidam doctrina auctoritate & meritis magnus de Macariis homiliis elegantiſſimis, græcis typis tunc primum ad publicationem elaboratis.

Digitized by Google

doſi erunt libri, nihil *Colonienſes*, nihil *Veneti*, *nihil Genevenſes* a more ſuo recedent, quibus ſolemne hactenus fuit, libros viliori quidem pretio, ſed mendoſisſime exſcriptos protrudere. Neque vero huius perverſi moris cauſſas adeo ignoramus, inter quas vel illa omnium prima ad connumerari poteſt, quod illi, qui emendandi officio præſunt, nec latine nec græce ſæpius ſciant, ac leuisſimo etiam ſtipendio conducantur. Qua re multum omnino ab exemplo veterum diſcedunt, qui non niſi doctisſimos viros huic præficiebant muneri, & ſtipendio pulcerrimo ad id laboris genus conducebant, vt omnia curate ad exemplum conferrent, male translocata reponerent in locum, reſecarent ſupervacanea, & nævos hinc inde reſidentes eximerent. Sed longius ab inſtituti mei ratione ſentio me diſcesſiſſe, ſiquidem non de libris vitioſe ac corrupte impresſis diſputare eſt animus, ſed de rarioribus maxime codicibus, qui in terris noſtris non facile reperiri ſolent, cauſis itidem raritatis eorum expoſitis & ſubiunctis. Fateor tamen, me labori huic bene adminiſtrando eſſe imparem plane. & requiri hic viros longe doctiores, qui multis doctrinæ præſidiis inſtructi ſunt, iudicio ac rerum vſu pollent, & præſtantisſimas bibliothecas excutiunt, nec otio quoque ſunt deſtituti. Quæ cum animo meo primum obverſarentur, & ea

omnia

omnia longius abeſſe a me deprehenderem, omnem abieci conatum, & me velut rei huic gerendæ minus idoneum condemnaui. Vbi vero & animum collegiſſem, & multæ amicorum efflagitationes accederent, placuit in manus reſumere, & quæ olim conceperam in ſchedis, hic retractare, & prolixius deducere. Nam qui hoc argumenti genus ſit proſecutus, nemo exſtat, & ad ipſum raritatis numerum accenſeri debet. Novimus quidem virum aliquem egregie doctum nonnihil in hoc argumenti genere tentaſſe, & potiora *obſeruationibus*, g) quæ Halis Magdeburgicis edebantur ante paucos annos, inſeruiſſe, ſed ibi non aliorum facile, quam proſcriptorum librorum enarratio continetur. Idem vir doctiſſimus integrum huius argumenti volumen perſcripſit, & *hiſtoriæ litterariæ arcanæ* nomine inſignivit, in quo varii generis libros rariores adnotavit ſedulò & percenſuit, dignum ſane, quod publicæ exſcribatur. Sed graviora, quæ intercedunt negotia, diſtringunt maximopere virum optimum, vt quæ confecta habet, abſolvere ac iuris publici facere non licuerit. Cæterum quæ *Crenius* h) Cinellus i) Mar-

g) *in obſeruationibus Hallenſibus Tom. X. obſ. VIII. & IX. p. 184. ſeq. atque hæ obſervationes Iac. Freder. Reimmanno debentur.*

h) *Th. Crenii Animadverſiones philologicas & hiſtori-*

cæ

Marvillius k) aliique non indocti viri iſt hoc de argumento egerunt, egregia ſunt omnia, & laudem promerentur. ſed quod leviter & non niſi raro hoc argumentum attingant, nec latius perſequantur, multa eximia & cognitu neceſſaria maxime praetermittunt, quæ ignorare nos oportet. Itaque non abs re fuerit, huic eleganti & utiliſſimo labori manus iniicere, & alios exemplo provocare, qui hanc pulcerrimam in

as hic intelligimus, quarum Pars XVI. non ita pridem Lugd. B. 1708. prodiit, & egregiam librorum notitiam ſpectantes, ut mirer perſonati hominis Severini ac Clericorum iudicium, quod de iis in epiſtola publice Ann. 1706. Amſtelodami exſcripta dedit: illud vero ita ſe habet: quod doctrina ſua edidit (Crenius) ſpecimen? certe ſi quid ſibi laudis nova ſchedularum quarundam editione pepererit (quod certe exiguum eſt) id omne nihilibus notis ab eodem ſuis obfuſcatur. De animadverſionibus dices? ſed proh! quam illa aridæ, quam ieiunæ, quam tetrico ſtylo ſcriptæ. Si ſuum cuique reddas auctori præter connectendi particulas, nihil in iis Crenianum, & niſi hinc inde docti cuiuſdam viri inſerta eſſet epiſtola, forent profecto alio loco, quam librariorum vel eruditorum ſcriniis digniores.

i) *Bibliothecam edidit volantem, in quam ſchedas rariores retulit ac conlegit. Pars eius XVI. prodiit Venetiis 1706. in Actis Erudit. Lipſ. A. 1707. p. 128. recenſita, & plures forſan nunc prodiere, ſed eiuſmodi deliciæ raro ad germanos exportantur.*

k) *in Melange d'Hiſtoire & Litterature, ubi egregie commentatur obſervationes.*

Digitized by Google

in ſe ſuſcipiant provinciam, & me doctius hoc argumentum deducant: quibus exoratis & ex voto conſecutis, labor hic rudis admodum, & inconditus, minimeque concoctus illico ceſſabit. Sed nos ſine multa verborum circuitione ad rem ipſam.

Enim vero non pauci ſunt libri, qui, quod in præſtantiſſimis bibliothecis vix reperiantur, & a nemine prorſus ſint lecti ac evoluti, non ideo exſtare creduntur. Quis librum toto orbe decantatum, cui nomen à *tribus impoſtoribus* impoſuere, conſpexit umquam aut legit? multus omnium de iſthoc volumine eſt ſermo, nec infrequentes ubique diſputationes habentur: ſed plurima incerta ſunt, dubia multumque fallacia. Notæ ſunt controverſiæ illæ inter clariſſimos Viros *Burc. Goth. Struvium* & *Guil. Ernest. Tenzelium* non ita pridem iſthoc de argumento excitatæ. Namque *Struvius in diſſertatione ſua de doctis impoſtoribus, introductioni ad rem literariam ſubiuncta l)* plane fœtum iſtum de tribus Impoſtoribus ſacerrimum negabat ſupereſſe, aut extitiſſe vmquam, & pro otioſorum hominum commento habebat: cui vero *Tenzelius m)* rei veritate commotus merito contradixit, & non exſtare ſolum multis verbis ac operoſe comprobavit,

l) Ienæ primum 1703. 8v. edita.

m) *in bibliotheca curioſa A. 1404. p. 487. ſqq.*

n) *hunc Io. Guil. Peterſenium eſſe novimus, ſed quoniam lingua toſcana eſt ſcriptum, pro ſuppoſititio ſcripto habendum.*

Digitized by Google

bavit, ſed libri quoque huius exemplum lingua toſcana exaratum apud quendam amicorum ſuorum *n*) adſervari contendit, ſed utrique viri conquievere poſtea & a conflictu & contentione abſtinuere: ipſe etiam *Struvius* cum ſecundas diſſertationi ſuæ curas *o*) adhiberet, veterem mutavit ſententiam, & ſupereſſe eiusmodi librum licet raritate inſignem, nunc nihil repugnat, adductus inprimis loco aliquo inluſtri, quem in *Campanella atheiſmo protrato p*) forte offenderat. Alia hic adiungere & commemorare poſſem, de iſto libro, niſi moroſum viri cuiusdam docti ingenium, quod arcanorum ſilentium imponit, intercederet. Illud vero & bona fide ac vere adfirmamus, exſtare hunc librum perditisſimum, & typis germanorum, latino item ſermone & in octava, ut dicunt, forma exſcriptum. Non alienum, credo, fuerit a præſenti inſtituto adiungere & recenſere, quæ a pio & docto quondam viro accepimus. Is eſt meritis ac fama inſignis *Andreas Myhldorfius*, orator apud Noribergenſes ſacer, & bibliothecæ illius loci curator diligentiſſimus, apud quem cum forte diverterer, & multam de libris rarioribus orationem haberem, iniecta forte libri

o) inſerta eſt diſſertatio introductioni denuo ad rem literariam auctior & emendatior A. 1706. 8v. vbi p. 25. plenius edocemur.

p) conf. *Struvii Acta Litteraria ex manuſcriptis eruta Faſc. II. p. 77. ubi de atheiſmo Campanellæ leges.*

libri de tribus impoſtoribus mentione, vltro ac ſine mora profeſſus eſt vir fide digniſſimus, ſe librum iſtum maledicentiſſimum in manibus ſuis habuiſſe & volutaſſe; poſſeſſore etiam libri, a quo acceperat, ſine fraude indicato, qui eſt Daniel Wulferus, orator itidem apud Noribergenſes quondam ſacer, & ordinis non vltimi philologus. Hic itaque inquirant rerum harum curioſi admiratores, nec fruſtra putent ſe hac expiſcandi via processiſſe. Idem vir doctiſſimus Myhldorfius in ſolemni aliquando panegyri profeſſus eſt ingenue, atque ita ſermonem pro concione habitam inſtituit: CREDITE HIS OCVLIS, ET HIS MANIBVS. q) Sed non eſt pro merito huius nefarii voluminis, vt verboſius hic diſputemus. Ad alia nunc transeundum eſt. HENRICI STE-

q) *Hunc puto intelligi debere Myhldorfium, de quo ſed tacite agit Dan. Guil. Mollerus in diſſertatione de Moſe philoſopho p. 35: Quod Moſi etiam noſtro Impoſtoris nomen tributum ſit, ii norunt, qui librum hac cum inſcriptione, de tribus mundi impoſtoribus M. M. M. oculis ſuis vſurparunt, ego certe vti numquam eum vidi, neque videndi deſiderio teneor, ita exſtitiſſe eum vmquam, dubitarem, niſi viri cuiusdam, ſumma in eccleſia Noribergenſi tum dignitatis tum celebritatis atque eruditionis auctoritate inductus, qui illum ipſum ſe hiſce oculis ſuis conſpexiſſe publica quadam in panegyri eſt profeſſus, exſtare eum etiamnum, mihi pariter credendum & aſſerendum foret.*

STEPHANI doctum de *Origine mendorum* opus ecquis noſtrum evolvit? maximopere illud conlaudat Marvillius, & dignum ait, quod denuo officinæ committatur exſcribendum: ſed fruſtra eſt in opere hoc commendando Marvillius, quod ipſe nunquam vidit, ac ne dicam perlegit. Hunc quidem foetum a Stephano ſemel iterumque promiſſum eſſe conſtat, minus vero editum aut in plura exempla tranſcriptum. r) Iam vero quid de IODOCO a DVDINCK erit percenſendum, qui *palatium Apollinis & Palladis*, vt aiunt, conſcripſit, in quo præcipuarum bibliothecarum continetur deſignatio, *Coloniæ* apud *Iodocum Kalckoſium* in octava, vt loquimur forma expreſſa, & a *Valer. Andr. Deſſelio* s) adlegata? ego ementitum puto librum, non alio certe quam tituli nomine eruditis notum. Certe nec *Caſp. Sagittarius*, nec *D. Andr. Schmidius* t) viri in librorum notitia

r) *rectius itaque hunc librum Almeloveenius in bibliothecam ſuam promiſſam & latentem p. 96. retulit, qui tamen in cæteris non parum errat.*

s) *in bibliotheca Belgica p. 593.*

t) *ita venerandus Schmidius in præfatione Maderi tractatui de bibliothecis atque Archivis præfixa ait: qua occaſione eruditos enixe rogatos volo, vt mihi indicium faciant, an Iodoci a Dudinck Canonici Reſenſis & Paſtoris Vinenſis ad Rhenum ſequentes libros viderint vnquam vel poſſideant ipſi?*

notitia longe verſatiſſimi librum hoc titulo inſignitum invenire hactenus aut nanciſci potuerunt. Ad eamdem forte claſſem referre poſſumus ſingularem de *Cereo Paſchali* librum, a Barnaba quondam BRISSONIO confectum & evulgatum, quem etſi unus alterve *u*) in ſcriptis ſuis adlegauerit, vereor tamen, an vnquam typis impreſſus prodierit. Nota mihi ſunt quæ doctiſſimus *Briſſonius* exſcripſit volumina, egregia certe, & latium vetus, & antiquitates romanas græcasque multum inluſtrantia, nihil vero, quod ab ipſius ingenio ſit de cereo Paſchali vel audivi ab aliis, ne in præſtantioribus quidem bibliothecis aut catalogis deprehendi, tantum

---

nimirum Bibliothecariographiam h. e. enumerationem omnium auctorum operumque, quæ ſub titulo bibliothecæ, catalogi, indicis, nomenclatoris, Athenarum &c. prodierunt: & Palatium Apollinis ac Palladis h. e. deſignationem præcipuarum bibliothecarum veteris novique ſeculi. Vterque liber citatur à Val. Andr. Deſſelio IC. in bibliotheca belgica p. m. 593. quaſi Coloniæ apud Iodocum Calcoven 1643. 8v. prodiiſſet, quem deinde alii fuere ſecuti, ſed neque a B. Sagittario, neque a me, adhibita licet omni diligentia, exquiri potuit.

u) *Sagittarius adlegat in diſſertatione de natalitiis martyrum.*

rum abeſt, vt legerim. *Vitas inluſtrium Medicorum* conſcripſiſſe Gaſp. PEVCERVM, easque non adiuncto nomine Argentorati A. MDLXXI. evulgaſſe multi commemorant ſcriptores, ſed qui vidiſſe illas aut voluta ſſe fateatur, ex tam multis ſcio neminem. Quamquam ſint interdum libri raritate ſua adeo obſcuri & ignoti eruditis, vt ſupereſſe aut exſcripti vmquam præter veritatis fidem exiſtimentur RENATI HENERI *Bucolica* exſtare ipſi quondam Pariſienſes ob ſummam eorum raritatem negarunt, cum tamen certo nobis nunc conſtet, ea reperiri typis evolgata, & Pariſiis MDLI. octavo ordine impreſſa, *x*) Nec pauci ſunt, qui OCHINI *Catechiſmum* pro imaginario habent titulo, ab impoſtore olim vt putant, confiсto, ſed ab ipſo quondam *Ochino* hunc fœtum eſſe confectum, certo conſtat, & ipſe non ita pridem in bibliotheca *Dilherriana*, quæ Noribergæ adſervatur, deprehendi. Iam vero, quantæ de *Ioannis Lichtenbergeri* Poſtillis, vt vocant, ſunt controverſiæ? ſunt, qui exſtare putant hæc rariora Sibyllina folia: ſed nec exiguo habemus numero, qui contrariam tuentur ſententiam. Qui catalogos Francofurti aut Lipſiæ excuſos ſine adcura-

x) *exemplum poſſedit olim Chriſtian Daumius quod iam Clar. Io. Andr. Gleichius habet. vide Daumii epiſtolas ad Io. Freder. Heckelium p. 36.*

 y) Clar.

curatiori exploratione ſequuntur, & auctores inde in ſcriptis ſuis ad maiorem rei fidem conducunt, ſæpe multumque errant, & grauiter labuntur: ſiquidem iam notum & pervolgatum eſt, non excuſos ſolum libros in eiusmodi catalogos referri, ſed ineditos quoque, & non niſi tituli parte abſolutos, ſæpe nunquam prodituros, qui, quoniam deinde nec in tabernis publicis, nec alibi reperiuntur, deſiderio eorum conquirendorum maxime flagramus, atque ad rariorum codicum numerum præter rei veritatem referimus.

Ac primum omnium rarioribus merito accenſentur codicibus, qui ſub artis typographicæ auſpicia prodierunt, membrana plerumque aut charta etiam eleganter exſcripti. Quamvis enim litteræ in huiusmodi Voluminibus obviæ, ad monachorum maxime ductus accedant, emendate tamen omnia & ſumma adcuratione expolita deprehenduntur. Ad eorum claſſem referre ſine controverſia licet *Ioannis Guttenbergii*, *Petri Schefferi*, *Conradi Schvveinheimii*, *Arnoldi Pannarzii* manu elaborata volumina, tum ex præſtantia argumentorum, quæ continent, tum raritate ſua, quam a longa vetuſtatis ætate arceſſimus, merito æſtimanda. Cum quibus forte non infeliciter coniungemus *Aldorum* & *Iuntarum* libros, tam nitide, eleganter & bona fide expreſſos,

vt

Digitized by Google

vt eo ipſo plurimum pretii ſtatuendum iis exiſtimem. *Aldorum* vero mentionem cum facio, non illos velim libros intelligi, quos Soceri ſui *Andreæ Aſulani* y) manu adiutrice elaboravit in officina, ſed eos tantum, ab ipſo *Aldo* ſine aliorum opera excuſos, qui nitidiſſimi omnium ac ſplendidiſſimi habentur. Atque his, fateor, editionibus Aldinis vt plurimum tribuo & conlaudo: ſed maiori longe in pretio mihi ſunt *Iuntinæ* veteres editiones, quæ eleganti chartæ forma, nitore litterarum & emendata recenſione reliquas pene omnes ſuperant, & merito ſuo antecedunt. *Ioh. Georg. Grævius* æquiſſimus librorum cenſor & æſtimator, quoties in Iuntarum exempla forte incidebat, magno redemit pretio, & cimeliorum inſtar ſtudioſe adſervavit. Nec vero alii deſunt libri, quamvis non adeo nitide expreſſi, aut a celebriori operarum manu elabora-

y) Clar. Struvius in introductione ad rem litterariam p. 555. obſervat, Aſulanum ſocias cum Aldo manus in excudendis operibus ſuis iam A. 1513 præſtitiſſe, idque ex Strozziorum carminibus patere. Verum qui *Iuvenalem* & *Perſium* in Aldi officina A. 1501. elaboratos inſpexerint, deprehendent, eo ipſo quoque anno, quo Iuvenalis & Perſius prodierunt, Aſulanum officinæ Aldinæ operam dediſſe. Inter editiones Aldinas veteres illa eſt rariſſima Virgilii A. 1501. 8v. exſcripti, & primus eſt liber eorum, quos typis italicis ſive currentibus impreſſit Aldus: quarum litterarum ſculptorem [illegible] fuiſſe *Franciſcum Bononienſem*. vid. novellas R[illegible] æ litterariæ An. 1704. p. 32[illegible].

Digitized by Google

borati, qui à bene multa temporum vetuſtate raritatem tuentur. *Annales illi Coloníenſes*, vernacula expreſſi lingua, quod iam a nonnullis ſæculis anno nimirum M. CCCC LXXXXVIIII forma maxima ſunt evolgati, *Ioanne Koelhoffo* vrbis illius cive accurante, nunc perrari ſunt, & in ámplioribus ſæpe bibliothecis deſiderantur. PALPONISTA BERNHARDVS GEYSTENSIS ſequioris ſæculi ſcriptor, & vates pro temporis illius ratione non adeo ineptus, qui leoninis verſibus vitam aulicam & privatam complexus eſt, iam ab A. MDI. *Henrici Quentelii* curis exſcriptus prodierat, ſed rarior paululum, vt adeo *Chriſtiano Daumio* viro in hoc ſtudio cæteroquin longe verſatiſſimo condonandus ſit error, z) quando vatem hunc A. MDCLX primum ſe edidiſſe putat, & notis inluſtraſſe. *Vetuſtiores Grammatici latini*, quorum duodecim numerus fuit, a *Ioanne Theodoro Bellovaco* in vnum corpus collecti, & officina *Aſcenſiana* A. MDXVI.

z) hunc errorem ipſe *Daumius* in præfatione ad *Hieronymi* opuſcula nonnulla ingenue profitetur, & obſervat inſimul, alios itidem in hoc lapſos eſſe, vt primum ſe edere putarint, quæ iam ante illos dudum fuerint exſcripta: maxime *Ioannem Heringium* producit in exemplum, qui *Tobiam Matthiæ Vindocinenſis* primum eruiſſe ſe adfirmavit, cum tamen ante illum tres huius libri editiones adornatæ fuerint, *Lugdunenſis* A. MDV. *Argentoratenſis* MDX. & *Baſileenſis* anno MDLXIII.

MDXVI. forma maiore excuſi, ob raritatis pretium merito æſtimantur, nec in novo Bibliothecæ latinæ Fabricianæ opere adleguntur.

Illud quoque raritatis argumentum non leve eſt, ſi, quæ imprimuntur, opera ad certum reſtringuntur numerum, nec in multa adeo exempla transſcribuntur. Nota res eſt, de KHEVENHVLLERI *Annalibus Ferdinandeis*, qui ob ſummam exemplorum paucitatem ab eruditis deſiderantur maxime, & difficillime omnium reperiuntur. Qui liber cum olim imprimeretur, aliquem, ferunt, adſediſſe cotidie operarum tabernis, &, ne quid plagularum vel furto ſubduceretur, aut complura, quam in mandatis erat, exempla transſcriberentur, ſedulo circumſpexiſſe: quibus abſolutis Viennam ad vnum omnia translata, nec niſi potentioribus, qui in aula regum & principum verſantur, eſſe diſtributa: illas præterea ſchedas, in officina reſiduas & forte iam proculcatas & lituris nimium deformes, in quibus correctoris, vt vocant, virgula cenſoria adparebat, immani aiunt pretio fuiſſe coemtas. Recenſenti mihi hanc operis hiſtoriam, in mentem venit, quæ eadem pene cum prioribus ſed de diverſo ſcriptore enarrantur. Illud vero non mihi, lector benivole, ſed inluſtri debes *Maſtrichtio*. a) Res

Digitized by Google

eſt de *Conſtitutionibus Societatis Ieſu*, auctore *Ignatio Loyola* Hiſpanorum lingua quondam exaratis, & a *Ioanne Polanco* deinde in latinum ſermonem conuerſis: quas cum nouem voluminibus exſcribi patres *Antverpiæ* curarent, & cum aliis nollent arcana ſua communicari, omne ſtudium ac diligentiam adhibuerunt. Duo ſemper patres prelo adſidebant, qui velut e ſpecula proſpicientes operarum manus diligenter obſervarunt. Neque vero res infeliciter ſucceſſit. Arcana hæc ſibi erant propria ſibi hæc ſolum adſervabant, nec quidquam eorum in alienam inciderat manum. Forte *Cromvvelli* viri famoſiſſimi ætate quidam in Anglia patres contra edicta deprehenſi in Tullianum carcerem coniiciebantur: apud quos cum Conſtitutionum earum exemplum offendiſſent, Amſtelodamum illico transmiſſum, & *Ioanni Schippero* (Schipper Ian) ad excudendum fuit concreditum, qui feliciter partibus ſuis defunctus, ad prioris editionis habitum omnia tam accurate expreſſit, vt parum abeſſet, quin ſimilitudine exemplorum decepti patres illud novum pro Antverpienſi veteri & genuino agnoverint. Sed in fronte libri nonnullæ adparebant litteræ diſtantes aliquantulum a veteri exemplo, vnde rem facile

a) vid. Placcii novum opus Anon. & Pſeudon. & quidem in Anonymis theologicis ſcriptoribus n. 761. p. 125.

Digitized by Google

cile olfecerunt. Interea Ieſuitæ indigniſſime hoc ferentes, & rerum ſuarum invidi maxime ad *Schipperum* protinus accedunt, & de redimendis omnibus exemplis cum ipſo agunt, ea tamen lege, vt religionis ſacramento ſe prius obſtringeret, ſe nulla reſervaturum exempla: hanc ille conditionem, diſtractis iam aliquot huius libri exemplis, merito recuſavit. Sed nihil dubitat *Maſtrichtius*, quin convenerint inter ſe, & omnia pretio exſoluto patres coemerint. Sed progredimur in aliis recenſendis codicibus. ELIÆ EHINGERI, quem de Bibliotheca Auguſtana ſcripſit catalogum, iis potiſſimum de cauſſis ad raritatis numerum accenſeri video, quod centies *b*) tantum exſcriptus habeatur. GERARDI DE ROO *Annales Auſtriaci* eleganter perſcripti, magno erant in pretio, & difficulter olim conquirebantur. Sed nunc facilis acquirendi occaſio; & ſumptus, qui impenduntur, exigui ſunt. Amamus vero virum

B 5 politi

b) longe plura quam centum puto excuſa exempla: certe ego adfirmare auſim me vel centies] in bibliothecis vidiſſe; ſed forte hæc, ab Ehingero invulgus ſparſa ſunt, ut tanto celerius diriperetur liber, & lucellum inde caperet. Conſtat Ehingerum ſumma laboraſſe inopia, & filias ad quæſtum accipiendum & rem inde faciendam, cum Auguſtæ Vindelicorum eſſet, non raro ablegaſſe. Quæ etſi aliis a veritate aliena videri poſſint, certa ſunt, & retulit mihi fide digniſſimus in re medica excellens G. T.

Digitized by Google

politi ingenii *Nicol. Hieronymum Gundlingium*, cuius auctoritate & cura potisſimum recuſus eſt ſcriptor ille elegans nec ineleganti adeo habitu prodiit.

PETRI MARTYRIS ANGLERII, Mediolanenſis epiſtolæ, quæ civilem doctrinam & arcaniora ſtatus conſilia exponunt, non inelegantes ſunt, & rerum civilium ac hiſtoriarum ſtudioſis merito commendantur. Quæ cum rarisſimæ forent, *Elzeviriis* hinc in Batavia multum debetur, qui easdem iterum velut orbi noſtro ignotas A. MDCLXX. typis repetere, ac notiores facere ſunt conati: quamquam hoc Elzeviriorum factum, quod pauciſſima earum elaborarunt exempla, de Bœcleri c) noſtri ſententia accuſandum magis quam laudandum videtur. Solemne hoc eſt Italis maxime & aliis externis gentibus, quæ egregia ſubinde ingenii ſui monimenta efformant, ac publici faciunt iuris, ſed raro in noſtras deportantur terras, parca etiam

c) hæc Bœclerus in epiſtola ad Boineburgium A. 1670 perſcripta, & Struvii Actis litterariis Faſc. VI. inſerta p. 23. tradit: *P. M. A. M. epiſtolæ multæ frugis ſunt, ſed intelligentibus. Diſplicet autem editorum conſilium, tam pauca exemplaria & parca manu publicantium, ut ſemper rarus maneat liber. Patino medico Pariſienſi debetur editio noviſſima P. M. A. M. epiſtolarum. Illa nota ſingula epiſtolis præfixa notant Petrum Martyrem Anglerium, Mediolanenſem. Epiſtolarum iſtarum tria tantum exemplaria ad nundinas Francofurtenſes allata, & unum ſeſtatim occupaſſe retulit Simon Paulli*

Digitized by Google

etiam manu curant ſua exſcribi, nec cum aliis facile, quam cum patronis & amicis, quos norunt, communicant. BENEDICTVS BACCHINVS ex operibus, quæ condidit, clarus & inſignis, elegantem de *Siſtro* diſſertationem Parmæ ſed non niſi quinquagies *d*) excudi curavit. Quæ cum ita ſe habeant, induſtriæ ſuæ laudem reportavit eximiam *Iacobus Tollius*, qui hanc diſſertationem non modo recudi in Batavia nitidiſſime iuſſit, ſed notis etiam ſubiunctis ſplendidiorem longe effecit. Libri, qui *Traité des Medailles d'auteur* inſcribitur, duo tantum aiunt deprehendi exempla; & alium gallici idiomatis, qui *hiſtoire des Guerres du Roy XII contre les religionaires rebelles par Charle Bernard* audit, duodecies impreſſum eſſe, *Sorellus e*) conteſtatur. REGINALDI POLI *f*) quos *pro eccleſiaſtica vnitatis defenſione* conſcripſit libros in Italia primum An. MDXXXX. prodiiſſe accepimus, & ob exemplorum impreſſorum paucitatem, & arcana in iis contra Lutheranos contenta ſummo adſervatos ſtudio, nec niſi potentioribus ad evolvendum transmiſſos eſſe: qui etſi deinde Argentorati A. MDLV. *Petro Paullo*

d) refert hoc ipſe Tollius in præfatione ſua ad hanc diſſertationem.

e) in bibliotheca gallica.

f) vid. Löſcheri Antiqua & Nova rerum theologicarum A. 1701. p. m. 187.

Paullo Vergerio curante, familiares nova recenſione ſint redditi, aliquot tamen adhuc precium iis neceſſe eſt ſtatuamus.

Præterea ex eo raritatis indicium licet conligere, ſi paucarum paginarum ſunt ſchedæ, quæ ut paſſim initio circumvolitant, & huc illuc diſperguntur, ita vbi aliquot annorum ætas interceſſerit, oculis ſe noſtris ſubducunt, & elabuntur manibus noſtris adeo, vt difficillima conquirendi eas poſtmodum ſit occaſio. Non poſſum non probare *Morhofii* viri ſummi inſtitutum, qui neglectis grandioribus operibus omne ſtudium in conligendis eiusmodi fugitivis ſchedis *g*) adhibebat: unde ipſius bibliothecam non tam vaſtis voluminibus enituiſſe novimus, quam exiguis & minoribus chartis, doctis tamen & perraris, quæ fruſtra in tabernis comquiruntur. Nam grandiora & vel pondere ſuo æternum duratura, opera, etiamſi difficulter habeantur, ſubinde in bibliothecis adparent, ex quibus depromere illa ac in vſus convertere facile licebit. Nihil forte nos pœnitebit, operam aliquam inſumpſiſſe in conligendis rarioribus *Ebingeri*, *Caſelii*, Camerariorum, *Allatii*, *Rhodii*, *Bæcleri*, *Neandri* ac *Hamelmanni* & aliorum ſchediasmatibus, quæ ob raram eruditionem, docti-

g) teſtatur hoc quoque Mollerus in prolegominis ad Morhofii Polyhiſtorem.

Digitized by Google

doctrinæ ac rerum præſtantiam legentibus multum vtilitatis ſpondent. Nam etiamſi contingat quandoque vt eiusmodi diſperſæ ac volitantes ſchedæ in vnum referantur corpus, & compendio quaſi repræſententur, raro tamen omnia adeo adparantur, vt non prætermittant, vel negligant aliquid, quod vel omiſſum vel neglectum maxime doleas. Iam præfationes, iam epiſtolas ſubiunctas, iam emendatiorem reviſionem, iam alia deſiderabis. Qui *Bilibaldi Pirckheimeri*, *Iacobi Sadoleti* & *Petri Bembi* volumina in vnum coniunxerunt, diligentiæ ac officii laudem promerentur. Sed quod multa omiſſa ſunt, nonnulla quoque depravata, hoc nomine ego parum ipſis debeo, nec conlaudo. Præſtat itaque ſeorſim excuſa habere volumina, quam coniunctim edita, depravata interdum & mutila. Sæpe multumque optaui, eſſe, qui ANDREAE RIVINI opuſcula conligeret, & a ſitu ac ſqualore vindicaret. Edidit ille complures medii ævi chriſtianos vates, eosque notis inluſtravit: nec quas de variis rebus habuit diſſertationes elegantisſimas putaverim negligendas, quæ varia antiquitatis monimenta continent, & inſigni nobis ſunt vſui. Idem *Rivinus* nonnulla *Hildeberti* opuſcula *b*) evolgavit, quæ ſi doctisſimo in Gallia operum *Hil-*

b) prodiere Lipſiæ 163L. 12mo.

Digitized by Google

Hildebertianorum editori ad manus fuiſſent, poterat forte officio ſuo melius in non paucis locis defungi, & accesſiones quoque ſubiungere. Verum non eſt inſtituti mei ratio, de libris recens editis percenſere, quod illorum eſt, qui ephemerides litterarias *i*) conſcribunt.

Nec minima raritatis cauſa oriri ſolet ex variis librorum editionibus, quæ diverſæ plane a cæteris & immutatæ proſtant. Quis librorum pro re nata conditiones & fata ignorat? miſeram ſæpe hominum crudelitatem experiuntur. Iam immutamus eos, iam refingimus, iam aliena inſerimus, quandoque etiam eradimus, quæ ſtomachi noſtri minus exiſtimantur: vnde ille plerumque editiones rariores habentur, quæ primæ ſunt, quæ incorruptæ & non mutatæ. JACOBI AVGVSTI THVANI hiſtoriam novies aut forte ſæpius impreſſam eſſe conſtat, ſed omnes pene editiones diverſæ deprehenduntur, vt hic vel omiſſa quædam videamus, vel nova inſerta, nonnulla etiam mutata. Illi tamen de mea ſententia non leviter errant, qui Thuanum A. MDCIV. in octava, vt dicunt, forma prodiiſſe primum adfirmant: qua in opinione verſatur diligentiſſimus operum Thuaneorum enarrator *Ioannes Petrus Titius* *k*) ſed vetuſtior hac

i) egregie hoc præſtiterunt auctores des ausführlichen Berichts von neuen Büchern Part. IV. p. 33ꝛ. ſeq.

hac editione exſtat alia eodem quidem anno Pariſiis ſed maxima forma exſcripta *l*) quæ ut prima omnium, ita rariſſima ex merito habetur. Huius exempli rariſſimi copia mihi non ita pridem facta eſt, polito ac terſo charactere exſcripti, & notis inſuper manuſcriptis egregie ſuperbientis. Hanc primam putavi editionem integram, puram, incorruptam, nec ab ullo contaminatam eſſe, quæ veram Thuani hiſtoriam ex aſſe repræſentaret, verum ex his ipſis notis neſcio cuius manu adſcriptis didici, fraudem in hoc opere a malevolis itidem commiſſam, & nonnulla quæ duriuſcule videbantur, fuiſſe reciſa. Hæ itaque notæ eximiæ ſunt, quæ Thuanum eleganter reſtituent. Quamvis enim alii eo iam commiſi ſint, ut *Thuanum reſtitutum m*) vt vocant, adornaverint, & quæ

k) Titius Gedani A. 1685. edidit recenſionem Voluminum hiſtoricorum Iac. Aug. Thuani.

l) prodiit Pariſiis in fol. apud viduam Mamerti Patiſſonii typographi regii, in officina Roberti Stephani.

m) Thuanus reſtitutus, ſive ſylloge locorum variorum in hiſtoria Thuani hactenus deſideratorum cum Franciſci Guicciardini Paralipomenis prodiit Amſtelodami ſumptibus Io. Henrici Boom A. 1663. 12mo. & præter hanc editionem fateor me non aliam vidiſſe, licet Schurzfleiſchius in diſcurſu litterario MSto ad Heinſii catalogum aliam commemoret his vrbis *Thuanus reſtitutus admodum rarus, & propter varias cauſas cum Thuano hactenus evulgato conferendus, excuſus Ingolſtadii, & in gallia iuſſu Regis combuſtus.*

Digitized by Google

quæ adverſariorum fraude ſuppreſſa, deleta ac mutata ſunt, conlatis inter ſe editionibus ac manu etiam ſcriptis, diligenter animadverterint, complura tamen reſtant ſpicilegia conligenda, nec rem accurate ubique ſunt perſecuti. Præterquam enim quod nec has ipſas editiones, n) quas conlatas a ſe adfirmant, minus ad amuſſim omnes exploraverint; tum complures neglexere vel non habuere editiones, quæ conferri ad reliquas omnino merebantur. Sed de his alio tempore. Ediderat forte IOANNES ARNOLDVS BERGELLANVS de chalcographiæ inventione carmen non invenuſtum, Moguntiæ A. MDXLI. primo excuſum: poſtea illud *Antonius Verderius* ſupplemento ad *Geſneri* bibliothecam inſeri curavit, & candori illud ſuo ſe reſtituiſſe, neſcio qua fronte adſeruit. Sed hæc, credo, candoris Verderiani inſignia ſunt, quod præter alia mutata integrum delevit diſtichon, in quo de Gallorum ſtatu nonnulla liberius prolata fuerant? Ita vero illud ſe habet:

> Perfidus his fretus gallus, bella aſpera movit
> Hæc princeps Getici cauſſa furoris erat.

Debe-

n) nempe utramque Genevenſem, tres Francofurtenſes, & veterem Pariſienſem, quæ A. 1606. & ſequentibus annis prodiit: ſed neglexere binas priores Pariſienſes An 1604. iin Fol. & Octav. exſcriptas.

Digitized by Google

Debemus hanc obſervationem *Guil. Erneſto Tenzelio* o) cuius quoniam his mentionem facio, non alienum fuerit hic inſerere, quæ itidem do *Tentzelianis* menſtruis conlocutionibus obſervaui. Primæ enim conlocutiones A. MDCLXXXIX. edi cœptæ, aliquoties recuſæ ſed diverſæ ſunt. Exemplo ſit effigies menſi Aprili præfixa, ubi in prima editione *Campegium* p) purpuratum ære expreſſum

o) in curioſa bibliotheca A. 1704. p. 1000.

p) Campegio vulgo hæc adſcribuntur, ſed verior auctor eſt *Io. Antonius Campanus* Epiſcopus Aprutinus, homo mollis & delicatior, qui duriorem in germania auram ferre non poterat. Dici non poteſt, quanta ſcommata in germanos eiecerit; addam omnium lepidiſſimum, quod confecit, cum iam ex germania in patriam abiret,

Linquo Tridentinas alpes & rhætica ſaxa,
nunquam oculis poſthac adſpicienda meis.
Accipe Campani, ſterilis Germania, terga,
accipe nudatas barbara terra manus.
Ille dies iterum, qui te mihi forte videndam
offeret, extremus ſit mihi & ille dies
Finibus Italiæ primis exſtinguar, &. illic
Per Latium condant frigida ſaxa manes.
Dicentur latia mihi verba noviſſima lingua
& latio, qui ſim, carmine ſaxa notent.
At pia ſi qua manus conlectis oſſibus vrnam
erigat accenſa coniiciatque pira,
Hoc precor, hoc caueat, ne pars vel quantula noſtri
barbaricum tangat non bene lecta ſolum.

Legitur hoc in Campani carminibus p. 185. quæ nuper illuſtris Menckenius cum eiusdem epiſtolis Lipſiæ evulgavit.

C 5 Idem

Digitized by Google

preſſum videre licebat Alpes tranſeuntem, denudato tergo & in Germanorum odium hunc eructantem verſiculum:

accipe nudatas barbara terra manus.

Ex adverſo *David Peiferus* itidem ære expreſſus conſpiciebatur, ex italia in germaniam redeuns, & tergo nudo ad Italorum terram converſo, valedicens his elegantibus verſiculis:

Accipe romani ſcelerata cloaca Baalis,
quod tibi Papicolæ conſecro ventris onus

Quæ fruſtra in ſecundis curis quæruntur, niſi quod effigiem vrbis Lipſienſis ſubſtiterint. Sed hæc ipſo forte *Tentzelio* auctore exempta ſunt, propterea quod obſcœnitatis notam præ ſe ferrent, ac decori leges graviter violarent. PETRI LOTICHII terſa ac nativa carmina nemo eſt qui ignoret a *Ioach. Camerario* in vnum corpus congeſta: nota ſunt, ac puerorum manibus teruntur. Sed rariſſima proſtat editio, Lutetiæ ex officina *Vaſcoſani* emiſſa A. MDLI, *q*) quam iam olim contuli cum Camerariana, ſed diverſa omnia, mutata & reficta ſunt, vt adeo *Lotichii* in poeſi incrementa ac progreſſus liceat

q) idem obſervat cl. Kortholdus in diſquiſitione: vtrum *Petrus Lotichius ſecundus* obſidionem vrbis Magdeburgenſis prædixerit, Kiloni edita 1703. p. 14.

liceat eleganter perſpicere. Huc etiam referas *IOANNEM* MEVRSIVM virum græce doctiſſimum. Is *rerum Belgicarum hiſtoriam* libro vno complexam A. MDCXII. compoſuit, in qua cum partium ſtudio addictus, ac liberius rem exponere videretur, dici non poteſt. quo in periculo verſatus ſit vir optimus, & quos magno numero adverſarios ceperit. Ille quidem famæ ac fortunæ conſulturus non longo poſt tempore eamdem retractavit hiſtoriam, *r)* & partim quædam delevit, partim nova inſeruit, & ſe ipſum quaſi caſtigauit. Verum & hac poſtrema cura nihil gratiæ a Belgis retuliſſe Meurſium non ignoro: multi in Belgio adeo exacerbati erant in auctorem, vt ipſum ex officio ſuo, quod gerebat ſplendidiſſimum, licet ſub alienæ cauſſæ prætextu vellent eiectum. Operæ itaque pretium eſt, cognoſcere, quid in utraque editione contineatur, quid omiſſum, quid caſtigatum, quid in molliorem ſenſum quandoque tractum ſit. FRANCISCI IRENICI *Exegeſis Germaniæ* Hagenoæ A. MDXVII. prodiit, quam, etſi nova & alia

r) Lugduni Bat. exiit 1614 4. vbi obſervandum, quod libri priores quatuor noviter acceſſerint, ſed quintus, qui olim ſeorſim editus fuerat, plane a priori differt editione. Meurſius hanc hiſtoriam illuſtribus Belgii foederati ordinibus nuncupavit, ſed omnia honeſte recuſarunt.

Digitized by Google

alia ſecuta ſit editio, præſtat tamen veterem veluti genuinam & incorruptam conquirere & ſervare, quam recentiorem, qua in multa neſcio an typographorum negligentia omiſſa deſiderantur. *s*) De Patrum Eccleſiæ vetuſtis monimentis, de libris item religionis ſacra continentibus res pervolgata eſt, quantopere impoſtorum manu refingantur. De patribus quod ſigillatim egit Gaſp. Löſcherus, *t*) & munere ſuo luculente defunctus eſt, nihil hic addo, Codex ſacer italica lingua expreſſus Venetiis A. MCCCCLXXVII. elegantiſſimus eſt, ſed rarior multo cæteris verſionibus italicis, quæ interpolatæ prodierunt. ALPHONSI A CASTRO libri plus ſimplici vice in tabernis typographicis exſcripti ſunt, ſed non vno eodemque modo: recentiores quidem in multis auctiores longe, ſed vetuſtiores editiones puræ & illibatæ habentur.

Aliam raritatis cauſſam adiungimus, quando libri auctorum ſumptibus prodeunt; quo fit, ut nec multa exſcribantur exempla, nec in exterorum notitiam perveniant.

s) obſervavit hoc primum vir clar. Io. Freder. Reimman in parte ſecunda conaminis introductionis ad rem litterariam p. 90.

t) in diſſertatione de Latrociniis, quæ in publicos ſcriptores patres maxime ſolent committere hæretici, Martisb. 1674. 4. edita.

Digitized by Google

niant. Si quid eſt, cuius fructum velis ab aliis quoque percipi, committendum eſt omne bibliopolis, penes quos commune litterarum ſtat commercium. Id *Andreas Rivinus*, cuius opera ſupra commendavi, in more habuit, ut, quicquid ederet, ſuis ſumptibus fieri curaret, paucis tantum exemplis evolgatis. Poſt mortem viri huius eruditisſimi nonnullæ erant exemplorum relliquiæ, ſed hæredes partim quod rei bonitatem ignorarent, partim quod ſupellectilis librariæ pertæſi eſſent, quicquid molis erat inconditæ & confuſæ, inſtitoribus ad merces bene involvendas dederunt. Eadem pene fata LAVRENTIVS PECCENSTEINIVS vir in hiſtoria Saxonum non mediocriter verſatus poſt mortem expertus eſt. Non contemnendum ille manuſcriptorum numerum reliquit, quæ hæreditatis iure ad generum redibant, vbi diligenter ſatis adſervata in ſcriniis latuerunt. Eo vero extincto, vidua omnium ex aſſe hæres facta, & arcam argento plenam, & librariam ſupellectilem ſtudioſe excutiebat. Quid igitur illa cum manu exaratis operibus? an doctam tibi finges hanc, & rei litterariæ ſtudioſam, quæ Sibyllina hæc folia theſauri inſtar adſervavit & recondidit? multum fallimur: illa etenim edentula & avara mulier argenti potius rationem habens, quic-

quid invenit manuſcriptorum, tamquam inutile & nullius pretii foras proiecit, nonnulla quoque pharmacopolis pretio vilisſimo exſoluto concesſit. Ego forte accedere illam, & ſchedarum reliquias excutere; quamvis vero admodum puer rem non adeo intelligerem, ſtudioſè tamen congeſſi, ac plenus gaudii domum reportavi. Sunt vero, maximam partem, quæ ſervo, hiſtorica opuſcula, ſed imperfecta ac rudia. IOANNIS FREDERICI HECKELII opuſcula hac de cauſſa rariora habentur, quod ſuis ſumptibus pleraque emiſſa fuerint. Rarior eſt ipſius *manipulus primus* u) *Epiſtolarum ſingularium* Plaviæ Variſcorum A. MDCXCV. exſcriptus, qui in paucorum manibus verſantur.

Rarioribus item codicibus adnumerantur, qui ſuperiorum auctoritate vel ſuppresſi, vel proſcripti & igne exuſti ſunt. Nihil eſt, quod de impiis & nefariis libris nonnihil ediſſeramus: hæc omnia tenebris potius quam luce digna. Ne tamen nihil dixiſſe videamur; adducemus nonnulla li-

brorum

u) Heckelius epiſtolarum duas centurias in quatuor manipulos dividendas edere promiſit, & animadverſiones ſubiungere, ſed præter primum manipulum reliqui omnes deſiderantur.

Digitized by Google

brorum prohibitorum exempla, ſed quæ commemorare minus periculi eſt. Quis *verſionem codicis ſacri italicam*, iuſſu *Sixti V.* adornatam evolvit? opus hoc, quod multi ex pontificiis intercederent, ac inſtitutum ſanctiſſimi patris minime probarent, ſuppreſſum & ad carceres damnatum eſſe conſtat. IOANNIS MARIAE BRASICHELLANI *indice expurgatorio* quid hodie rarius? qui cum in belgio denuo exſcribendus eſſet, prohibitum eſt illud edendi inſtitutum & maxime improbatum. Digna ſunt quæ legamus a *Burc. Gotth.* Struvito conſignata. *x*)

Non omnes raritatis cauſſas enumero, quæ multæ ſunt, & tam exiguo chartæ ſpatio comprehendi non poſſunt: nam loci & temporis ratio habenda eſt. Antequam finem præfationi impono, de opere novo, quod coepimus, nonnihil ſubiungere eſt animus. Vides, lector benivole, recenſionem librorum rariorum. Excerpimus ſelecta, quæ & proſunt & vehementer delectant: interdum tamen integra auctorum ſcripta inſerimus & notis inluſtramus; nec ine-

x) in Tomo III. Obſervationum Hallenſium p. 133. Tom. IV. p. 71. Tom. V. p. 324.

inedita tranſmittemus. Atque hunc laborem, ſi Numen divinum vires conceſſerit inconcuſſas, extendere vlterius conſtituimus. Vale lector benivole, & verboſiori præſamini ignoſce, qui in me illud pœnæ genus ſtatui, vt poſthac nullam velim præfationem adnectere.



Digitized by Google

CASP. VARRERII [a]

Cenſura in quendam auctorem,

[qu]i ſub falſa inſcriptione BEROSI CHALDAEI circumfertur.

Romæ 1565. 4. plag. 10.

IN præfatione ad *Antonium Amulium*, purpuratum virum conſcripta dolet merito noſter *Varrerius*, tot veterum auctorum libros interiiſſe, ipſumque latinæ linguæ v[ſ]um amiſſum eſſe: cuius rei cauſſas inſuper [ex]ponit, aitque non tam externa bella ci[vi]lesque tumultus ac diſſenſiones, quam [p]ræpoſterum aliquorum iudicium, vana p. 1.

 laudis

a) *CASP. VARRERIVS homo Luſitanus: de cuius vita* [..]l *nobis conſtat: præter hanc in Beroſum cenſuram e-* [..] *COMMENTARIVM DE OPHIRA REGIONE ET* [..] *EAM NAVIGATIONE* Antu. 1600. 8v. Roteroda-[..]m. 1616. 8v. & Hardevvic. 1637. 8v.

laudis opinione deceptum, totam hanc loquendi rationem pervertiſſe ac depravaſſe.
p.2. Ita *Caſaris Octaviani* ætate poſt euerſam rem-
p.3. publicam ſumma pacis tempora floruiſſe: & tamen eo tempore latinam eloquentiam, quæ Ciceronis æuo in altiſſimo conlocata fuerit gradu, naturaleque illud & non fucatum ſermonis genus cœpiſſe à ſummo nitore deflectere, veramque ac priſtinam effigiem mutare: ſiquidem ipſum Cæſarem in novas loquendi formulas, quas *fætores* appellaverit, invectum eſſe. Cum deinde ad *Neronis* tempora ventum ſit, ipſum imperatorem à lectione veterum oratorum magiſtro *Seneca* retractum, idque eo fortaſſis, vt librorum à Seneca ſcriptorum vehementior excitaretur admiratio. Vnde factum, vt & alii vel adulationis cauſſa vel ſimili errore adducti eiuſmodi homines imitarentur, nouumque loquendi genus inducerent. Hinc exploſa veteri dicendi ratione, antiquos auctores nec lectos, nec à librariis poſtea de-
p.4. ſcriptos eſſe: præterea & aliam calamitatis cauſſam exortam, quod cum hiſtorici non propter eloquentiam, ſed ob rerum geſtarum cognitionem legerentur, & maximam in brevitate laudem conſtituerent, libroſque ſtudioſe mutilarent, tum cœpiſſe librarios ea maxime deſcribere, quæ homines avidius legere ac perquirere intelligerent: ſi maiorem *Livii* partem atque *Trogum* ob *I-*

ſti-

Digitized by Google

..ini & *Flori* inanes ac pernicioſos labores a-miſſum eſſe. Sed verum latinæ linguæ ni-torem reſtitutum ait *Varrerius*, opera inpri-mis *Petri Bembi*, *Iac. Sadoleti* & *Adriani* do-ctiſſimorum Cardinalium, ac *Pauli Manutii* eruditisſimi atque ornatiſſimi viri. Qua occaſione *Italos* noſter *Varrerius* acriter per-cenſet, quod eorum exempla minime ſequantur, ſed latino dicendi genere ne-glecto omnem conlocent operam in pro-paganda & illuſtranda lingua ſua corrupta. ..que tanta contentione, vt nullus fere ſit, vel græcus vel latinus auctor, qui in hanc linguæ latinæ fecem converſus non reperia-tur. *Quaſi verò*, inquit Varrerius, *tanta ſit ..ius linguæ præſtantia, vt Cicero, Cæſar, Sallu-..ius, Livius, Terentius, Virgilius, Lucretius, Ti-..llus cæterique poetæ oratores & hiſtorici præ-..antiſſimi & eloquentiſſimi, in alienam linguam converſi, maiorem eloquentiæ ſplendorem, amplio-remque ſpeciem & ornatum & vehementiorem de-lectandi vim vel habeant vel habere potuerint. Quod ſi in hac vulgari lingua tales poetas tales o-ratores habuiſſent, talesque hiſtoricos, qui in ali-quibus eloquentiæ ornamentis, græcis vel latinis auctoribus præſtitiſſent, aut ſaltim eos exæquaſ-ſent, fortaſſe iam quomodo eorum ferendus labor & diſſimulandum ſtudium eſſet. Nam Franc. Petrarcha & Io. Bocatius, quos velut vulgaris lin-guæ principes eamopere laudant & extollunt, ad quorumque imitationem ſe totos conuulerunt, quid-*P. 5. p. 6.

 nam

*nam quæſo ſcripſere? ille quidem, ſi verum licet
dicere, de vnius obſcuræ mulierculæ laudibus, quæ
non Semiramis, nec Artemiſia, nec Zenobia, vel
alia huiuſmodi fuit, infinitos pene verſus compo-
ſuit, dolores & anxietates animi ſui præ amore
illius Helenæ deficientis, nobis litteris conſignatas,
relinquens Chriſti ſacerdos: hoc eſt ipſius vel Ilia-
dos vel Æneidos doctum & excellens poema. Hic
vero meras nænias & aniles fabulas, quæ nullam
nec doctrinam nec eruditionem ſapiant, ſed ad
imperitam multitudinem & meretrices potius quam
doctos & ſanos homines pertineant, in divino illo
Decamerone, ſic enim illi vocant, exarauit. Ita-
que hos vulgaris linguæ Cicerones, hos Cæſares,
hos Salluſtios, hos Homeros & Virgilios nobis o-
ſtentant. Iam illud exiſtimare non poſſum, eſſe
quenquam ſanæ mentis hominem, qui ſuum Ho-
mero vel Virgilio Petrarcham, Dantem Horatio,
Arioſtum Ouidio, ac neſcio quos Seraphinos alioſ-
que malos de populo poetas docto Catullo Proper-
tio vel Tibullo cæteriſque præſtantiſſimis vatibus an-
teponat, vel inueniri aliquem, qui, quos modo no-
minaui, graues & ingenioſos poetas, in linguam,
qua vulgo vtimur conuerſos, legere in animum in-
ducat: quæ lingua ſine vlla dubitatione omnem
illis vim & ſuauitatem cæteraſque oratorias virtu-
tes penitus ademit: niſi forte, qui veræ eloquen-*
P. 7. *tiæ guſtum & dulcedinem non ſentiunt. Quid
autem de hiſtoricis & oratoribus in eandem lin-
guam conuerſis ſentiendum ſit, ex ipſis, quæ de
poetis dicta ſunt, intelligi poteſt. Quando igitur*

ex

Digitized by Google

ex bonis græcis, ex boniſq; latinis fabulis illos conſtat Etruſcas facere non bonas, quid tantum inſano iuvat indulgere labori? vel ſi forte hac ratione linguam ſuam longe lateque propagare cogitant illi, qui totis viribus in vertendis auctoribus laborant: meminiſſe certe debuiſſent, Romanos olim, quorum potentia nihil arduum vel difficile potuiſſe videri exiſtimandum eſt, vix in Gallias & Hiſpanias romanum ſermonem introduxiſſe, nam Belgæ & Helvetii, Vaſcones & Cantabri, etiamſi alios alii admiſerunt, ab eo ſemper abhorruere, ſuamque etiam nunc retinent alumnam linguam; nec germani, nec græci, ægyptii vel Afri ſuam cum latina commutare vnquam voluerunt. Quonam igitur modo Itali linguam ſuam vulgarem in eas nationes, eis nullo ſervitutis iugo mancipatas introducere ac proſeminare putent, ſatis intelligere non poſſum. Certe vir illuſtriſſime [alloquitur Amulium] *cum Italorum illuſtrem conſidero naturam, acre ſollerſque ingenium, ad quævis præclara natum, non poſſum non vehementer dolere, tantam virtutis indolem in re tam humili tam anguſta, tam italico nomine indigna eſſe conſumptam.* Hæc liberrime Varrerius. p. 12

Initio ipſius operis inſtitutum nobis ſuum exponit auctor, quod ita ſe habet. Varrerius præter *Commentarium de Ophira regione* latine compoſitum confecerat etiam *chorographicas aliquot Hiſpaniarum Galliarumque atque Italiæ vrbium & locorum deſcriptiones*, peregrinationis ſuæ varium & laborioſum opus, in quo ipſa antiqua vetuſta-

tis nomina, quæ diu in tenebris latuerant,
p. 13. reſtituenda curauit. In quosdam illic ſup-
poſiticios hiſtoricos, qui nomine *Beroſi
Chaldæi, Manethonis ægyptii, Quincti Fabii Pi-
ctoris* & *Porcii Catonis de originibus* circumfe-
runtur, invectus erat, quos *Ioan. Annius Vi-
terbienſis* & iudicio ſuo comprobare & illu-
ſtrare conatus fuerat. Has veluti cenſorias
notationes cæteraque chorographica verna-
cula h. e. luſitanica a) lingua in commen-
tarium retulerat, vt latine, cum eſſet com-
modum, componeret, frater vero ipſius,
cui MStum crediderat, ea typis excudenda
curavit. Qui libri quamprimum editi ſunt,
in Hiſpaniam & Italiam vbique deportati
p. 14. & avidiſſime perlecti ſunt. Non multum
poſt Varrerius Romam accedens ab *Antonio
Amulio* ad prandium invitatus fuerat, cui duo
vel tres epiſcopi interfuerunt. Tum forte
mentio facta eſt Beroſi chaldæi & cenſoria-
rum notarum, quas Varrerius in quin-
que Beroſi libros emiſit: erat ex hoſpiti-
bus vnus, qui auctoris noſtri cenſionem
perlegerat, ac proinde argumenta illa refel-
lere occipiebat, reſpondendo, *hos quinque
Beroſi libros fragmenta tantum eſſe, non iuſta &*
integra

a) *Io. Alb. Fabricius ſcribit in bibliotheca lat. noviſſime edita p. 880. Varrenii cenſuram latine primum Romæ, tum etiam luſitanico ab auctore ſcriptam & e luſitanico latine etiam verſam per And. Schottum.*

Digitized by Google

integra volumina, *vnde nihil mirandum, ſi ea, quæ ex Beroſo Hieronymus & Ioſephus narraſſent, in his fragmentis minus reperiantur, nec tantam eſſe Ioſephi & Agathii auctoritatem.* Huic itaque Varrerius noſter ſe opponens è contrario demonſtrare ac docere conatur, primum, *quis ſit ille Beroſus*, deinde *hos quinque libros illi falſo adſcriptos non eſſe fragmenta iuſti alicuius operis*; tertio probat, *chaldaicam illius hiſtoriam, ex qua multa Ioſephus & Hieronymus in ſua volumina retulerunt, & de qua Plinius & Agathias mentionem fecerunt, non eſſe hanc, quæ vulgo circumfertur, & ab Io. Annio Viterbienſe commendatur, ſuiſque notis inluſtratur: poſtremo nonnullis adverſariorum obiectionibus reſpondet.* p.16.

Ad primum quod attinet, *quis Beroſus ſit*, eum chaldæum fuiſſe edocemur à Varrerio, in aſtrologia facile principem, cui ob prædictiones rerum futurarum, Plinio auctore, ſtatuam in gymnaſio lingua inaurata poſuerint; & qui, Ioſepho referente, præter ea, quæ de *aſtrologia atque philoſophia diſciplinis* græce ſcripſit, *hiſtoriam* contexuerit *chaldaicam*, in qua multa ſint prodita de orbis diluvione, quæ apud Moſen ſcriptorem ſacrum leguntur. p.17. Scripſiſſe eundem *Noemi progeniem illorumque temporum decurſus & varietates* vſque ad Aſſyriorum reges, quorum hiſtoriam adeo continenter texuerit, vt bella, quæ rex Nabuchdonoſor adverſus iu-

Digitized by Google

dæos geſſit, cum Hieroſolymorum vrbem & eius templum penitus exciderat, multaque alia, quæ in hiſtoria regum iudæorum traduntur, diffuſe expoſuerit, teſte eodem Ioſepho. Hunc Beroſum, vt Iuſtinus martyr teſtetur in calce parænetica orationis ad gentes, patrem fuiſſe *Sibylla Cumea*, quæ Babylone profecta ad oras Campaniæ pervenerit, ibique oracula ediderit in oppido Cumarum, quod à Baiis ſexto lapide abeſt: Præterea eundem aſſerere *Iuſtinum* vidiſſe ſe locum quendam, in quo eſſet baſilica admirabilis ſtructuræ ex vno ſaxo ædificata,
p. 18. qua in baſilica edere ſolitam oracula, ſeque in ea vidiſſe tres ciſternas ex eodem ſcaturientes ſaxo, in quibus virgo ablui ſolita eſſet, vrnamque ex ære factam, qua eius oſſa adſervarentur: multa ſe illic conſpexiſſe & multa ab oppidanis intellexiſſe circa ea, quæ de Chriſti adventu prædixiſſet. Ex quibus patere ait Varrerius floruiſſe hunc Beroſum paullo ante Magni Alexandri principatum, ſed huius tanti viri hiſtoriam temporis decurſu interceptam eſſe, & nihil præter pauca ea, quæ apud Hieronymum & Ioſephum leguntur, exſtare. *Quæ vero*, inquit Varrerius *circumfertur de eo hiſtoria, aut omnino adulterina eſt, aut ad ludificandos homines de induſtria compoſita, aut ab imperito quodam auctore ſcripta, & ab alio quopiam, ſuppreſſo vel ignorato auctoris nomine, inſcriptione Beroſi falſa inluſtrata.* Idque omnibus ſæculis eveniſſe

vt

libros aliorum audaciſſime vel refinxerint, contaminarint, aut adulterauerint exemplo Pſeudo *Macri*, *Dictis Cretenſis*, *Daretis* ... *gii* & *Hermici Caiadi* doctiſſimi impoſtoris b) aliorumque ſacrorum ac profanorum ſcriptorum Varrerius confirmat.

Deinde evincit auctor, *hos quinque Beroſi* p. 27. *...res non fragmenta, ſed iuſtos ac integros eſſe li...ros*, quod antequam pertractare inſtituit, ...tiones & argumenta nonnulla præmittit, ...ibus adpareat, etiamſi fragmenta eſſent, ... tamen non eſſe ex hiſtoria chaldaica veri ... germani Beroſi, quoniam in iis ſint *mul... contraria*, *nonnulla repugnantia*, *pleraque re...tiora & à notitia illius ætatis*, *quo vixit Bero... longo temporis intervallo disiuncta*. Nam... iunior Beroſus aliquando adfirmat, quod ...perior Beroſus negat; iunior c) dicit, Se...ramim reginam, Babylonem ex oppido ...nobili maximam & ampliſſimam effeciſſe ...bem, adeo vt illam ædificaſſe potius, quam ...plificaſſe videretur: Beroſus contra ſu...rior d) adfirmat, non eam vrbem ædificaſſe

E 5

b) *vellem hiſtoriam huius Caiadi, qui Sibyllinam vati...cinationem columnis marmoreis inciſam commentus fuerat, inſerere, quam Varrerii verbis conſcriptam legis a...pud Fabricium in bibl. lat. p. 882.*

c) iunioris Beroſi verba ſunt: Quarto loco regna... apud Babyloniam vxor Nini Aſcalonita Semiramis, ...is quadraginta duobus. Hæc anteceſſit militia, ...umphis, divitiis, *victoriis*, & *imperio omnes morta...les*. *Ipſa hanc vrbem maximam ex oppido fecit*, *vt ...rito dici poſſit, illam ædificaſſe quam ampliaſſe.*

d) huius verba apud Ioſephum leguntur: *Audito*

Digitized by Google

dæos geſſit, cum Hieroſolymorum vrbem & eius templum penitus exciderat, multaque alia, quæ in hiſtoria regum iudæorum traduntur, diffuſè expoſuerit, teſte eodem Ioſepho. Hunc Beroſum, vt Iuſtinus martyr teſtetur in calce parænetica orationis ad gentes, patrem fuiſſe *Sibylla Cumæa*, quæ Babylone profecta ad oras Campaniæ pervenerit, ibique oracula ediderit in oppido Cumarum, quod à Baiis ſexto lapide abeſt: Præterea eundem aſſerere *Iuſtinum* vidiſſe ſe locum quendam, in quo eſſet baſilica admirabilis ſtructuræ ex vno ſaxo ædificata,
p. 18. qua in baſilica edere ſolitam oracula, ſeque in ea vidiſſe tres ciſternas ex eodem ſcaturientes ſaxo, in quibus virgo ablui ſolita eſſet, vrnamque ex ære factam, qua eius oſſa adſervarentur: multa ſe illic conſpexiſſe & multa ab oppidanis intellexiſſe circa ea, quæ de Chriſti adventu prædixiſſet. Ex quibus patere ait Varrerius floruiſſe hunc Beroſum paullo ante Magni Alexandri principatum, ſed huius tanti viri hiſtoriam temporis decurſu interceptam eſſe, & nihil præter pauca ea, quæ apud Hieronymum & Ioſephum leguntur, exſtare. *Quæ vero*, inquit Varrerius *circumfertur de eo hiſtoria, aut omnino adulterina eſt, aut ad ludificandos homines de induſtria compoſita, aut ab imperito quodam auctore ſcripta, & ab alio quopiam, ſuppreſſo vel ignorato auctoris nomine, inſcriptione Beroſi falſa inluſtrata.* Idque omnibus ſæculis eveniſſe

Digitized by Google

vt libros aliorum audaciſſime vel refinxerint, vel contaminarint, aut adulterauerint exemplo Pſeudo *Macri*, *Dictis Cretenſis*, *Daretis Phrygii* & *Hermici Caiadi* doctiſſimi impoſtoris b) aliorumque ſacrorum ac profanorum ſcriptorum Varrerius confirmat.

Deinde euincit auctor, *hos quinque Beroſi libros non fragmenta, ſed iuſtos ac integros eſſe libros*, quod antequam pertractare inſtituit, rationes & argumenta nonnulla præmittit, quibus adpareat, etiamſi fragmenta eſſent, ea tamen non eſſe ex hiſtoria chaldaica veri ac germani Beroſi, quoniam in iis ſint *multa contraria, nonnulla repugnantia, pleraque recentiora & à notitia illius ætatis, quo vixit Beroſus, longo temporis interuallo diſiuncta.* Namque iunior Beroſus aliquando adfirmat, quod ſuperior Beroſus negat; iunior c) dicit, Semiramim reginam, Babylonem ex oppido ignobili maximam & ampliſſimam effeciſſe vrbem, adeo vt illam ædificaſſe potius, quam amplificaſſe videretur: Beroſus contra ſuperior d) adfirmat, non eam vrbem ædificaſſe p. 27.

E 5 caſſe

b) *nolui hiſtoriam huius Caiadi, qui Sibyllinam vaticinationem columnis marmoreis inciſam commentus fuerat, inſerere, quam Varrerii verbis conſcriptam legas apud Fabricium in bibl. lat. p. 882.*

c) iunioris Beroſi verba ſunt: Quarto loco regnat apud Babyloniam vxor Nini Aſcalonita Semiramis, annis quadraginta duobus. Hæc anteceſſit militia, triumphis, divitiis, *victoriis, & imperio omnes mortales. Ipſa hanc vrbem maximam ex oppido fecit, vt à maiis dici poſſit, illam ædificaſſe quam ampliaſſe.*

d) huius verba apud Ioſephum leguntur: *Audito*

Digitized by Google

dita autem pater eius Nabulaſſarus, quod ſatrapa
ſtitutus in Ægypto & Syria inferiore & Phœnicia re
„ *laret, cum non valeret iam ipſe labores ferre, trib*
„ *filio ſuo Nabuchdonoſori ætate valenti, partem q*
„ *dam exercitus contra eum miſit. Nabuchdonoſor*
„ *tem, cum ſatrapa deſertore congreſſus, provinciam,*
„ *ab initio eorum fuerat, ad proprium revocavit i*
„ *rium. Eodem vero tempore contigit, patrem eius*
„ *bulaſſarum, cum ægrotaſſet, in Babylonia civitate*
„ *fungi, qui regnavit annis xxix. Nabuchdonoſor au*
„ *non poſt multum tempus mortem patris cognoſcens &*
„ *gotia ægyptiaca diſponens, reliquarumque provincia*
„ *& captivos Iudæorum & Phœnicum atque Syrorum,*
„ *in Ægypto fuerant, commendans quibuſdam amicis*
„ *cum exercitu & impedimentis perducerentur ad B*
„ *loniam, ipſe cum paucis iter aggreſſus, per deſertum*
„ *bylonem venit, reperiensque cuncta à chaldæis diſ*
„ *ſari, ſervatumque regnum ab optimatibus eorum,*
„ *minus factus totius paterni principatus, captivis*
„ *dem advenientibus, præcepit habitacula in opportu*
„ *ſimis Babyloniæ locis ædificare: ipſe vero ex manu*
„ *templum Beli ac reliqua munificentiſſima excoluit*
„ *veteri urbi alteram extrinſecus adiecit: & proviſ*
„ *poſthac homines fluvium convertere & ad urbem a*
„ *dere, tres interiori civitati per circuitum muros, t*
„ *idem exteriori, hoc cocto latere, illos addito etiam bi*
„ *mine circumdedit. Tam ſic communita portas, qua*
„ *templum deceant, addidit. Ac hoc iuxta paternam*
„ *giam alteram ſumptuoſiorem multo ampliorem que*
„ *ſtruxit eiuſque ornatum exponere fortaſſe longum e*
„ *Illud memoratu dignum, hac quod adeo ſuperba, ſupr*
„ *fidem magnifica, quindecim dierum ſpacio perfecta*
„ *in ea lapideas moles excelſas excitavit, aſpectu mo*
„ *bus aſſimiles, omnique genere arborum conſitas. P*
„ *tum quoque penſilem fecit, fama nobilem, eo quod*
„ *xor eius montanum proſpectum deſideraret, in Me*
„ *rum regione educata.*

Ca

Digitized by Google

aſſe vel magnificis operibus exornaſſe *Se-*
miramin, verum *Nabuchdonoſorum* regem tan-
.. operis auctorem fuiſſe.

Quod à vero & genuino Beroſo, cuius ex- p.31.
..llenti ac multiplici doctrinæ graviſſima
..nt teſtimonia data, & cui Athenienſes
..ublice ſtatuam locaverint, vix exſpectan-
..um putat auctor, vt in vno hiſtoriæ cor-
..ore ſibi repugnet, & contra leges hiſtoriæ,
..arum prima ſit, ne quid falſi dicere au-
..amus, delinquat. Et cum videat auctor
..ſephum à multis in dubium vocari & ſu-
..ectum reddi, addit inſuper, apud Danielem
..rum vatem legi, quæ de exſtructione
..bylonis apud Ioſephum legantur; cum p.32.
..nim ipſi regi prædixiſſet vates Daniel, quæ
.. iam impenderent mala, reſpondiſſe:
Nonne hæc eſt Babylon civitas magna, quam ego
..ificavi in domum regni, in robore fortitudinis
..ea, & in gloria decoris mei? Quanquam, per- p.34.
..it Varrerius, *intelligere non poſſum, quid in*
..ſepho contemnendum putent, vt eius auctoritati
.. derogare audeant, quem omni diſciplinarum
..nere excultum & græcis litteris inprimis erudi-
..um fuiſſe, teſtentur doctiſſima, quæ græce ſcripſit,
v..umina, multarum rerum doctrina & varie-
..te diſtincta, quæ volumina Veſpaſianus impera-
..r propterea in publica bibliotheca reponenda, it-
..que Ioſepho ſtatuam faciendam & publice lau-
..ndam cenſuerit, vt auctor eſt Hieronymus, qui-
..e adeo leges hiſtoriæ coluit, vt quanquam ge-
nere

nere iudaus eſſet, & ideo ab christiana religi abhorreret, clariſſimum tamen & graviſſimum Christo Deo deque Ioanne baptiſta dederit teſ monium, ne veritatem occultare & historia fi transire videretur. quos enim, Deus bone, grae auctores cuiuscumque facultatis, ſive poetas ſive rатores ſive hiſtoricos ſive philoſophos non dilige ter evolvit? ut ſatis oſtendunt opuſcula in A pianum Alexandrinum edita, & hiſtoria bellor & antiquitatum iudaicarum tam docte, tam o nato & tam eleganter ſcripta. Deinde prob Varrerius, ſuperiorem Beroſum multis æt tibus præcurriſſe iuniorem, vt ea, quæ h litteris mandaverit, ille nullatenus ſc re potuerit. Nam iunior Beroſus comme tus eſt *Lugdum* quendam, e) a quo *Lug nenſis Galliæ* nomen traxerit. Sed Varreri noſter è contrario evincit, *Lugdunenſem Ga liam*, quæ prius *Celtica* vocata eſt, ſic adpe lari cœptam *à Lugduno* ampliſſima galliaru vrbe, quam Plutarcho & Stephano teſte f) *Munatius Plancus imperator* & vir conſular

co

e) Beroſi verba damus: *Duodecimo vero anno Mancalei apud Ianigenas regnat Kitim, relicto in Celtiberis rege lio Sicoro. Eiusdem Mancalei temporibus apud Tuiſc ner regnat Hercules Alemannus; apud Celtas LVGDV à quo provincia & homines cognomenta ſumpſerant.*

f) Stephanus de vrbibus: *Lugdunum emporiu eſt totius Galliæ Celticæ longe celeberrimum, a quo pars Galliæ Lugdunenſis dicta eſt à L. Munatio Planc dum Galliæ Comatæ præeſſet; conditum in colle ſup co*

Digitized by Google

…rit: cum vero hic Munatius Plancus …eronis fuerit diſcipulus, Euſebio g) te…nte, quomodo Beroſus, qui Plancum i…um Lugduni conditorem multis anteceſ…: ætatibus, hoc nomine, quod nusquam e…: id temporis, uti potuit? hanc eſſe cauſ…a, quod nec Iulius Cæſar in Galliæ divi…ne huius nominis faciat mentionem. Hic …que Varrerius *Annii h) Viterbienſis* levita…m ac ignorantiam notat, qui in Interpre…one Lugdi a Beroſo adhibiti, *Beroſum & …corum reges eadem* demetitur ætate. De …o *Lugdo* nemo præter Beroſum litteris …nnihil conſignaverit. Sed Varrerius a-lium

…*arentem Rhodani & Araris imminente, ubi etiam …e non obſcura antiquæ urbis exſtant veſtigia. Et …chus: itaque horum conſiliis perſuaſus, Hannibal …ra movit & per ripam Rhodani, adverſo flumine …ctus, paucis diebus pervenit ad locum, quem inſu… gallis adpellant. Hanc Arar & Rhodanus amnis …verſis montibus confluentes efficiunt. ibique nunc …unum eſt, celeberrima galliæ urbs, quam longis poſt… temporibus à Planco Munatio conditam fuiſſe acce…mus.*

g) Euſebius in Chronicis: *Munatius Plancus, Ci…onis diſcipulus, orator habetur inſignis, qui cum Gal…am comatam regeret, Lugdunum condidit.*

h) Annius: *Lugdus eſt, qui incoluit Lugdunenſem …vinciam, ut nomen eſt argumento. Quod vero ait …o cognominatam fuiſſe provinciam & homines, ita in…gendum eſſe exiſtimo, ut provinciam intelligat totam …tem Lugdunenſem, homines autem LVGDOVICOS di…, quos poſtea g. ablata LVDOVICOS dixerunt.*

Digitized by Google

liuum ex *Agathio* i) auctore græco locum
profert, ex quo iterum indicare licet, au
ctorem hunc non eſſe Beroſum chaldæum
Agathius enim Beroſum chaldæum teſter
adlegat, quando non ſatis conſtare ait, qu
tempore Zoroaſter ſiue Zarades floruerit a
tulerit leges, cum tamen Pſeudo Beroſus k
hæc omnia ſatis indicet, quo patre natus
quibus artibus ad imperium adſpirauerit
quæ bella geſſerit, a quibus ſuperatus & oc
ciſus

---

i) tranſcribere placet Agathii locum: *Sed huius tem
poris Perſæ priſcos mores omnes fere omiſerunt, & pen
itus iam euerterunt, alieniſque legibus tanquam adul
terinis vtuntur ex Zoroaſtris deſumptis Oriſmadæi diſci
plina. Is autem Zoroaſter ſiue Zarades [nam dupli
vocitatur cognomine] quo tempore in principatu floru
rit & tulerit leges, ſatis clare internoſci non poteſt. Per
ſæ namque noſtra huius ætatis, Idaſpis temporibus ſim
pliciter tamen hunc fuiſſe adfirmant; ita vt in ambigu
ſit, nec ſatis plane dignoſci queat, vtrum Darii pater
an alius quiſpiam is fuerit Idaſpes. Sed quouis ille flo
ruerit tempore, magiſter tamen & Perſis fuit, & magi
cæ ſceleris adinuentor, qui priſco ſacrorum ritu mu
tato, promiſcuam quandam & varias opiniones induxit
Siquidem vetuſtiores illi Iouem, Saturnum & huiuſmod
cæteros, apud græcos quoſdam percelebres vt deos vene
rabantur, cum alioqui cognomenta ſeruarent: nam Io
uem Belum dicebant, Herculem Sandem, Anaitida Vene
rem & alios item aliter vocitabant, quemadmodum Be
roſus Babylonius & Athenocles Symmachus, qui Aſſyrio
rum Medorumque res antiquiſſimas conſcripſerunt, in hi
ſtoria produnt.*

k) Beroſus lib. III. *Erat illi* (Noemo) *filius ex tribus
primis adoleſcentior Cham, qui ſemper magica & venef
ca ſe*

Digitized by Google

..s. Quæ ſi in vetere Beroſo extitiſſent, ..l dubitat Varrerius, quin etiam ab A.. ..io, qui diligenter evolvit Beroſum, ſint ..nadverſa. Præterea nec Plinium, Ioſe.. ..m Auguſtinum hanc hiſtoriam intactam ..teriiſſe, ſi à genuino Beroſo litteris fuiſ.. ..d conſignatum. Nec veriſimile putat ..rerius, Beroſum tantæ auctoritatis ſcri.. ..rem ea traditurum eſſe, quæ manifeſto ..a ſunt. *Nam à diluvio*, inquit Varrerius, *..patrem noſtrum Habrahamum, in cuius ætate ..s conſtat Ninum, qui Zoroaſtrem ſupenavit, ..ſe, numerat Euſebius Cæſarienſis epiſcopus in ..onicis MDCCXX. annos, qui vero minimum, ut ..guſtinus MLXXII. quomodo ergo Cham, qui ante ..clyſmum centum natus erat annos, tam lon-gum* P. 49

..udens, Zoroaſt nomen conſecutus erat. Is patrem ..m odio habebat, quia alios ultimo genitos ardentius ..batur, ſe vero deſpici videbat. Potiſſimè vero idem ..us erat patri ob vitia, itaque nactus opportunita..m, cum Noa pater madidus iaceret, illius virilia con..ndens, taciteque ſubmurmurans, carmine magico ..ri illuſit, ſimul & illum ſterilem perinde atque ca..tum effecit, nec deinceps Noa femellam aliquam ..cundare potuit. & lib. V. *Sextus Babyloniæ rex Arius ..nauit annis xxx. qui adiecit imperio omnes Bactria..s, nam paullo ante mortem Nini Cameſenus, pulſus ..mni ferme urbe in Bactrianos ſeſe contulerat, & illos ..agico præſtigio ſibi devinxerat, adeo ut apud illos ma.. ..us viribus imperaret. Coacto autem Cameſenus ma..mo populorum exercitu invaſit Aſſyrios, contra quem ..nus dimicans ſuperior fuit & Cameſenum obtrunca..t: inde paullo poſt ipſe obiit, quare Arius collecto ex..citu poſt patris Nini obitum, Bactrianos & omnes Caſ..pios ſubiecit.*

Digitized by Google

gum vixiſſet ætatem, ad quam nemo quisqu mortalium vitam produxit, præſertim poſt di viuni, quando non mediocris iam ætatum dimin tio conſecuta fuerat? Quod ſi Zoroaſter [vt iun Beroſus contra omnium hiſtoricorum ſententi adſerit] non à primo Nino, ſed à ſecundo huius tio, qui poſt matrem Semiramin regnavit, ſupe tus eſt, multo plures ab ipſo diluvio ad Zoroaſt interitum computantur anni, ita vt clarius ve tas eluceat & manifeſtum ac deprehenſum mu etiam magis adpareat figmentum. Quibus pr miſſis Varrerius contendit, hos quinq; libr nulla fragmentorum veſtigia ſed incorrupt potius integritatis ſpeciem præ ſe ferre, i que probat ex ipſo operis titulo, qui e *Beroſi ſacerdotis chaldæi de antiquitatibus lil quinque, cum commentariis Io. Annii Viterbie ſis, ſacræ theologiæ profeſſoris*: deinde quo nec ipſe Annius aliquorum fragmentoru veſtigia deprehenderit: tertium neque h operis brevitatem obſtare, cum Beroſus ipſe brevitati ſe ſtudere ſignificarit, & l
p.45. bros ſuos non raro *breviſſimas adnotation* dix

l) In fine operis Beroſus inquit: *Itaq; qui reges & te pora traduntur à noſtris de primoribus regnis orbis, à l ni diluvio primo vsque ad Dardania regnum conditur his noſtris BREVISSIMIS ADNOTATIONIBVS ſint h ctenus dicta* & *lib. I. Has principum atque heroum o gines atque poſteritates ABBREVIAMVS ex noſtris ch dæis atque ſcythicis libris, quoad ſatis ſit*, & complu loca alia.

Digitized by Google

dixerit, idque etiam Manethonem *m*) profiteri. Denique abſolutam eſſe hiſtoriæ continuationem, nexamque habere rerum geſtarum narrationem, Varrerius ex ipſo contextu per omnes quinque libros egregiè demonſtrat.

Tertium argumentis ſane non contemnendis docet, *hanc hiſtoriam non eſſe id opus, quod Beroſus Chaldæus quondam confecerit.* Notus eſt ille error ſupra commiſſus a iuniore Beroſo, cum de exſtructione Babylonis ageret. Sed alia nunc auctor ſuppetit. Beroſus enim commenticius a diluvio (ut ipſe interpres eius Annius fatetur) ad Aſcatadem Aſſyriorum & Dardanum Dardaniæ reges: Beroſus vero chaldæus ab eodem tempore ad Nabulaſſarum regem & Nebuchdonoſorum eius filium hiſtoriam perſcripſit. Extat de Sennacheribo rege hiſtoria Beroſi apud Hieronymum & Ioſephum, quæ in recentiore Beroſo minus deprehenditur: extat & alius Beroſi locus, tertio libro inſertus, qui apud eumdem *Hieronymum in Commentario* ad Danielem & apud Ioſephum adlegatur de Balthaſare ſive Nabonido, quem p. 50.

F locum

m) Ita ille, *Beroſus inter chaldæos hiſtoricos probatior DEFLORAVIT BREVISSIMIS ADNOTATIONIBVS omnia chaldaica de potioribus regnis orbis a diluvio maximo, quod Deorum maiores ſcribunt fuiſſe ante Ninum uſque ad præcipuum regnum Troiæ conditum.*

locum fruſtra in iuniore Beroſo quærimus: ſunt complures alii loci apud Ioſephum & Plinium reperiundi, ſed qui itidem in iuniore Beroſo deſunt. Præterea tot regnorum deſcriptiones parum convenire adfirmat auctor, cum *titulo hiſtoriæ chaldaicæ*, quem titulum præ ſe tulerint libri Beroſiani [nam Ioſepho & Hieronymo teſte flores tantum hiſtoriæ chaldaicæ decerpere decrevit, aliaque omittere, quæ ſibi minime pertinere viſa ſunt ad illa, quæ ſecum narrare conſtituerat] hinc non veroſimile aut probabile videri, tot exterorum regum Hiſpaniæ, Galliæ, Italiæ, Germaniæ, Græciæ & Africæ principatus & tempora cum rebus chaldaicis ipſum commiſcuiſſe, inter quos & Babylonios reges nullum omnino unquam commercium, nullum bellum, nullum fœdus aut ſocietates interceſſerint. Beroſum quidem ſeniorem de iudæis regibus multa commemoraſſe, propterea quod inter vtrosque & Babylonios & Iſraeliticos reges ſæpius bella ſuſcepta & amicitiæ initæ aliaque pacis fœdera ſancita & firmata fuerint, ſed in Pſeudo Beroſo nullam iudæorum regum commemorationem factam eſſe, cum Hieronymi teſtimoniis conſtet, veterem Beroſum hæc feciſſe.
p.56. Ad hæc pauca illa ſuperioris Beroſi, in Hieronymo & Ioſepho legenda, longe aliam dictionis formam præ ſe ferre, ac iunioris: nec nomen exſtare in

ter-

terpretis, qui hoſce libros ex græcis conuertit, nec ab homine græco illos fuiſſe compoſitos, ſed ab auctore potius latino, eoque latini ſermonis non admodum perito. Quod ſi etiam temporum varietates & rerum viciſſitudines expendantur, deprehendi, Beroſum veterem & græcos illius ætatis, qua par erat, aut nullam aut perexiguam certe notitiam regionum habuiſſe, earum præcipue, quæ ad occidentem vergunt, vt ſunt Hiſpaniæ, de quarum rebus eo tempore ob immanem & barbaram hominum illius ætatis naturam, ob morum & linguarum diſſimilitudinem parum aut nihil græcos compertum habuiſſe: exinde multos in deſcriptione Hiſpaniæ ſcriptores *n*) erraſſe, ac de veterum græcorum exigua extremarum orarum cognitione vel Polybium teſtari. Itaque cum eo tempore tanta Hiſpaniæ fuerit

 igno-

n) Varrerius hos adnotat errores: *Æſchylus Eridanum in Hiſpania fuiſſe exiſtimauit, eumdemque Rhodanum adpellari: Euripides & Apollonius opinati ſunt, ipſum Rhodanum in mare Hadriaticum fluere. Ariſtoteles ex Pyrenæis montibus oriri Danubium exiſtimavit. Plato neſcio quam Atlantidem inſulam ad herculeas columnas olim fuiſſe adſeruit tantæ magnitudinis, vt maior Lybia ſimul & Aſia cenſeretur, cuius inſulæ reges late imperium & ditionem in totam Africam & Ægyptum, in bonamque Europæ partem obtinuiſſent; quæ tandem tota pelago ſubmerſa fuerit, vnde factum, vt atlanticum illud pelagus ob ſequeditem limum ibi relictum navigari nequiverit.*

Digitized by Google

p.59. ignorantia, ſictum Beroſum, ſi ea vixiſſet ætate, ſcire non potuiſſe, quæ de Hiſpaniæ urbibus, coloniis regibus eorumque temporibus ſcripſit: parum etiam indecorum videri, quod cum *brevitati* ſtudere ſe innuerit, ipſum tamen tot exterorum regum ſeriem cum perpetua ſuarum rerum hiſtoria contexere.

p.60. Denique Varrerius *nonnullis adverſariorum obiectionibus reſpondet*, ſimulque cauſſas exponit, quibus adducti ſunt, vt eas *breviſſimas adnotationes* crediderint eſſe veri ac genuini Beroſi hiſtoriam. Atque eos vel operis inſcriptione deceptos putat, qui titulus ab ipſo forte Annio ſit additus, vel quod auctor ſe chaldæum eſſe ſit profeſſus, vel quod nonnulla, quæ Ioſephus ex veteri Beroſi hiſtoria de nave Noemi, cataclyſmo & regibus nonnullis commemoraverit, itidem inveniantur apud iuniorem Beroſum. Sed his reſpondet Varrerius,
p.61. rem minime ſic abſolvi. Nam etſi ſe chaldæum eſſe & ex annalibus chaldæis excepiſſe dixerit, non continuo ſtatuendum eſſe, quod ſit Beroſus, cum permulti eiusdem hominis, nationis & familiæ fuerint, & multi quoque, qui eandem rem ſcripſerint. Quod ſi opponatur, ſuperiorem Beroſum apud Ioſephum retuliſſe nonnulla eisdem verbis, eodem ordine & contextu conlocatis, quæ Beroſus iunior eadem referat,

Digitized by Google

ferat, vt ſunt de diluvione, arca Noæ cæteriſque, hic præſto eſt Varrerius regerendo, nihil ex tenui hac & exigua verborum ſimilitudine concludendum, nec mirandum eſſe, ſcriptores eandem rem, quam deſcribunt, eadem verborum ſimilitudine exprimant, quod Plinio & Solino, Virgilio & Homero, Livio & Polybio aliiſque ſæpius acciderit. P. 52. Si vlterius obiiciatur, narrari ab auctore hunc caſum de diluvione vniuerſa, P. 66. quam Beroſus etiam Ioſepho teſte tradiderit, Varrerius reſpondet, non propterea intelligi poſſe, fuiſſe hunc veterem Beroſum; nam & Romanos & Græcos & Carthaginenſes plurimos habuiſſe rerum ſuarum ſcriptores, & Alexandrum xxx habuiſſe hiſtoricos, qui res eius geſtas litteris mandaverint: ſcripſiſſe Moſen cataclyſmum, ſcripſiſſe etiam Beroſum, & cum aliis Ovidium ſed poetice, commenticias adiicientem fabulas, a quibus nec novus Beroſus abſtineret, vt p. 67. ea ſint, quæ de *Titea magna, de Pandora, de Noela & Noegla, deque magicis maleficiis*, quibus manifeſtiſſimo mendacio protulerit, Chamum patri ſuo nocuiſſe, eumdemque poſtea Zoroaſtrem, Bactrianorum regem, principem & inuentorem magicæ artis fuiſſe. Porro opponunt adverſarii, quod multa ſcripſerit Beroſus, quæ apud Diodorum Siculum, Corn. Tacitum, C. Cæſarem & alios occurrant. Sed nec hoc quidquam ad

Digitized by Google

rem conferre ait Varrerius, imo & ſuſpicionem alienæ ſimulatæ perſonæ non fruſtra augere. *Nam cum apud Corn. Tacitum legiſſet*, pergit idem Varrerius, *germanos celebraviſſe olim carminibus ſuis, quibus annalium loco uterentur, quendam Tuiſconem deum terra editum, & filium eius Mannum ſuæ gentis conditores dixit, Ianum patrem, quem Noemum fuiſſe adſeruit, creaſſe regem Sarmatia hunc Tuiſconem, qui à flumine Tanai ad Rhenum imperaret, & miſiſſe in Aſiam quendam Gangem, cum aliquot ex filiis cuiuſdam Comeri Galli, qui colonias illuc deducerent, vt nomen huius nobiliſſimi fluminis hinc originem traxiſſe videretur, quam originem IOAN. ANNIVS ſtatim quadam leviſſima inveſtigatione, ex nomine huius Gangis coniectauit. Dicit inſuper, miſiſſe in Arabiam felicem quendam Samum, cognomine Thuriferum, & in Arabiam deſertam quendam Arabem, & quendam Petreium in Arabiam petream, vt harum regionum nomina ab iis initium ſumpſiſſe facile viderentur, qua omnia plena ſumma levitatis ſunt. Cum vero apud Plinium duo hæc oppidorum nomina NOEGAM ET NOELAM inveniſſet, qua auctor ille in Aſturibus & Gallæcis ſita commemoraſſet, commentus eſt duo cognomina NOEGAM ET NOELAM, quibus vxores Chami & Iapheti cognominatas fuiſſe dixit, aſſerens ipſum Ianum patrem X. anno Nini Babyloniorum regis, ex Africa in Hiſpaniam transfretaſſe in Celtiberiſque conlocaviſſe duas colonias ex cognominibus nurum*

rum

rum ſuarum Noegam & Noelam adpellatas, aliaque portenta refert, quæ, vt verum fatear, modo mihi ſtomachum faciunt, modo riſum movent, adeo deliris poetarum figmentis omnia involvit. Non aliter *Ioan. Annium* facere tradit noſter auctor, verbi gratia in explicatione nominis *Aboriginum*, quos negat Annius græcos fuiſſe & aliunde in Italiam veniſſe: dicit enim: *quod cum in illa ætate aurea, qua Saturnum regnaſſe auctores tradunt, nondum conſtitutis vrbibus homines pro domibus tuguriis & cavatis arborum truncis aliisque ſylveſtribus tectis vterentur*, vt quidam hoc carmine ſignificaſſe videtur P. 70.

Gensque virum truncis & duro robore nata.

inde nomen aboriginum fluxiſſe, cuius nominis etymon ſignificare hæc omnia, *paterna cavea nata proles.* nam *ab* patrem, *ori* caveam ſeu foramen, *génos* prolem ſeu poſteritatem ſignificare. Ita eundem Annium in voce nominis *Herculei o*) egregie nugari obſervat

o) Ita Annius: *Lybius eſt nomen proprium Herculis Ægyptii & Arnus eſt vnum ex cognominibus, vt ait Beroſus l. V. Antiq. ſunt autem cognomina eius Her, Col, Ar, Arno, Muſarno, quæ lingua Ægyptia ſignificant. HER quidem PELLITVM, quia induebatur ſimplici pelle leonis quotidie, COL etiam apud Hebræos TOTVM ſignificat, quia pellibus ferinis toto corpore tegebatur pro armis inventis in primo ortu generis humani. AR vero & ARI ſignificat LEONEM, dictusque fuit AR ab inſigni ſuo*

vat Varrerius. Nihil vero eſſe ineptius aut indoctius, quam ex diverſis exterarum nationum linguis vocabulorum origines *p*) educere. Sub finem Varrerius addit, quod Ioſephus adſerat græcos *Noemum* nuncupaſſe *Nochum*, quem vero novus Beroſus Ianum adpellet. Quæ omnia ſatis indicare, hanc hiſtoriam, quæ vulgo circumfertur, non eſſe Beroſi veteris chaldæi.

p. 72.

IOACHI-

SVO LEONE, quia ab inſigni ſæpe nominabantur duces, vt Macedo Lupus, & Anubis Canis teſte Diodoro in primo libro. NO. autem FAMAM CELEBREM ſignificat. hinc ARNO. i. e. LEO CELEBER a virtute, qua, ut ait Diodorus, propulſabant iniurias ab humano genere. MVSA item DISCIPLINAM ſignificat apud omnes gentes. dictus eſt igitur MVSARNVS i. e. DOCTOR LEO CELEBRIS, quia deditus fuit initiationibus & incantamentis militaribus. O rem ridiculam!

p) admodum lepida ſunt, quæ Varrerius inſperſit de falſa alicuius auctoris deductione vrbis Hiſpaniæ *TVNES*. *Legi ego*, inquit, *commentarium cuiusdam hominis Hiſpani de expugnatione Tunodis oppidi, in quo ille Etymon huius vocis, quod Hiſpani TVNES adpellare ſolent, ſic explicavit: dicit enim, cum olim Pœni poſt everſam à Scipione Æmiliano Carthaginem oppidum Tunetem condidiſſent (ſic enim ille falſo exiſtimabat) & ſenes, qui adhuc ſuperfuiſſent, in memoriam revocaſſent antiquam Carthaginis amplitudinem & nobilitatem, quam novi oppidi modica & humilis ſtructura nullis ex partibus exæquaſſet, atque propterea dicere ſoliti eſſent, TV NE ES? ex hac ſenum interrogatiuncula nomen TVNETIS, quod Hiſpani TVNES adpellant, originem traxiſſe.*

IOACHIMI CAMERARII Erratum (a)

in quo circiter quadraginta loca veterum & recentiorum auctorum notantur.

Noribergæ apud Io. Petreium 1535. 8vo. plag. 2 1/2

ERRATVM

ſiue ὑπὲρ πταίσματος ad amicum.

ADmonitus à Te humaniſſime, non ſolum non iraſcor tibi, quod pleriq; ſolent caſtigantibus, ſed magnas etiam gratias ago, neque ſi errauerim, nimium

a) Non ſeorſim quidem IOACH. CAMERARII ERRATVM prodiit, ſed cum eo ſimul ÆOLIA PHÆNOMENA ET PROGNOSTICA, in quibus nomina ventorum, ſydera & ſtella, ac indicia tempeſtatum enarrantur. Nobis hic placuit ERRATVM a ſitu quaſi & ſqualore vindicare, vtpote omnium elegantiſſimum opus, quo in & ſuos & aliorum ſcriptorum errores recenſet, quodque ipſe CAMERARIVS deinde ſupprimere neſcio qua cauſſa connixus eſt. Neque enim cum proximo poſt anno eadem ÆOLIA, PHOENOMENA ET PROGNOSTICA ab ipſo CAMERARIO ederentur, hoc ERRATVM, vt antè fecerat, eis præmiſit, ſed de conſilio & data opera reiecit. Itaque hoc inſerimus noſtro opuſculo integrum & incorruptum. Vitam IOACH. CAMERARII fuſius expoſuit perſonatus CLARMVNDVS Part VII. IN VITIS CLARISSIMORVM VIRORVM, ſed qui iure ad errata

nimium me pudet, quod vt *Sophocles* ait, commune eſt omnibus mortalibus. Et quanquam nonnihil eruditionis, vt ſpero, ſtudio induſtriaque mea conſecutus ſim, tamen ad aliquam perfectionem irreprehenſibilem me perueniſſe profiteri non auſim, quod neminem unquam quamvis glorioſum & oſtentantem bona ſua feciſſe arbitror. Cumque ſciuerint multi multa, neminem exiſtimo inuentum qui diceret ſe tenere omnia. Sed de hoc paulo poſt. Nunc tecum agam, cui profecto minime ſimulate gratias ago, qui me, ut dixi, humaniſſime admonueris *lapſum* me nuper *eſſe & in numeris verſuum meorum* (Quid enim eſt aliud uſurpaſſe

errata Cameraria na referri poteſt. Notabimus hic ſolum, quæ in Ioachimi huius vita peccauerit. ERRATUM eſt, quando Phil. Melanchthonis ætate artem typographicam nondum inventam adſerit: ERRATUM eſt, quando Wilhelmo Neſeno prænomen Philippi tribuit: ERRATUM eſt, cum in Camerarii inſignibus vnicam cornicem eſſe adfirmat, cum tres in iis cornices conſpiciantur: ERRATUM EST, quando de re ruſtica conſcripta opuſcula noſtro Ioachimo Camerario ſeniori adiudicat, cum conſtet à filio eius Ioachimo ea eſſe, qui medicinam Noribergæ profeſſus. Alia in huius vita errata commiſit, quæ de induſtria omittimus. Quod ſi CAMERARIUS in ERRATO SUO QUADRAGINTA errores à diverſis ſcriptoribus commiſſos adnotavit, ego in vnico CLARMUNDO TRECENTOS INSIGNIORES ERRORES in vitarum enarratione confictos obſervavi. Innumera quoque operarum manu corrupta ac depravata ſunt.

Digitized by Google

paſſe quod veterum nullus ?) Et in hiſtoria deceptum, qui voluerim intelligi *cornigerum Iouis ſimulacrum* apud *Garamantas* fuiſſe. Cum vero cogito, non videtur una utriusque eademque eſſe ratio. De qua re pauca te volente, ut mihi pro amicitia noſtra perſuadeo, nunc ſcribere tibi ſtatui. Ac neutrum quidem ſic defendere conabor, ut oratores eas cauſas video in quibus freti innocentia rei multum ſibi confidunt, refellentes, quod ab adverſariis objectum fuit. Non tamen ita indefenſam cauſam tibi tradam ut concedam tibi doctisſimo viro in ſcazonte *b*) erratum eſſe, ſiquidem hoc ſentis, in penultima ſi creticus non ſit poſitus, quod ne ipſum quidem diſerte dicitur, cum Iambus, niſi fallor, dici debeat, nam ad quartum locum illa altera ſyllaba pertinet, neque ullus nominauit in Iambico verſu acatalecto Creti-

b) *Eraſmus Roterodamus notavit hæc in epiſtola ad Eob. Heſſum:* IOACHIMUS PLUS HABERE VIDETUR CURÆ, QUAM NATURÆ. NON OMNIA POSSUMUS OMNES. IN SCAZONTE NOVAM USURPAVIT LIBERTATEM HAUD SCIO, QUEM SECUTUS AUCTOREM: NAM QUOS EGO LEGI, SEMPER FINIUNT VERSUM CRETICO ET SPONDÆO. VIDE QUAM SIM CURIOSUS RERUM ALIENARUM. SED IOACHIMUM MIHI SALUTABIS AMANTER.

Digitized by Google

Creticum. Sed ego non, inquam, concedam tibi ante ſpondeum terminalem non niſi jambum poni oportere in ſcazonte. Quanquam video neque ſpondeum neque triſyllabum pedem illo in loco quamvis impari, facile eſſe apud veteres reperire, tamen non ideo ut puto, jambum unum ibi collocari neceſſe eſt. Nam refugere nunquam poetæ pro jambo tribrachyn, is enim idem valet, vſurpare, neque ego, qui idem feci, ab illis diſſentire videri debeo. Non poſſum negare equidem, nullum in præſentia exemplum ſuppetere, quo meum factum ſublevetur. Etſi videor, quod ipſum decet curam ac diligentiam, quæ mihi à te tribuitur, vt ego quidem interpretor laudis nomine, profecto notaſſe alicubi ita tribrachyn poſitum, niſi forte hoc impoſuit mihi, quod apud Græcos ſpondeum reperi, fieri enim queat, ut curam illud, cogitationemque meam perſtrinxerit. Si enim hoc feratur, quis dubitet illud tolerabilius eſſe, ubi tempora cum Iambo congruant: Apud Græcos autem verſus ita ſe non dubio habent. Quorum unum aut alterum retuliſſe nunc quidem ſufficiat. ex epitaphio Hipponactis.

ὁ μουσοποιὸς ἐνθάδ᾽ Ἱππῶναξ κεῖται.

Ex Ananio *ἰαμβοποιῶ, καὶ σῦκα βαιὰ καὶ δύ τρεῖς ἀνθρώπους* & iterum :

γνοίη χόσω τὰ σῦκα του χρυσοῦ κρέσσων.

Sed abſque hoc potuit certe fieri, ut minime natura & ingenio Muſicus ita ſim ratiocinatus, non eſſe vitioſum, pro iambo tribrachyn etiam hoc loco ſtare, cum id alias fieri ſolere ſcirem. Ac ſignificas quidem hoc à valde docto homine notatum in verſibus noſtris & alteri ſimiliter eruditione claro perſcriptum, quod tantum abeſt ut perturbarit animum meum, ut etiam multum delectauerit. Et ille quidem valde doctus, de quo ſignificaras, quis fuerit, nuper adeo intellexi, cum in illius quaſdam epiſtolas incidiſſem, in quarum vna hoc ineſſet. Quo ego mihi nomine, fatebor enim, cœpi nonnihil placere. Neque enim is, quod iudicauit lectione dignum libellum noſtrum, parvum honorem mihi habuit, & probauit certe in vniuerſum, non enim aliter particulas notandas duxiſſet. Antea autem quam hoc reſciuiſſem, non aberat ſuſpicio, de illius docti mentionem finxiſſe, ne tua reprehenſione offenderes animum meum, quæ mihi ſententia non potuiſſet non admodum improbari. Cum enim plurimis & clariſſimis ſignis voluntatem erga me tuam perſpexerim, facere neq; poſſem, vt quem commodi & honoris mei cauſſa monere me arbitrarer, ei ego ut iraſcerer aut ſuccenſerem? Niſi tu me in eorum te numerum retuliſſe cenſes, qui ſolam hanc

laudem

Digitized by Google

laudem petunt, infeliciſſimi homines ingenii, ut aliorum ſcripta carpendo famam ipſi colligant. Vnde iſtæ miſeræ exquiſitæ reprehenſiones dicam an calumnias, literæ aut ſyllabæ, quas ne nos quidem effugimus, quia eſſet alicubi in noſtris *propriora* ſcriptum, & *pollici*, plane incongruenter. At nos ſatis locus defendere poterat, niſi præſtringeret oculorum mentisque aciem obtrectatio; *propiora* enim & *pollici*, librariorum negligentia ita fuerat deprauatum. *Male vero nobiſcum agitur, ſi librariorum etiam ſomnolentia & vinoſitas luenda eſt.* Sed illi, c) quos diximus, quid mirum inuenire in alieno libro, quod carpant, qui uni huic curæ animum intenderint, cum auctoris in diuerſas cogitationes & ab iis quæ ſcripſiſſet, & quæ proſpiceret ſcribenda diſtractus animus non potuerit, quod aiunt, ambabus manibus comprehendere præſentia. Neque igitur qui vidit, quod effluxerit alteri, quique ſublegit illud, laudem, neque cui ex magna copia, quaſi opum & facultatum ſtudiorum excidit quippiam, reprehenſionem magnopere meretur, quorum illius in paupertate perquam ridicula gloria huius ſplendida conſolatio futura ſit reliquum adhuc ingenii & induſtriæ ſuæ bonorum plurimum. Sed redeo ad rem, deque Scazonte iuxta Sopho-

c) *forte legendum eſt:* ILLOS.

Digitized by Google

rhodeum carmen καὶ φημι κἀπόφημι κοὐκ ἔχω τί φῶ. Quanquam ſatis mihi eſſe poterat, quod cura mea digna obſervatio, in hoc ipſo errato, ſi quidem eſt, apparet, cum pede æquiparato iambo uſimus, cui ſi ille libenter ceſſit de ſecundo & quarto, ne gravetur hoc loco admittere, ſed contra exempla audere non oportuit. Fortaſſe eſt hoc verum, & ſi *quis eſt in uſu latinitatis timidus, ego c) profecto ſum*. Verum hac in parte decepta eſt cura cogitatioq; noſtra, fateamur ergo peccatum, ne verſando tractandoque auſtremus modo, ſperantes huius & à te & ab aliis gratiam, ἐπεὶ ἁμαρτεῖν ἀνθρώποις εἰκός, *ut Euripides* ait. Venio nunc ad hiſtoriam.

---

c) ingenua eſt Camerarii confeſſio, qui acerrimus latinæ linguæ inſtaurator ac conſervator fuit: ſed neque nova illa confeſſio. Quod ſi CRENIUM ANIMADVERSION. PHILOLOG. P. I. p. 77. audimus aliquoties CAMERARIUS in Æſopicis fabulis a ſe latine converſis peccavit contra latinæ linguæ ingenium ac uſum nempe in fabula de Cervo & ove: COMISISTIN inquit cervus, TE (ovem) HOC ... REDDITURUM MIHI FRUMENTUM, ... redditurum. Sic & in fabula de fele & mure: ...S TU, inquit muſculus ad felem, SI TE IN ...CULUM CONVERSUM ESSE SCIAM, QUAM TAMEN COMIMSSURUS SIM, ...T AD TE propius ACCEDAM. lege a con-

riam. Equidem non ignorabam ne tum quidem, cum *Ammonis* ſimulacrum meo verſu aſcripſi Garamantibus, *Herodotum* huius Iouis templum Ammoniis attribuere, ex quo puer cœpi autore diſcere Græcam linguam. Sed memineram Lucanum ita canere.

Ventum erat ad templum Libycis quod gentibus unum
Inculti Garamantes habent.

Idque erat aptius numeris nomen, quod nos non ſpernendum autorem ſecuti aſſumere non dubitavimus, maxime cum uſitatum poetis eſſe ſciremus, & gentium certarum nomina pro totis terris ponere, & vicina loca vicinorum appellationibus comprehendere. Sed ſim ſane lapſus in utroque

converſam. Si meo res iudicio ſtaret, operarum feſtinationi potius, quam Camerario tribuerem. Memini ſupra in errantium numerum recenſitam eſſe CLARMVNDVM, qui forte & hunc locum occupaturus eſt. Non ita pridem ille GVIL: ERNESTI TENZELII vitam latino & vernaculo ſermone expreſſam dedit, in qua legimus verba Tenzelii ad ſpinoſam Clarmundi quæſtionem reſpondentia ſic latine reddita eſſe: MI CHARE DOMINE MAGISTER, DIALECTICAM ET PHILOSOPHIAM PRIMAM IAM DIU MEMORIA MEA EXCEDISSE, LIBERE FATEOR. lege: EXCESSISSE. Adeo procliue eſt in errores delabi. Sed demus & hoc typographorum erroribus.

Digitized by Google

que. Quis omnium quæſo mortalium non aberrauit aliquando à vero, neque deceptus eſt? Imò ſic ego comperio ineuitabile hoc eſſe, ut fere quo magis certarum quique rerum ſingulari ſtudio tenentur, ita illis hoc citius accidat, ut de via declinent. Fit fortaſſe ut diuturnus uſus rerum ſecuros & negligentes reddat: fortunam etiam puto magnos claroſque viros conuellere, inimicam ſucceſſibus & elationi. Eſt autem hoc quoque inter miſerias ingenii humani, ut errorem manifeſtum ſæpenumero amplectatur, non tamen videns ac volens, ſed pro vero & recto, cum aſſenſus à veritate obſcuriore deflectens ad præſentem opinionem, quaſi procella cogitationum appellitur. Quod ipſum & Horatius ſenſit cum ſic cecinit.

Maxima pars vatum decipimur ſpecie recti.

Ita cernimus fieri, ut, quod quis in manibus tenet, requirat, & aliquid dicere cupiens diuerſam ac contrariam ſententiam enunciet, utque eſt in græco proverbio. ἄμοας αἰταιτοῦντί τις ἀπαρνεῖται σκαφήν. In ſcriptis quidem Græcorum inuenio *Auguſtum Cæſarem* liberaſſe quendam ſententia ſua circumuentum, & oppreſſum fraude inimicorum falſò iudicio. Qui eum gaudio exultans geſtiret, gratitudinem animi ſui verbis declarare Principi, recente adhuc ira & indi-

gnatione acceptæ iniuriæ, exclamaſſe fertur, *gratias illi ſe immortales agere, à quo cauſſa eſſet ſceleſte & perfide iudicata.* Qua vero, ut ita loquar, grauitate ſurrepant errata nobis, non facile dixerim, ac cupio te ipſum hac de re paululum cogitare. Inuenies enim in hac diuinitate animi & rationis noſtræ humanæ fragilitatis plurimum. Eſt autem verum & rectum quaſi in circulo medium punctum propoſitum omnibus, ad quod conſilii & actionum quaſi ſagittas dirigant, ſed contingere paucis datur, ac ne illis quidem ſæpius. Tot ſunt & tam procliues aberrandi modi. Neque enim cum ſunt maxime anniſi, qui ad propoſitum ſignum iacula emittunt, non ſæpe longiſſime aberrant, quamuis multum periti & exercitati iaculando. Neque doctis prudentibusque viris perpetuo ſuccedunt omnia, conſtantemque ſeruant tenorem, ac nonnunquam peruertuntur. Quod non eo dico, quaſi & ipſe me talibus connumerans, præſtantiam meam jactitem in ſtudiis literarum, quanquam cum ſim ab ineunte ætate in his verſatus, niſi aliquem mihi profectum iure vendicem, culpa hæc mea ſit, neque reprehenſione ſim cariturus. Sed hæc potiſſimum eo tendunt, ut meum peccatum ſi excuſari purgarique non poſſit, hoc pacto inuoluatur & deliteſcat. Sunt autem ſiue errata ſiue *peccata* nominemus, duplicia ferè. Nam aut *imperitia & amentia & inertia* homi-

Digitized by Google

homines verum rectumque non attingunt. In quibus vix poteſt eſſe veniæ locus, cum cuiusque ſponte & voluntate commiſſa fuerint, & dictis & factis, atque adeo cogitationibus. Vitam enim totam ſcelerate & nefarie degunt ſtulti & vecordes. Ignaros autem artium & ineruditos, quis æquo illas animo ferat temeritate ſua contaminare? Sed *peccatur* etiam *infirmitate & errore quodam non voluntario neque animaduerſo*, cum animum aut obliuio obſcurauit, quæ Græcis ſunt μνημονικὰ ἁμαρτήματα, aut fefellit opinio, aut defecere vires. Quæ cum nemo unquam vitare penitus potuerit, ignoſcere non ſecus quiſque bonus ac ſibi, cum in alio cognouit, ſolet, non ignarus communis eſſe ſortis & imbecillitatis ingenii humani, neque magis ſuccenſet hoc modo lapſis, quam ſi qui forte in tenebris offenderint, aut morbo conciderint, quibus non ſolent iraſci, nam miſeret illorum: iraſcerentur autem, ſi ebrii aliquo incurriſſe aut cecidiſſe dicerentur. Nihil eſt enim minus audiendum, quam cum tales veſanias prætexunt improbi peccatis ſuis, vt vel per iram, vel incogitantiam, vel ebrietatem, vel negligentiam commiſiſſe dicant, atque hinc deprecationes ducunt, crimen crimine exaggerantes. Quibus quidem non ſolum venia nulla, ſed dupli-

 cata

cata pœna debeatur, ſicut & veteres Legiſlatores ſtatuiſſe accepimus. Etſi minus ſane etiam à doctis quibusdam peccari putatur, cum quaſi præteruehuntur rationem affectus, non etiam illam corripiunt & auferunt. Sed nobis de hoc toto genere in præſentia verba facere opus non fuerit, neque enim, ut ſpero, nullam ſic in ſtudiis literarum laudem conſecuti ſumus, ut penitus ignari illarum haberi poſſimus, neque non reprehenſores noſtri relinquunt curæ nobis & diligentiæ aliquid. De altero igitur genere erratorum adducemus nunc exemplorum nonnihil, inter quæ noſtrum perfacile occulatur, & quæ documento ſint, quantum ingenium humanum poſſit etiam cum natura ſtudioque fuerit ſingulariter elaboratum ac percultum. Non autem in eos nunc errores quaſi inquiram, quibus & hiſtoriæ refertæ, vitæ inquam & conſiliorum & actionum, & quibus regna, reſpublicæ, exercitus labefactati ac peſſundati ſunt. Neque offenſiones maximorum Ducum memorabo, aut incurſiones *Themiſtoclis* Athenienſis, cui ſummam prudentiæ laudem tribuit Thucydides. Non etiam clariſſimi viri *Pompei*, aut doctiſſimi *Ciceronis* deceptiones. Ac recipiam me in Muſeum noſtrum, inque ſuſcepto argumento permanebo, oſtenſurus; principes bonarum artium & eruditionis aliquid tamen in harum tractatione

Digitized by Google

tione feſelliſſe, neque præſtare potuiſſe, quo minus inciderent iuſtam erratorum reprehenſionem, ſed apud bonos admirabilem magis, quam culpabilem. Atq; hoc ipſo etiam loco, omittam celeberrimæ famæ medicos, aut à ſe mutuo, aut ab aliis errorum inſimulatos, aliquos etiam conuictos. Nam hoc hominum genus nunquam potuit nec poterit concordare, usque adeo eſt miſera hominum conditio, de quorum ſalute ac capite ſententiæ diſputantur. Sed neque in veteres Philoſophos ſiue iuſtas inuectiuas, ſiue calumnias, poſterorum male gratorum mortalium enumerabo. Quodſi facere vellem, percopioſus eſſe poſſem. Quid enim oratione exponi liceret, ut veri eſſet ſimilius, quam in tanta rerum tenuitate ac caligine, in quanta *Ariſtoteles* plurimis in locis verſatur, ſæpenumero illum impegiſſe cogitationes ſuas in errorem? Nam ut prætermittantur alia imperueſtigabilia, quis illi Nereus aut Proteus expoſuit, quicquid ſub aquis piſces facerent, quomodo coirent, paſcerentur, dormirent, quantum quique ſpacium vitæ conficerent. Denique de hujus ſummi viri erratis libros quatuor *Cephiſodotus*, qui Iſocratem audiuerat compoſuiſſe traditur. Quid *Platoni*, quem propter non ſperandam homini perfectionem, diuinum dixere, nunquid multi multa errata obiecere, ut in temporum ratione, &

G 3 aliis

aliis in rebus memoriæ lapſus? Videntur hæc neſcio quomodo alieniora à ſuſcepto negotio. Et cum inueniantur, qui illa vt errata notent, non deſunt alii, qui tueantur vt recta. Sed cur quis longe abeat? in foribus ſunt Homericæ & Virgilianæ reprehenſiones, nam Horatio ille alicubi dormitare, hic multis in locis maxime Æneidos operis inabſoluti, vt aiunt, Grammaticis deceptus videtur. Quale eſt de *ponte Velino, & pictura Carthaginienſi*, cum Veliam longiſſimo poſt Troianum bellum tempore conditam & picturam, vt Plinius ait, nondum fuiſſe conſtet. Sed contra maleuolam & rabioſam inſectationem quorundam, patronum *Homerus Deum*, *Virgilius* egregium mortalem *Pontanum* nactus eſt. Nam inſanæ maledicentiæ pœnam Zoilo ac Daphidæ diuinitus inflictam ſcimus. Grammaticos autem iſtos admodum Pontanus viſus eſt accuſantes etiam valde laudabilia nonnulla: Etſi profecto is vt amatores etiam maculas oris & corporum vitia amplectuntur, ita nimio Virgilii ſtudio non fuiſſe dubitaturus videtur, aliquid illius erratorum quoque defendere, quod non fuerit neceſſe, cum Homerus etiam occaſionem dederit reprehenſionum, cuius opus propter inimitabilem excellentiam Apollini fuiſſe aſcriptum fertur. Sed culpare tamen id ipſum nequeo, cum minime cenſeam iſti venenatis den-

Digitized by Google

dentibus latratorum turbæ concedendum; erraſſe diuinos hos homines, etiamſi errauerint. Secus autem res habet, cum à ſtudioſis & bonis illa timide & religioſe notantur. Quid enim parens linguæ latinæ *Cicero* hac ſapientia, ſtudio, doctrina, nonne alicubi in literis vacillans lapſus eſt? Quis autem ferat erratorum illius contumelioſam reprehenſionem, ac non cum illo errorem amplecti, quam cum æmulis effugere malit? Sed nobis, qui ab illo ſenſu longiſſime abſumus, non vitio vertetur, ut confido, præſertim hac ſe conſolationem quærentibus errorum, ſi illius aliqua obnoxia reprehenſioni perſecuti fuerimus. Ordiemur autem ab ipſius confeſſionibus. Nam *Attico* ſcribens & fatetur negligentiam ſuam, qua idem procemium. 3. *Academic.* præſcriptum fuiſſet, & *libro de gloria*. Et quasdam dictiones locutionesque ſuas corrigit. Eundem nonne eſt notum hunc adducentem *Homeri* teſtimonia alicubi, quæ apud iſtum *Hector* loquitur, interpretantem *Aiaci*, alicubi quæ *Vlyſſes Agamemnoni* tribuere. Atque oblitum *Troianorum regum* genus parum ſcripſiſſe attente, raptu *Ganymedis Laomedonti* regi factam iniuriam quem *patrem* voluerit Ganymedis intelligi, cum Homerus *patruum* fecerit, patrem *Traa*. Eiusdem generis eſt & illud, quod ſcripſit *Herodotum* tradere, *Crœſi* filium, cum eſſet infans,

locu-

Digitized by Google

locutum, quo oſtento regnum patris & domum funditus concidiſſe. *Herodotus* enim certe hoc non tradit, ſed adultum filium Crœſi, qui mutus eſſet, captis Sardibus, perculſum patris periculo, cum in illum Perſa interfecturus irrueret, vocem rupiſſe militem, orantem, ne trucidaret *Crœſum*. Neque inficias iuero, hanc hiſtoriam ab aliquibus hoc modo relatam, cum & apud Plinium legatur, ſemeſtrem *Crœſi* filium in crepundiis locutum, ſed non debuit Herodotus citari teſtis ignotæ ſibi rei. Quam autem cito fuit oblitus veritatis, ſiquidem verum eſt, quod in *Bruto* ſcripſit, *Fannium* maiorem natu generum fuiſſe *Lelii*, cum in *de Amicitia libello* diſerte perhibeatur ille minor, niſi quis fortaſſe permutationem perſonarum à librariis factam auſit dicere. Illud vero, oblitum ne quondam aliter ſe tradidiſſe, an ſcientem retexuiſſe dicemus? Quod de oratoris perturbationibus illis in libris, quibus Ariſtotelicam & Iſocraticam oratoriam rationem expoſuit, diſſeruiſſet ipſe, in *Tuſculanis quæſtionibus* refellens. Scis enim *Antonius* ibi quid dicat, quod probatum certe Ciceroni ſentiendum eſt. *Quibus omnibus verbis quæ a me tum ſunt habitæ, ſi dolor abfuiſſet meus, non modo non miſerabilis, ſed etiam irridenda fuiſſet oratio mea.* Et paulo ante. *De me autem cauſſa nulla eſt, cur apud homines prudentiſſimos atque amiciſſimos mentiar.*

Non

Digitized by Google

Non me hercle unquam apud iudices, aut dolorem, aut miſericordiam, aut inuidiam, aut odium excitare dicendo volui, quin ipſe in commovendis iudicibus iis ipſis ſenſibus, ad quos illos adducere vellem, permoverer. In Tuſculanis vero quid? *Oratorem vero iraſci minime decet, ſimulare non dedecet. An tibi iraſci tum videmur, cum quid in cauſis acrius & vehementius dicimus?* Quæſo autem qualis illa eſt ſententia, quam de morte poſuit in *Oratione pro Quintio*, nonne vt verbis concinna, ita intellectu diſſentiens, & ſeſe mutuo euertens, quo nihil putatur leuius. Sic enim ait: *Etenim mors honeſta vitam quoq; turpem exornat, vita turpis ne morti quidem honeſta locum relinquit.* Quodſi non relinquitur ne in morte quidem honeſtati à turpitudine locus, quomodo exornabit honeſta mors turpem vitam? Si vero exornare debeat, repellat turpitudinem, & in illius quaſi locum ſubeat neceſſe eſt. Si igitur non canit, ne in errorem deueniret Cicero, in quo annitens natura elaboraſſe videtur, ut eximium eruditionis opus fabricaretur, nos homunculi ſcilicet tanti nos pendemus, vt meliores haberi velimus? Pergam nunc ad alios, ac notaſſe quidem pauciſſimos locos contentus ero, neque enim hoc ago, vt in alienis ſcriptis ingenioſus ſim, ſed ut me exemplis ſi non tuear, ſaltem contegam. *Didymo Grammatico* tradunt accidiſſe, ut aliquando neſcio

Digitized by Google

quali hiſtoriæ vehementer reſragaretur, i[n] qua refutanda cum finem non faceret, pro[d]latum fuiſſe librum ipſius, in quo eſſet illi[c] expoſita, & quidem copioſe.

Quintilianus diſſentit à Cicerone de nu[me]ris, quos veteribus curæ fuiſſe negauerit *Herodoto*, *Thucydidi*, *Liſia*, docetque in ora[tio]ne præſertim *Herodoti*, vel naturales, v[t] ita loquar, ineſſe. At Cicero de compre[hen]ſionum diligentia manifeſte loquitur [,] quæ περίοδοι dicuntur, & ſimili exquiſitione compoſitionis, quam defuiſſe illis manifeſtum eſt. Quid ergo *Fabius* aliud efficit quam, vt illum reprehendendo, ſe ipſum reprehenſioni exponat? Iam apud *Terentium* vbi quæſo legitur, quod *Varro* ex illo adducit: *Si omnes homines ſua gaudia conferant, mea ſuperet lætitia.* Quid autem notius magiſque iactatum inter literatores, quam Plinium locos innumerabiles incuria quadam, ut aiunt, qui modeſtiſſime loquuntur, perperam transtuliſſe in hiſtoriam ſuam? Sed nos ea exquirere in præſentia neque neceſſe neque conueniens fuerit. Certe cum *Zeuxidem* ſcribit *Agrigentinis* tabulam pinxiſſe, & *Cicero* atque alii tradant *Crotoniatis*, lapſum ſcilicet memoria apparet. Quid illud? quam incogitanter vertit, quod Græci docerent torreri ſquillam στέατι ἢ πηλῷ περιπλάσσειν. Fecit enim coqui illam adipe aut luto

luto illitam, ut appareat ei tum ςέατι fuiſſe in mente, cuius tamen hoc loco abſurdiſſima ſignificatio ſit. Iam hoc ubi *Heſiodus* quæſo ſuadet, uti *Meracis* potionibus per viginti dies ante Canis ortum, totidemque poſtea? Quod quidem præceptum oraculo editum Græci tradidere, idque ipſum placuit, ut ab iis exponitur, ſubiicere.

Εἴκοσι τὰς πρὸ κυνὸς καὶ εἴκοσι τὰς μετέπειτα
οἴκοι ἐνὶ σκιερῷ διονύσσῳ χρᾶσθαι ἰατρῷ.

Apud Græcos quidem *Hipſicrati* uni ex innumerabilibus Homeri interpretibus quid in mentem veniſſe putem neſcio, aſſerenti nullum in οψ nomen apud Homerum reperiri niſi unum καλαύροψ. Cum certum ſit, & *Æthiopum* illum mentionem facere & homines ſæpe numero μέροπας appellare. At *Plautus* videtur ne incogitanter in *Pſeudolo* feciſſe hos verſus

Quia ſorbitione faciam ego te hodie mea,
Item ut Medea Peliam recoxit ſenem,
Quem medicamento & ſuis venenis dicitur
Feciſſe rurſus ex ſene adoleſcentulum.

Cum *Æſoni* ſenectam, *Peliæ* vitam illa ademerit, hæc haſiſſe in memoria *Ciceroni* veri eſt ſimile, cum in *libello de ſenectute* ſic fecit loqui *Catonem*, *neue tanquam peliam recoxerit*,

quod

Digitized by Google

quod propter incongruentiam, vt opinor, fabulæ mutarunt in id, quod in multis legitur, tanquam pilam retorſerit. Sed item *Plautus* nonne perverſe loquentem ſic in *Epidauro* introduxit paraſitum.

Siquidem incubare velint qui periuraverint
Locus non præberi potis eſt in Capitolio.

Huic ſimile eſt illud *Pacuvii*, quod *Cicero* retulit, apud quem Græcus ita ait.

Hoc quod memoro noſtri cœlum Graii perhibent
athera.

Propero vt vides plane negligenter per veterum errata tranſiens, & minime infeſta manu carpens. Veniam igitur ad iuniores, inter quos etiam ponere *Senecam* non dubitarim, reliquosque doctos, quamvis vicinæ ætatis eruditioni ſinceræ, non tamen ſtudioſos laudis ſuperiorum. *Seneca* igitur errata plurima feruntur, quæ *Fabius* hactenus excuſat, vt eorum adſcribat culpæ, quibus aliquid inquirendum dederit. Nos in illis referendis non occupabimur, contenti erraſſe Fabii teſtimonio illum alicubi oſtendiſſe. Nunquid autem *Martialem* incongruenter dixiſſe putabimus:

Sum cochleis abilis, ſed non minus utilis ovis,
Nunquid ſcis potius cur cochleare vocer?

Credidit *Probus* corruptum locum Homericum translatione Virgiliana.

Latonæ tacitum pertentant gaudia pectus.

Quod

Quod apud Homerum, fit. γέγηθε δέ τε φρένα λητώ. Virgiliumque feciſſe levia & pigra & contantia gaudia, & quaſi in ſummo pectore ſupernatantia, neſcire enim ſeſe, quid ſignificaret, *aliud pertentant.* Neſciuit profectò. Nam de iudicio Virgilii nihil dicam. Sed quod *Probus* ſe neſcire dixit, ideo ne fieri potuit, vt ſignificaret verbum? At enim *Lucretio* illud nihil pigrum neque lentum ſignificat, cum ſic poſuit,

Quem grauis inſequitur ſonitus diſploſa repente
Opprimere vt cæli videantur templa ſuperne,
Inde tremor terras grauiter pertentat.

Ouidium poteram inter ſuperiores numerare, ſed & hic locus recte capiet. Qui certe deceptus fortaſſe *Pleiadum* ſimili numero *Hyadas ſeptenas ſtellas* fecit his verſibus:

Ora micant Tauri ſtellis radiantia ſeptem,
Nauita quas Hyadas, Graius ab imbre vocat.

Quod ipſum nemo inuenitur (cum quidem pauciores quinque fecerint aliqui) ante illum tradidiſſe. Nam in *Higyni Aſtronomicis* ſimiliter, ſimili errore, ſiquidem eſt vera lectio, numerus exponitur. Idem nos quoque ſeduxit aliquando, vt tales verſus faceremus, *de Venere*, quæ Græcis eſt ἀναδυομένη.

Quæ madidas emerſa comas ex æquore ſiccat,
Informi ante fuit Cypria mole lapis.

Memineram enim Naſonis horum.

Cum

Cum fieret lapis aſper erat, nunc nobile ſignum
Nuda Venus madidas exprimit imbre comas.

Non enim dubium eſt, quin opus illud pictum Apelleumque fuerit. Quod & ipſi in memoria fuit, cum ſic ſcripſit.

Illic conſiderim quæ quondam nuda Dione
Pingitur humenti ſuſtinuiſſe manu.

Reprehendit *Iulianus* rhetor ſententiam, vt *Gellius* expoſuit Ciceronis, quæ legeretur in *oratione pro Plancio.* Sed quis non videt, quam immerito? Quod ſi tanta fuiſſet cura illi rhetori cognoſcendi eloquii Ciceroniani; quantam argutandi apparet, modeſtius locuturum confidam. Intellexiſſet enim, admodum placuiſſe hanc ſententiam *Ciceroni*, atque adeo non confictam ab illo, ſed ſumptam aliunde. Legitur enim & in *Officiorum ſecundo libro*, & *oratione ad Quirites poſt reditum*. Tota autem eſt vis & elegantia in verbo *habet*. Quod & *tenere* ſeu *retinere*, & cum ad gratiam adiungitur, *diuerſum* quid etiam innuit. Habemus enim gratiam benemeritis, cum declaramus voluntatem & quaſi effundimus animum erga illos noſtrum, cupidum ſimiliter bene de ipſis merendi. At qui pecuniam retinet non deſinit debere. Qui retinet autem is habet. Gratiam autem qui habet, nonne & retinet & diſſoluit, quod debuerat? Quod diſſimile ergo eſſe dixerat, quum potuiſſet melius eloqui, quam fecit? Hæc ſatis intelligentur à quolibet, qui locos, quos indicaui, inſpexerit, quibus

Digitized by Google

quibus perquirendis ne occupari eſſet ſtudioſos neceſſe, omnes viſum eſt hoc loco ſubſcribere.

In *ORATIONE* igitur *PRO PLANCIO* ſic eſt. *Quanquam diſſimilis eſt pecuniæ debitio & gratiæ, nam qui pecuniam diſſoluit, ſtatim id non habet, quod reddidit. Qui autem debet, æs retinet alienum. Gratiam autem & qui refert habet, & qui habet, in eo ipſo quod habet refert.* In *SECVNDO DE OFFICIIS* ita. *Commode autem quicunque dixit, pecuniam qui habeat non reddidiſſe & qui reddiderit non habere; & qui habeat reddidiſſe.* *AD QVIRITES* vero hoc modo: *Atqui in officio perſoluendo diſſimilis ratio pecuniæ debitæ eſt*, propterea *quod pecuniam, qui retinet, non diſſoluit, qui reddidit, non habet. Gratiam, & qui retulit, habet, & qui habet diſſoluit.* Enodatio igitur & curioſitas iſtius rhetoris non Ciceronem, ſed ſe ipſa carpſit. Quid idem noſter *Gellius* homo ſane non acutus, quid inquam nugatur de *Tauri ſidere* &, qui Græcis eſt, *aſteriſmo*? Quod nihil profecto ad rem. Atque idem, quæ *Tiro* recte dixerat, reprehendit, cuius & ſuculas reiecit. Sed ſi hac in parte ſuccurrat forte patronus, qui idem ſentiat, quid aget *Gellius*? Credo tamen, concedet paululum optimo omnium patrono, nedum liberti & ſententiæ ſuæ. Quid ego autem in Grammaticos etiam recentiores inquiram? Credamus *Priſciano*, multum erraſſe multos. Credamus *L. Vallæ*

Priſcia-

Priſcianum ſcatere erroribus. Credamus a-dius illum hunc immerito inſectatum, ut ad recentiſſimos tandem accedamus. Sane hic vir, cui ego poſt renatas literas ſure principem locum tribuere videor, non veretur alicubi *Ciceronem* tanquam oſcitantiæ poſtulare, qui ſcripſerit in *Lælio*, diſputationem ſe perſonis accommodaſſe, ne *inquam* & *inquit* ſæpius interponeretur. Nam ubi autor non a ſe diſputata, ſed ab aliis recitat, quoniam modo, ait, inquam interponere poteſt? At enim non animaduertit *Valla*, totum eum locum ad verbum eſſe tranſlatum ex *Theateto Platonis*, neque reſpexiſſe ad ſe *Ciceronem*, ſed illos quorum habitos eſſet ſermones commemoraturus. Ne igitur, ſi quem faceret recenſentem illam de amicitia, diſputationem, ſeu Lælium ſiue generum, neceſſe haberet ſæpe *inquit* & *inquam* interponere. In ipſas potius perſonas omnem ſe orationem contuliſſe dicit. Rixatur idem autor cum *Priſciano* in præceptis de *uſu reciprocorum*, vt vocant, offendens ad Virgilianum. Nanque ſua patria antiqua, *Cinis ater habebat*, emendans ſcilicet illum, cui ſolœciſmus exciderit. Neque venit in mentem doctiſſimo viro ſaltem huius Terentiani; *Suo ſibi hunc gladio iugulo*. Sed licet hoc hercle diuerſum eſſe aliquis oſtendere conetur, quid Ciceronianum illud? *Non enim a te emit ſed priuſquam tu ſuum ſibi venderes, ipſe poſſedit*. Quid hoc?

hoc? *Hunc ſui ciues è civitate eiecerunt.* Quid hoc? *Noliſe à Sacris patriis Iunonis Soſpitæ, cui omnes COSS. facere neceſſe eſt, domeſticum & ſuum COS. potiſſimum auellere.* Nam quod in *VERRINA*. 6. legitur, *At hominem video auctionem feciſſe nullam, vendidiſſe præter fructus ſuos nihil unquam non modo in ære alieno nullo, ſed in ſuis nummis multos eſſe.* Propemodum & mihi ſuſpectum eſt, quo tamen nihil, uti opinor, fuerit opus, cum ſuperioribus indubitabilibus locis verſus Maronianus ſatis ſuperq; defenſus eſſe videatur. *Pontanum* item doctiſſimum hominem fuiſſe iudico. Is in libro optimo *de ſermone*, quot exemplis putidis non ſenſit ſe pro facetis uſum, dum in Latinam, Italicæ his temporibus uſitatæ linguæ iocationes, abhorrente proprietate, transfert. Illud autem leue, quod citans Plautinos locos alienis perſonis attribuit. Idem vero ſignificat, ignoraſſe ſe *Hercei Iouis* epithetum græcam vocem eſſe. Quod equidem hominis cum laude & gloria acceptum iri confido. Nam cum ſit humanum errare, vt Cicero ait, Si cuius eorum qui diſciplinas ac artes veterum vel tractarunt paulo ante, vel nunc colunt viuentes in ſtudiis humanitatis, horum inquam cuiuſpiam, ſi ſcripta ita expolita ſunt, ut paucula quædam menda in illis, & quaſi in formoſo corpore næuuli exſtent, magis adeo hoc laudi ipſis, quam infamiæ eſſe debere exiſtimo. Nam cum nihil ſit ab omni parte beatum, ut Ho-

Digitized by Google

ratius cecinit, in quo quædam vitia animaduertuntur, iuxta poſitis virtutibus prodita ea fuiſſe facile apparet. Quis enim in ridicula pictura propter ruditatem, aut monſtroſo undique corpore, unius lineæ peruerſitatem, oris ue lenticulum notandum putet, ac non totam potius effigiem & faciem monſtri cachynno proſequatur? Et ſunt multi quidem huius præſertim ſeculi ſcriptores, quorum ita libri inepti ſunt & alieni à cultu Muſarum, ut deſpicere docti omnes, carpere nemo velit. Quis enim non à luto manus libenter abſtineat? Quid autem attingant, quo non inquinentur nihil cernunt. Quo quidem loco exemplum afferre placuit inſulſiſſimi ſcripti neſcio cuius *autoris e) Vbii*, qui inſtituit, vt ipſe videri vult, inuectiuam orationem aduerſus omnes artes, ſine via, modo, ratione, arte, ſcilicet ne ſi ipſe feciſſet, non damnare penitus videretur. In quo illud eſt præcipue ridiculum, quod ſcelera hominum & flagitia inter artes ponens inſectatur, congerens ac conuectans exemplorum maximos aceruos. Quid hoc hominis ſit? aut quis non artem tenere ullam, ſed ſanum eſſe credat? In refutandis vero ſcientiis, quid facit quam quod pro-

e) notat Henr. Cornel. AGRIPPAM, cuius DE VANITATE SCIENTIARVM opus in multorum manibus verſatur.

Digitized by Google

profeſſorum vitia exagitat? Ac quam ipſe etiam fatetur primam eſſe Grammaticam, quo, vt exiſtimo, vere nullam eſſe credere putaretur, ſermone uſus eſt putido & barbaro. Cum tamen eius diligentiam non in artibus, ſed ut dixi, facinoribus hominum memorandis conſidero, non parum miror, unum ab illo nomen rei eximiæ, vt tali in ſcripto, & ipſi valde notæ præteritum fuiſſe, quam quidem ipſius imitatione vocemus ſtultitiariam. Nam ſi quis ſtoliditate & ineptitudine præſtitit reliquis, hic certe is eſt. Ac invenit tamen, vt audio, admiratores, quiq; magnifaciant, & laudent. O ſeculum vere inſipidum & inuenuſtum. Quem doctorum non pigeat tædeatque in hac corruptione & inanitate iudiciorum in literis ſtudio ingenioque elaborare aliquid? Sed ad propoſitum reuertar. *Gaza Theſſalonicenſis*, vir in literis ſummus κῷον in talis Venerem transtulit, cum conſtet, Venerem eſſe omnium talorum diuerſas facies, hoc eſt, cum ſteterit vultu nullus eodem, vt Martialis ait. Quid ego infinitas rixas, litigationes, conuitia doctorum in Italia percenſeam, quibus ſeſe mutuo proſciderunt, dum alter alteri errorem exprobrat, ſuum excuſat, fremit reprehendi. Pudet me reſpicientem ad tantam leuitatem profecto illorum, qui, quanquam maiorem alius alio, omnes tamen

Digitized by Google

ruditionis opinionem & famam ingenio ſtudioque excellenti conſecuti ſunt. Noſtra tempeſtate Germania doctiſſimum virum *Eraſmum Roterodamum*, Gallia *Budæum* tulit. Quorum Eraſmus, ne quando exorbitaſſe videri per negligentiam poſſit, pertinaci quodam more ſibi cauere ſolet, dum uſurpat ſemper in dubitationibus, etiam extra illas ſæpe, *ut videtur*, horum aliquid, *quod meminerim, quod ego ſciam*, & ſimilia. At is in *ANTIBARBARIS* verſiculum. *Pedibus timor addidit, alas*, citra exceptionem ſub *NASONIS* nomine citat. Credo quod videretur inconueniens, qui verſus apud illum non eſſet dubitare, vel certe deceptum ſimilitudine facilitatis nulla ſubiit dubitatio. Scripſit & in *dialogo de pronunciatione*, *Appelli* obiectum à cæteris artificibus, quod manum de tabula neſciret tollere, cum ille legatur id in *Protogene* reprehendiſſe, glorians, modum diligentiæ ſe tenere poſſe. Ab eodem memini me puerum legere, pene inciuiliter reprehenſum *Stapulenſem*, *a*) vt qui ne flectere quidem Græca ſciuerit, cum συναχθέντων putaſſet exponendum fuiſſe: *condolentibus*. quod ut certe non debuerit illo loco. συνάγεσθαι tamen Græcis *angi* ſignificat, unde participium recte ceciderit; quo certe fieri potuerit, ut Faber reſpiceret, non ad συνάχθομαι. Fateo eius honoris cauſſa; quaſdam friuolas

a) *Iacobum Fabrum.*

Digitized by Google

nolas ſuſpicationes & iudicia; quæ utinam non feciſſet. Quid quod incertum eſſe ſcripſit, ſoleantne Græci τὴν ἀρχὴν cum articulo aduerbialiter ponere, cum ſit uſitatiſſimum. Sed quis ſic loquendum credat, vt dicat, Iudæos omnes debere tributum, quaſi hac voce obligatos. Sunt iſta erratula, quæ obrepunt doctiſſimis viris minime animaduertentibus, maximeque adeo in grandi argumento ac longo opere. *Budæus* vero reprehendit *Ciceronem*, qui ſcripſerit apud *Homerum Laerten* lenientem agriculturæ deſiderium, quod è filio capiebat, agrum facere ſtercorantem. Cum id neque in Odyſſeæ α, neque π neque ω. legatur, ubi tantum mentio fiat *Laertis*, niſi obſeruatio fefellerit. Bene ſanè, quanquam erat ſatius, non committere, cur exceptione eſſet opus. Fit profecto enim & in λ. & ξ. & ο. *Laertis* mentio. Sed de ſtercoratione nuſquam tamen eſt. At ego Ciceronem verba græca melius intellexiſſe, quam Budæum crediderim, doctiſſimum quidem virum, ſed tamen Gallum, & natum poſt literas ſemel intermortuas. Neque ſi Budæus non putat *Laertem* apud Homerum dici ſtercoratione agrum colere, ideo libentius illi docti quam M. Ciceroni aſſentientur, præſertim cum pro hoc etiam *Plinius* teſtis accedat, qui idem tradidit. Non enim alius eſt in illius libro 16

Digitized by Google

Regius certe ſenex. De *Entelechia* quod Ciceronem iam poſt *Argyropyli* & quorundam aliorum convitia flagellat, quid dicam? Equidem ſpero futurum, ut exiſtat aliquis hac in parte nominis & doctrinæ Ciceronis aſſertor, &, ſi vere auguratur animus, iam molietur opus. Nos neque ſcripti, neque ingenii anguſtia facere ſinit. Iam quale eſt hoc, quod ſuggillante Eraſmo ſic defendit maximo vir ingenio & admirabili literarum facultate, ut aliter & recte quidem in autographo, quod domi habeat, legi affirmet? Quid enim hac argumentatione fieri leuius aut vulgarius potuiſſet? Ac quaſi hoc ipſum non erratum fuerit, vitioſum in lucem emiſſum quod in umbra bene ſe haberet. Neque enim ſola ignoratio peccatum eſt, ſed error etiam, negligentia, oſcitantia, falli, quocunque modo abduci a vero, quæ profecto ſunt turpia omnia, etſi eſt aliud alio inhoneſtius & magis dedecoroſum. Quare miror quorundam etiam doctorum negligentiæ quaſi affectationem, iactantium & celeritatem & incuriam ſuam, & dicunt ut extemporalitatem in ſcribendo. Non enim hæc laudem habent, ſed neceſſitatem; ideoque & digniores venia putantur in his lapſus. ſed extra illam uſurpare quis ferat? Nam quamuis quid politum nitidumque ſit, ſi tamen hac Venere careat diligentiæ & curæ, neſcio quomodo inamabile

eſt,

Digitized by Google

eſt, & ingratum. Verum redeo ad illa, quæ omnia turpia dixeram. Quod cum facio, nimirum vitii & turpitudinis meipſum condemno. Sed & hoc ipſo fortaſſe nomine minus deforme erratum videbitur, cum confitendo corrigere potius quam inficiando augere maluiſſe iudicabor. Cum autem cogito quam facile, quamque in procliui; ac ut verius dicam, ineuitabile ſit hominibus in errorem prolabi, profecto me communi noſtra ſorte & conditione non mediocriter non hac in parte, ſed aliis in magnis quibusdam & flagitioſis peccationibus conſolor, neque recuſo ferre, quod natura impoſuit, vt alia generis humani fatalia mala. Nam ſi nihil inueniri poteſt in vita perfectum & inculpabile, non eſſe videtur, cur quis nimis moleſte ferre velit, ſe culpa adeo aliqua ſua dedecoratum. Qui enim homo ſit, niſi pati vellet, quæ fert naturæ modus & conſtitutio.

Patrem oportuit cum lege certa gignere
Deum ſub imperio aliorum & numine.

vt Tragœdia ait. Quid ego homines memoro, miſeriæ & aduerſitatibus natum animal, cum ne Diuis quidem ſuis ſapientiſſimus poeta pepercerit, quo minus illis nocendi quandam & ſeducendi artificem Deam apponeret, quam à detrimentis & damnis, quibus peccata nunquam carent, noxam ille nominauit. Non tamen videri velim,

Digitized by Google

cum hæc ita diſputo, patrocinari delictis ac erroribus non magis profecto quam ſi quis medicus ægrotantem iubeat in graviſſimo morbo, bono eſſe animo, morbum ipſum probare videatur. Conſolationem enim poſt peccatum quæro, non excuſationem illius. Sed adoriuntur nos veteres quidam ſapientes, qui in noſtra manu non quidem rerum euentus, ſed conſilia collocauerunt, quique omnibus in factis, dictis, ſententiis præſtandam culpam cenſuere ſapienti, quod ratione & mente facile poſſit efficere. Ac diſſeruntur hæc quidem præclare, ſed qui ad talem perfectionem veniſſet, repertus adhuc eſt nemo, quo ſatis indicatur, imaginem & ſpeciem illam ſapientiæ non perſonam conſtitui, quæ animo fingi ſoleat, re ipſa oſtendi non poſſit. Nam ubi aſſenſionem ita liquidam, ut in ſapiente deſcribunt, demonſtraverint, qua nullus pro vero falſum aſſumat? Quot ſunt quæ obiecta nobis ſenſus fallunt, perque illos ſimiliter ad iudicium rationis perducta aſſenſionem in errore pene violenter extorquent. Quid autem eſt cogitationibus lenius, volucrius, fallibilius? Quibus deceptis à ſenſibus prius etiam quam ratio & mens reſpexerit inculcatur animis noſtris opinionum falſitas. *Sphærus* Chryſippi familiaris Alexandriæ coram Ptolomæo rege, fertur aliquando comprehenſionum hoc & aſſenſus dogma diſputaſſe, & multis verbis docuiſſe, *ſa-*

Digitized by Google

pientem falli nunquam poſſe. Tum feſtiuum Regem tradunt in cœnam iuſſiſſe parari auiculas fictas è cera maxime aſſimiles veris & aſſis. Cumque illis appoſitis philoſophus manum iam, vt ſumeret, proferret, retinuiſſe eum & admonuiſſe habitæ orationis de aſſenſu, ceram enim eſſe quam ſapiens ipſe pro auibus appeteret. At illum cum manifeſto teneretur, non tamen obticuiſſe ferunt, ſed effugium quæſiuiſſe verbis, ut conſueuere profeſſionis huius philoſophi, quod diceret, non ſe quidem aſſenſum cogitationi ſuæ auiculas illas eſſe, ſed quod auiculas eſſe conſentaneum & probabile videretur. Quod quid eſt aliud dicere, quam fateri aſſenſionem ſapientis tutam defenſamque oratione ab omni errore, in errorem re ipſa præcipitatam, ſed circumuentam, inquiat aliquis, & fraude inſidiiſque captam. Quaſi vero hoc non ipſum ſit errare, falli, decipi, eludi, parum proſpicere, circumſcribi. Nullus profecto *Cæcias* tam ad ſe nubes rapit, nullus undas vortex, nullus turbo procellas tanta vi conuoluit, quam attrahit aſſenſionem, & vt ita dicam, obſequelam voluntatis, opinionis dulcedo & grata voluptariaque cogitatio. Vnde omnia delicta ac errata in vita, moribus, artibus, ſtudiis, dictis ac factis oriuntur, atque in hoc illæ ſunt πολλαὶ μορφαὶ σοφισμάτων. Quibus Dei, ut

Digitized by Google

Eurip. dixit, σφάλλουσιν ἡμᾶς. Sepoſui ſupra voluntaria peccata, quibus, ut aiebam, nulla venia dari poſſet. Quis enim libenter delinquenti ignoſcat? Intelligendum igitur nonniſi de contrariis lapſibus, nos loqui, maxime in ſtudiis & literis, cum homines etiam boni ac docti amplexi quod ſe obtulit non amittendo, neque mutando decipiuntur, rati tenere ſe verum, cum falſum comprehenderint. Quod cum ſit quotidianum, & in nobis & in aliis, citius tamen in aliis conſueuimus animadvertere, quo quidem impenſe magis unusquisque ſe ſuaque diligit, quo fit ut erretur admodum, excitante ſtudio & amore erga noſtros quaſi partus inuentionum allucinationes. Cui autem non placent ſua? recte enim illud dicitur: Ille meus mihi mendicus rex ſuus reginæ placet. Huc accedunt rationum falſitates, quibus ſæpe, quod pulcerrime eſt collectum ac conſtitutum, minime efficitur aut obtinetur. Nam de principiis non veris, quamuis ſplendeat ſpecioſumque videatur, quod deductum eſt, nullo tamen modo poteſt conſiſtere, vt ſi quis non exquiſita re forte conceſſerit, bis bina ſex eſſe, conſequens ſcilicet ſit, quater bina eſſe duodecim, atque ita deinceps omnia præclare ad hunc modum deducantur, ſed quorum veritatem tueatur nihil. *Euripides* quadam

in

Digitized by Google

in fabula, cui nomen eſſet *Danae*, fecit chorum cum ſpectatoribus agentem cauſam poetæ, quod ipſe inuſitatius in tragico carmine multum uſurparet. Non autem obſeruarat mulierum illum eſſe. Itaque hoc neglecto totum illum locum mutatione generis mirifice deformauit. *Herodotus* negat terras Oceano circumflui, irridetque vulgatas eius formæ tabulas, & ratiocinatur, quomodo id fieri non poſſit. Sed quid hoc tempore compertius putatur? Negat, ſub Septentrionibus apes durare poſſe, quod aprica loca & ſolem illud animal ſequatur. Sed nusquam maiorem copiam mellis quam illis ex locis afferri conſtat. Quis neſcit quantopere *Epicurus*, eumque ſecuti plerique Geometriæ elementa irriſerint, quæ creduntur eſſe certiſſima. *Aegyptii* proxime terram Lunæ globum & ſupra illam ſtatim Solis, tum Veneris & Mercurii poſuere. Eorum rationem approbauit ſecutusque eſt *Plato*. Sed nonne poſteriores ſperarunt, ſeſe declaraſſe, ita ut oculis penè ſubiicerent, diuerſum ordinem, quem & alicubi tam impenſe Platonis ſtudioſus tradidit Cicero. Nullus finis futurus ſit, ſi & iudiciorum diuerſitates colligere velim. Quotus enim quisque reperitur, cui de eadem re idem quod alteri placeat ac probetur. Inter quos duos vna in ſententia congruiſſe omnia cognitum eſt? Quodſi eſt veritas ſimplex, uniusque modi, conſequens fuerit diſſentien-

tium

Digitized by Google

tium vnum falli & errare. Hæc potiſſimum inter literatos diſſidia vigent, quibus idem pluribus videri & quaſi conuiuis ſapere, non ut de his Horatius ſcripſit, tribus, ſed duobus, ſed ipſis ſibi heri & nudius tertius, inter rariſſima viſu compertuque ponendum duxerim. Non placuit *Bruto* ratio defendendi Milonis, quam initam à Cicerone ſciret. Reſpuit idem totum iudicium illius *de optimo genere dicendi*. *Varro* commorientes fabulam *Plauto* adimit, attribuit *Terentius*. Fecit *Regulum* oratorem ſapientia & pietate ſummum *Martialis*, quem quibus verbis ſatis vituperet & impietatis & ſtultitiæ nomine *Plinius* videtur non potuiſſe inuenire. Quid, nonne *Ouidius* formoſiſſimum tempus autumni dixit, quo eſſent matura omnia, cum veris viriditati & floribus hanc laudem tribuiſſet *Virgilius*? Nonne etiam *Theognis* ſic fecit, τίκτει τοι κόρος ὕβριν. cum oraculum, quam vocem diuinam intelligi volunt diuerſum pronunciauerit, faciens κόρον ὕβρεος υἱόν. Licebat hoc loco multum de interpretibus iuris ciuilis memorare, quorum ſcientia cum ſit rerum verſantium in controuerſiis & dubitationibus, non enim dicam, vt Cicero, fictarum & commentitiarum, reſpicientibus ad alia aliis quam ſtatuunt diuerſa. Non de illis quidem nugatoribus loquor, quorum nomina

hodie

Digitized by Google

hodie & libri tenentur, ſed de veteribus. Poteram & alia plurima exempla diſſenſionum in medium producere, ſpacioſiſſimus enim, ut vides, hic ſe campus aperit. Nobis tamen cum non ſit propoſitum erratio num tanquam hiſtoriam texere, ſed commemoratis inſignibus aliquot noſtram quaſi inuoluere & obtegere, in illum excurrendum non fuit, cum minus breues hoc ſcripto, quam debuerimus, fuiſſe videri poſſimus. Quapropter finem faciam, non vt ſæpe dixi, excuſationis noſtræ, ſed deprecationis. Si vnum te orauero, vt ſi perſuadere tibi nequeas, prorſus deformitate nos hoc facto carere, minus ſaltem turpem illam ducas hac quaſi in ſocietate tantorum virorum. Iudiciumque de me tuum, quod mihi multis ſplendidiſſimis teſtimoniis tuis perſpectum eſt, conſerues & retineas, ſin id non poteris, ne amorem tamen & beneuolentiam erga me tuam imminui patiare.

Vale. è Norico.

HOLO-

HOLOFERNIS KRIGSOEDERI
Landſpergenſis Bauari
reſponſio *a*)
ad epiſtolam Iſaaci CAZOBONI
regii in Anglia archipædagogi
pro Viro Clariſſ.

CASP. SCIOPPIO

Ingolſtadii ex typographeo Ederiano
1615. 8. plag. $5\frac{1}{2}$

p. 1. IN præfatione refert *Holofernes*, hanc epiſtolam per biennium delituiſſe apud Typographum Friburgenſem, vnde ſe moræ pertæſum repetiiſſe, & alterius officinæ tradidiſſe. Et licet iam Cazobo-

a) *Truculenta eſt ſatyra, quam CASP. SCIOPPIVS ſub HOLOFERNIS nomine aduerſus ISAAC. CASAVBONVM ſtrinxit, quæ plena eſt conuitiis ac mendaciis. Caſaubonus antea in epiſtola quadam mores & ingenium Scioppii liberius deſcripſerat, qua re Scioppius vehementer commotus, quicquid natura ebullientis ſpiritu concipere poterat conuiciorum, perlargiter in Caſaubonum effudit, vocando hunc MOLOSSVM, CANEM REGIVM, GRAMMATICORVM regem, QVI ET AVREIS ANGLICANIS ET NIDORE CVLINÆ REGIÆ SIT CORRVPTVS.* Sed plura dabunt excerpta.

Digitized by Google

zobon9 ſatis ſit defunct9, non ideo tamen e-
xiſtimandum eſſe, ſe cum larvis nunc prælia-
ri, cum quæ aduerſus vivum ſcripſerit, nunc
poſt obitum eius edere ſuſtineat. Refert inſu- p. 2.
per à nonnullis relatum eſſe *Cazobonum*, quam
primum ex Hiſpania ſibi adlatum hoc viderit
[namq; exemplum epiſtolæ huius ex Scioppii
ædibus per exploratorem ab oratore regis An-
gliæ ſurreptum eſſe] tanquam minuti an-
guſti ac humilis animi hominem ſtatim in
ægritudinem incidiſſe, ex eaque mox ad
plures translatum eſſe, *b*) partim quod ob-
iecta ſibi probra agnoſceret, partim quod
apud plerosque fidem inuentura nihil du-
bitaret. Denique & hoc addit Holofernes, p. 5.
græculum illum, qui huic libello tagacem
dextram admouere & Anglis ſicariis Sciop-
pii vitam prodere voluerit, ob eam perfi-
diam ad triremes iudicis decreto miſſum
naualium pedum numero acceſſiſſe, ac por-
tiſculo & flagro nunc ſubiacere. *Hæc præ-
fatio.*

In fronte epiſtolæ Holofernes notat, quod, p. 24
quamprimum Caſaubonus Pariſiis Londi-
num accerſitus fuerit ad Angliæ regem, id ſi-
bi operæ dediſſe, vt regis huius virtutem, in-
genium & doctrinam prædicaret, & eccleſiam
Anglicanam velut indubitatam apoſtolicam
commendaret, pontificiam contra tanquam
profa-

b) ſcilicet veriſſimi mortis Caſaubonianæ cauſſa eſt.

Digitized by Google

profanam & omni priſca pietatem vacuam
contemneret ac abominaretur. Qui cum
deinde à rege Canonicatum bis mille aureo-
rum acceperit, inſtigatum ſe, ut quos rex
odiſſe intelligeret, in eos quoque inuehe-
retur. Ac primum ſe debacchatum eſſe in
Ieſuitarum Societatem, & Chriſtianiſſimam Gal-
liæ reginam, omneſque regii ſanguinis
principes in ſceleris ſuſpicionem vocaſſe,
illis *Ravaillaci* facinus impegiſſe, eoſque cæ-
dis Henrico Burbonio Galliæ regi illatæ au-
ctores feciſſe: deinde inuectum eſſe in pur-
p. 27. puratum *Perronium*, quem etſi minus male-
dice perſtringat, omnes tamen catholicos,
ac Bellarminum præcipue mendacii & ma-
p. 28. ledicentiæ poſtulare. Deinde & *Caſparem*
Scioppium adlatraſſe, quæ cum dimidium
paginæ vix expleat, multis tamen verborum
conviciis eſſe oppletam ait. Hic itaque
ſtrenuum Scioppii defenſorem agit *Holo-*
fernes, & quæ crimina huic à Caſaubono e-
rant obiecta, refellit. Primum quod Sciop-
pio patris ſui ἐριθείαν ac vilitatem toties
exprobret, id mentiri Caſaubonum adfir-
mat. Namque ipſum Scioppium in præ-
fatione diſputationis ſuæ de *Iniuriis*; Nori-
bergæ 1597. emiſſa teſtari, operam patris
ſui tribus Palatinis Electoribus in otio ac
negotio nauatam, fidem eiuſdem & inte-
gritatem ab hodierni Electoris patre com-
menda-

Digitized by Google

mendatam, præfecturas abſtinenter & incorrupte geſtas, complures militias in diuerſis Europæ prouinciis militatas, præfecturam militarem anno circiter 1565. auſpicio Lazari Suendii in Vngaria fortiter adminiſtratam eſſe. hoc vero certum eſſe Cazoboni huius parentem hæreticum ac infamem fuiſſe. Deinde quod Caſaubonus p. 38.
Scioppium ſceleratum & improbum eſſe docet, quia veritatem deſeruerit, & nunc maxime impugnet, reſpondet Holofernes, ea, quæ Lutherus & Caluinus aduerſus Hieronymi, Ambroſii, Auguſtini, Cypriani ac ſimilium ſententiam docuerint, nunquam pro veritate habuiſſe Scioppium, qui quamuis Ambergenſibus magiſtris ſectæ Caluinianæ multum debeat, ideo debere, quia ſanctos eccleſiæ patres colere ac revereri docuerit. Vnde cùm poſtea *Baronii* p. 39.
Annales primum perlegerit de controuerſis fidei capitibus, cognouiſſe ſe, quod ſemper Catholicus fuerit, nec vnquam ex eccleſia Romana exierit, ac propterea hæreſin abiurare minime iuſſus, ſed edita modo fidei profeſſione ad publicam Catholicorum communionem admiſſus fuerit: Scioppium Altdorfii Calvinianorum ac Lutheranorum odio pene conflagraſſe. Quod porro Caſau- p. 40.
bonus adſerat, Scioppium ſtylum ſuum ſtringere in Scaligerum, Pleſſeum, Angliæ regem & Caſaubonum, idque ſine ulla pri-

Digitized by Google

uata iniuria, ſed quod illi virtutem ac veritatem colant, id tam laudi potius eſſe Scioppio dicit Holofernes, quoniam id nullo priuato cuiusquam odio ſed ſola religionis cauſſa faciat. Ita hæreticos auctoritate ſua eſſe exuendos, & argumenta refutanda; quod Scioppius in cauſa Scaligeri tentaſſet, qui vt oſtenderet, hunc hominem in religionis cauſa falli poſſe, docuiſſe Scioppium idcirco, eum in illo ſtudio, cui omnem impendiſſet vitam, hoc eſt, in grammaticis turpiſſime labi ac pudendis vel puero ſolœciſmis & barbariſmis ſubinde ſuam latini ſermonis inſcitiam declarare, multaque de ſummis doctiſſimisque viris ſcientem mentiri, & corruptis tabulis regiis falſi ſe adligare. Ad hæc Scioppium prius à Caſaubono iniuriis laceſſitum eſſe. Nec eſſe ut Scioppium plagii inſimulet, quaſi *Giphanii* ſcrinia in iuuentute nefarie tagaci dextra ſua compilauerit, cum id impudens mendacium non modo ex Scioppiana præfatione in ſuſpectarum lectionum libris, ſed etiam ex *Conradi Rittersbuſii* elegia, præfationi illi ſubiecta cognoſci poſſit. vel de ingenio & doctrina ſatis inde poſſe colligi quod anno ætatis XVIII. librum Veriſimilium compoſuerit: aliaque quæ transmittimus, hic Holofernes diluit. Sed audiamus nunc, quæ *Cazobono* crimina obiiciantur. Ita Holofernes: *Nunc quoniam iſtud tibi ius videtur, age tentemus, num tibi in-*

p. 56.

ſaniam

Digitized by Google

ſaniam iſtam pluſquam barbaram tuo ipſius exemplo adimere, & tum iniuſti iuris in SCIOPPIVM ſtatuti pœnitentiam exprimere poſſimus. Imitabor illos, quos olim damno ac deteſtor, & dicam INSIGNE RECENS ADHVC INDICTVM ORE ALIO. Reſponde mihi Cazobone. An ſcis patrem tuum virum illum optimum, cum uxore nobilis viri CLAVDII DE MONTE LAVSANNENSIS, cum is domo diutius abeſſet, & centurionem ſeu capitaneum militia ageret, bene diu adulterii conſuetudinem habuiſſe, habitu muliebri p. 67. *ſubinde ad eam noctu commeaſſe, a Claudii propinquis obſeruatum & accuſatum, in Tullianum propterea compactum, atque ibi pene uſque ad necem virgis opertum, & niſi miniſterii ſeu prædicaturæ honori conſulendum magiſtratus cenſuiſſent, capitis minorem certo futurum fuiſſe? An meminiſti, cum te pater, peregre profecturus, BEZÆ veſtro commendaſſet, tibi partem eius AVDEBERTVLO olim deſponſam obtigiſſe, teque turpi obſequio, ut tibi in græcis litteris magiſtri operam nauaret, meruiſſe, quod & Plutarcho, AMOREM DEI MINISTERIVM AD CVRAM ET SALVTEM IVVENTVTIS definienti ſe aſſentiri, & HORTVM tam BONVM, (quo tuum nomine vocabaris) nequaquam negligendum, ſed THYRSOS IN EO PANGENDOS eſſe diceret? Meminiſtine, te domi DIONYSII GODOFREDI, vbi famulabaris, in culina ante focum more tuo in Homero legentem, cum in hymnum illum incidiſſes, quo Venus Anchiſa puella-*

ri habitu adparuiſſe, & mox concubuiſſe narratur, cumque iam carmina lumbum intraſſent, & tremulo verſu intima tua ſcalperentur, collum interuenientis repente OLYMPIÆ [quod ancillæ GODOFREDI, domo Itala nomen fuit) effuſiſſimo amplexu inuadere, oſculo eius inhærere, & quod libido diſtenta dictabat, probe perficere, ut te deinceps non HORTOBONVM, ſed CASOBONVM adpellari velles, in quo tu etiam, niſi quod PLAVSTRVM PLOSTRO concinnius viſum, morem ei geſſiſti & HORTOBONI nomen, quo in THEOCRITO c) tuo uſus fueras, in perpetuum abdicaſti. Meminiſti, te in eadem Godofredi domo Auſtriaci an Moraui illius Baronis conclaue & armarium perfringere, Euſtathio Homeri interpreti aliisque græcis ſcriptoribus emendis à te deſtinatos quaſi quadraginta aureos eximere, ſed à Baronis eiusdem œconomo deprehenſum pugnis & calcibus obiurgari, ac niſi te partim extrema egeſtas,

c) *Extant THEOCRITI Georgica, Bucolica & Gnomica latine verſa a Io. Criſpino Geneuæ 1584. 12mo. excuſa, in qua editione reperiuntur ISAACI HORTIBONI SIVE CASAVBONI lectiones Theocriticæ; recuſa eſt eadem A. 1600. 1629. 12mo. ſub eodem HORTIBONI nomine edidit idem Caſaubonus notas in Diogenis Laertii libros de philoſophorum vitis Geneuæ 1583. 8. quod cum non caperet RAVIVS, Caſaubonum Hortiboni exſcriptorem vocat, vid.* PLACCIVM *in novo opere Anon. & Pſeudonymorum n. 1391. p. 368. Prætulit vero poſtea vir doctiſſimus vernaculum CASAVBONI nomen, quod plane idem eſt cum HORTIBONI nomine, CASAV enim apud Delphinates ſignificat Hortum. vid. MENAGIANA T. 2. p. 334.*

Digitized by Google

ſtu, partim græcarum litterarum ſtudium tam impenſum, partim denique patris, cui totiuſque miniſterii reſpectus ſeruaſſet, in carcerem atque haud ſcio an etiam in furcam iturum eſſe? meminiſtine te A IACOBO ESPRINCHARDO Normanno centum quinquaginta aureos mutuos accipere, ſed poſtea, quod ille fidei tuæ credidiſſet, neque chirographum a te exegiſſet, eoſdem in iure abiurare. & quamuis de periurio tuo ſatis conſtaret, tamen LECTII conſulis fauore, quoniam ei Strabonem tuum honoris cauſſa inſcripſeras, abſolui? Meminiſti denique (ut breue faciam & alia, quæ commemorari poſſent; facinora tua præcidam) te domi tua conuictores alere (in quibus HENRICVM WOTONIVM, regis tui apud Venetos exlegatum, fuiſſe reor, eumque, ſi eandem tibi quam reipubl. operam more ſuo nauare velit, iſta omnia verißime tibi a me obiectari confeſſurum confido) atque libentius ac diutius conuictu tuo vterentur, & aliquando plus lucelli inde tibi accederet, ancillam, quam forma eius commendaret, conduxiſſe, & quod eius patris filio dignum erat, lenocinium domi tuæ feciſſe. Quid igitur iam Scioppio de te curæ fore cenſes, cum te debinc ſi minus omnes, pleriqne ſaltem pro Prædicantis adulteri filio pro catamito aut cinædo, pro ancillariolo & ganeone, pro fure, effractore aut directario, pro periuro, pro lenone denique habituri ſint, habere quidem certe debeant, ſi æquum eſſe cenſeant, te, quod in Scioppium iuris ſtatueris, eodem ipſo nunc uti? quid facies infelix? ἀναντιφωνησία ne vteris,

 quod

quod facturum te ſignificas & ſilentio te tueberis?
p. 73. &c. Et cum deinde Caſaubonus Scioppio inſcitiam & græcæ linguæ ignorantiam obiecerit, eundemque ſtuporis accuſauerit, id Scioppium nihili facere dicit Holofernes, vtpote qui ſe græca non intelligere in Hypobolimæo ſuo non ſemel faſſus fuerit, ſibique plus à pleriſque tribui, quam ipſe in ſe agnoſcat; ſed tamen Scioppium non prorſus græca ignorare dicit Holofernes, eumque multa ex græcis latine ſatis eleganter conuertiſſe: contra Scioppium in latino dicendi genere Caſaubonum ſuperare, qui
p. 75. in paucis illis ad Cardinalem *Perronium* pagellis *c*] non pauca grammaticorum rege indigna commiſerit. ex quo genere, ſint *Impraeſentiarum* pro in præſentia, *complices coniurationis* pro affines, participes, conſcii, *conſequentias elicere* pro aliquid concludere, *carentia* pro detrectatione, & quemadmodum antiquos dixiſſe auctor eſt Seneca, *orbatione*. *In ditione aliqua degere*, pro in regione aut prouincia: *rebus ſic ſtantibus*, pro his rebus, quomodo nunc eſt, *Tenetur nuptias cogitare*, pro debet, oportet officium *iuſſit me, vt hoc tibi ſignificarem*, pro iuſſit me ſignificare, iuſſit mihi ut ſignificarem; *ſi quis ex illo inferre velit*, pro cogere, efficere, concludere. *a prioribus ſeculis ad præſens tem-*

 pus

c) *eſt IS. CASAVBONI ad epiſtolam PERRONII reſponſio, Londini 1612, 8. excuſa.*

Digitized by Google

pus tribuero argumenta, pro, quæ prioribus ſæculis fiebant, eadem hoc noſtro exigere. Denique Holofernes ſubiicit, Scioppium non p.80. verbis aut ſcriptis confutari, ſed violenta medicina confici debere, idque leuiori opera & minori ſumptu exequendum, quam ſi rex angliæ, ut minatus fuerit, conlegium XX virorum inſtituat, qui conducto ſtipendio hominem enecent. hoc caſu & ori & calamo Scioppii temperari poſſe. *Quo ex ſententia confecto*, pergit idem Holofernes, *proximum erit, ut triumphabundus aureo curru Londinum rex inuebatur, SCIOPPII ſtatua ludibrii cauſſa palam prælata. Tum tu, CAZABONE, pannoſi morionis habitu conſpicuus & in eodem illo ſublimi curru impoſitus, regi à tergo ſuggeres: RESPICE REX POST TE, HOMINEM MEMENTO TE. Omnis autem populus acclamatione iſta triumphum regis proſequetur;*

ECCE NOSTER REX TRIVMPHAT, QVI DEVICIT SCIOPPIVM.

Digitized by Google

FRANCISCI SACCHINI (a) e Societate Ieſu

de ratione libros cum profectu legendi,

Romæ apud Dominicum Manelphium.

1650 12mo. plagul. 12.

VTiliſſimum eſt opus hoc ac longe elegantiſſimum, in quo & pietatem auctoris & ſummam in docendo dexteritatem deprehendimus:

a) FRANCISCVS SACCHINVS natus eſt in Diœceſi Peruſina, & à puero Societati, quæ à Ieſu nomen habet, ſe devovit, pietate & doctrina clarus. Rhetoricam primum magno omnium adplauſu in conlegio romano docuit, & deinde MVTII VITELLESCI Præpoſiti generalis à ſecretis per ſeptennium fuit, quo in munere deceſſit Romæ XVI. Dec. A. M. DC XXV. ætatis LV. edidit varia ingenii monimenta, inter quæ eminent HISTORIA SOCIETATIS IESV, cuius prima pars Antverp. 1620. fol. altera Romæ 1649. tertia 1652. & quarta ibidem 1661. fol. prodiit: DE VITA ET REBVS GESTIS PETRI CANISII libri III. Ingolſtad. 1614. 4. VITA STANISLAI KOSTKA Soc. Ieſu italice & latine Romæ 1622. 12mo. EPISTOLA DE VTILITATE BENE LEGENDI AD MENSAM. Mediolani 12mo. aliaque de quibus conſulas AVGVSTINI OLDOINI Athenæum auguſtum Peruſiæ M DC. LXXVIII. 4. excuſſum p. 119. Ad præſentem quod attinet libellum DE RATIONE LIBROS LEGENDI prodiit quoque Virceburg. 1614. 12mo. & eodem anno Ingolſtadii, 12mo.

Digitized by Google

Capite 1. De neceſſitate & utilitate lectionis agit, & dicit, ſe iuvenem olim animo cogitare cœpiſſe, vtrum quis ſine lectione in litterarum ſtudiis poſſet proficere, & cum qui primi invenere diſciplinas, poſuerint veſtigia in vacuo, nulliusque ante ſolo preſſerint calles, ita vel ſe ingenii ſui viribus poſſe in litterarum ſtudio progreſſus facere. Verum lectionem admodum neceſſariam eſſe poſtmodum intellexiſſe, idque vel omnes, qui nomen aliquod in litteris conſecuti ſint, teſtari, qui egregias ſibi bibliothecas comparauerint. Ariſtotelem & Platonem libros ſibi magno pretio conquiſitos collegiſſe, & ex iis ſapientiæ ſuæ præſidia hauſiſſe. Cum itaque tanti viri hoc fecerint, vt libros legerent, quanto magis id vulgarem decere indolem, ut crebra lectione ſibi ſubſidia quærant. Huc accedere, quod nullum ingenium tam ferax, tam ſollers, atque acutum ſit, vt neceſſum non habeat, rivulis alienis rigari, & aliena teri lima. Maxime diligentem lectionem deſiderare illa ſtudia, quæ nomen ab humanitate traxerunt, & veteres linguas iam diu emortuas non niſi ex libris perdiſcendas, ritus itidem, mores, dicta ac facta memorabilia ex litterarum monimentis depromenda. Lectionem multum præterea habere vtilitatis, quod ſenſim ſine ſenſu, etiamſi nullam adhibeat imitandi curam, influere

Digitized by Google

in legentis ingenium ſtylum & elocutionem atque adeo mores auctoris eius, quo maxi- xime delectaretur.

Cap. 2. librorum delectum nobis præſcribit, vt ſi quis liber ſit, qui commodare quidem ingenio poſſit, ſed cum diſcrimine morum, illo penitus abſtineatur. præcipue quibus infirma eſſet ætas, nec corroborata ſatis doctrina, cum illis procliviùs vitia quam virtutes communicarentur. *Sunt præterea*, inquit, *vitia quædam virtuti ſimilia, eoque no-„ centia magis, quod virtutis imagine blandiuntur. Vnde ſit, vt adoleſcentium imprudentiam eo facilius fallant vitioſi libri, quod in ipſis imago vir-„ tutis elucet. Nonne vides quantum admira-„ tionis vulgo plus habeat profuſus quam liberalis? „ audax quam fortis? nimirum largitionis magni-„ tudo vulgi animos vehementius tangit & capit, “ quam conſiderata liberalitatis officia: fortius convertit ad ſe rapitque animos audax facinus, ſi „ felix ſit, quam vis conſilio temperata. Haud „ multo ſecus. quæ præſertim tumida ſunt, audentiaq; in auctoribus, & mirantur magis adoleſcen-„ tes, & imitari geſtiunt, cum ad id incitet eos i-„ pſe quoque fervor ætatis.* Providendum itaque ait, non modo ne noxii, ſed etiam ne neviculi, ne ludicri, ne qui frivola docent, libri habeantur.

C. 3. *Quos libros legendos eſſe docet*, nempe legendum optimum quemque: eſſe enim ſcriptores nonnullos, quibus multum pagi-

Digitized by Google

narum inanium ineſſet, ut pretium non
onſtet operæ. Deinde legendum eſſe in
naquaque arte, quam profiteri volumus,
rincipem; ita iuris ſtudioſo evolvenda
andectarum volumina, in rebus ſacris
homam, in natura rerum cognoſcenda A-
iſtotelem commendandum, ne interpre-
um Commentarios ſectemur tantum, ac
ontibus omiſſis circa rivulos fatigemur.
egendum eſſe, qui maxime ad cuiusque
genium faciat: ſed exſcribamus, quæ e-
gia monita ſuppeditet: *Vniverſe qui-*
m recte præcipitur, ut abundantiores cibi „
temtur ſiccioribus, quod alenda ſunt ingenia, „
us copioſo paſtu quam ſicco & arido tenu- „
is. Sed illud tamen videndum eſt, vt extre- „
a declinentur, & contraria, vt opus eſt, reme- „
a vitiis adhibeantur contrariis. Quorum læta „
u nimio ac ferax exultat indoles, depaſcenda „
uodammodo eſt lectione codicis limatioris & „
iſ attenuanda ſale affricto laconico. Nec ſa- „
liter, quibus exile eſt, preſſumque nimis in- „
nium, augendum atque laxandum læto & amplo- „
endi genere, item horridior natura in amæna lo- „
a, amœnior in horridiora; rurſusque in altæ hu- „
ilior, in demiſſione elatior deducenda, dum ſa- „
ori temperamento in aurea mediocritate, quan- „
m licebit conſequi, conſiſtamus.

C. 4. *Ordinem in legendo nobis præſcribit*;
empe inchoandum eſſe ab optimis, illos-
ue præcipue evolvendos eſſe, quos in au-
dito-

ditorio magiſtri prælègerint & explanarint: præſtare initio pauca optime noſſe quam multa delibare: tum ex magiſtris quærendum eſſe, quos cuique verſandos eſſe putent libros, & hos viros pro ingenio captu ac profectu cuiusque rem optime definire poſſe. Ita ad initia ſtyli ſoluti non abeundum a Marco Tullio nec ab Ovidio ad initia poeticæ facultatis. Habere Ovidium felicitatem illam mirabilem non ſolum poeticam, ſed & poetificam quaſi, ac adeo influere in animos, & ſuam illam venam quodammodo legentibus afflare. Ex Ovidio autem cum legendum quid ait, quæ de Ponto & Triſtibus elegiæ inſcribuntur, ſe intelligere, cætera tuto transmitti poſſe. Ordinem in Tullio illum ſibi videri non incommodum, ut epiſtolæ familiares præeant, tum illæ ad Atticum, quæque cum iis coniunctæ ſunt: poſt dialogi de amicitia ſenectute cum libris officiorum: deinde alii philoſophici dialogi, qui tamen ſpinarum minus philoſophicarum habeant - poſt hæc oratorii libri & orationes; exinde quæ ſtyli tenuis ſint, quæ mediocris atque ſublimis cognoſcere nos. Inprimis ad ſtyli cultum vetuſtiores legendos, & placet auctoris verba adponere: *Sunt multi, quibus gratia quadam & illecebra recentiorum fucum facit. Cæterum mea ſententia ea eſt ratio, quod & ſermo latinus & cæteræ doctrina multo ex fonte purius,*

quam

*quam ex riuulis hauritur. Vt optimi ſint poſte- „
riorum ſcriptores temporum, fluxere tamen è priſ-
cis: imago non forma ſunt. Quota quæque au- „
tem ſpecies aſſequitur faciem? erit fortaſſe ve- „
nuſtior, verior certe non erit. Contueamur igi-
tur ad exemplum latini ſermonis: ipſam quo-
dammodo viuam figuram ab iis relictam, qui viua „
ſcripſere lingua, non ſimulacra, quæ mortua iam „
lingua penicillo atque coloribus adumbrare noſtra- „
tes conantur.* Commendat præterea antiquiores auctores, ea de cauſſa, quod quæ ex iis diſcimus, videremur certius ſcire; & quod inde liceat animadvertere, quos habuerit gradus diſciplina, quid ad priores poſteriores addiderint, quid exſcripſerint: deinde cum in multis poſterior ſcriptor interpretetur, & interdum reprehendat priorem, ſi eum legerimus, licere nobis non modo facilius conſequi id quod dicitur, ſed etiam iudicare, quam vera interpretatio, quam iuſta reprehenſio ſit. Vt vero occurratur difficilioribus ſcriptorum antiquorum locis, interpretes adhibendos. Et debere omnino priores præponi poſterioribus, quod poſteriorum pleraq; intelligi nequeant ſine cognitione vetuſtiorum. Ita de re ruſtica ſi quis legat primum Catonem, poſteaque Varronem, tum Columellam inveniet frequentem apud Varronem Catonis mentionem, apud Columellam utriusque & quædam nunc explicata nunc defenſa vel oppugnata magna ſua voluntate, qui ſecus

faciant,

Digitized by Google

faciant, nunquam ad plenum ſententiam cognoſcere, nec raro in errorem induci, qum & plurima ignorare. In uno legendo opere illum tenendum eſſe ordinem, vt à carceribus lectio recta decurrat ad metas, ex ordine porro conſtanter ab initio ad extremum usque proſequendum. Nec tædium capere nos oportere, ſi quædam ſpinoſiora interveniant: quæ non tranſilienda: eſſe aliquid, totum vidiſſe, ſæpe inter ea, quæ inutilia credantur & aſpera, inveniri, quæ magno ſint vſui: alioquin animum incertum hærere, quid prætermiſſum ſit & ignorare ſemper, ac prætermiſſum non raro dolere.

C. 5. *Conſtantiam lectionis* vt obſervemus monet, vt vni eidemque inſiſtamus operi, dum totum converterimus in ſuccum, nec per auctores diverſos vagemur; maxime vt deſtinatas lectioni horas perſeveranter obſervemus. Illud tamen ſe non velle ait, vt vnus duntaxat liber legatur, ſed diverſis temporibus plures etiam legi poſſe.

C. 6. *De ſubceſſivis agit lectionibus*: eſſe quædam temporis ſegmenta, quæ vel ob brevitatem, vel defatigationem, vel tempeſtatum difficultatem operi apta non ſint; ſed nec ea otioſe tranſigenda & ſtudiis impendenda docet exemplo Pliniorum, qui & in cœna & venatione litteras tractarunt: deligendos hic libros, quos tanti non intereſt, perpetua lectione decurrere: hic ex libris iam le-

Digitized by Google

ctis licere recognoſcere ſelectos quospiam & inſigniores locos : ſæpe etiam adverſaria quæ ipſi confecimus & excerpta : ſed habendam ſimul animi & corporis rationem : alios libros verſandos eſſe fatigato infirmove vel robuſto, alios vegeto.

C. 7. *Quo tempore & quantum legendum nobis ſit, generatim* præſcribit. Qui formando ſtylo dant operam, eos vult matutinis aut aliis opportunis horis Tullianæ lectioni inſiſtere, vt cum vacat animus, dum recens ac vegetum eſt ingenium, ſuccum illum ſalubrem ſaporemque combibat : horamque minimum vnam in ea re diebus ſingulis ponere. cum item ſumpturi ſint ſtylum, breve aliquid lectitent vel ex oratore vel poeta : idem faciendum, cum ſcripta ab ſeſe emendare aggrediuntur, nec principio ſolum, ſed etiam inter opus ipſum. Primam tamen ſcriptionem non facile interrumpendam cenſet, & indulgendum ingenio, calorique obſecundandum, deinde moroſe emendanda, quæ primo effuſa ſint impetu, & itentidem aliquid reguſtandum ex antiquo volumine, ut ad exemplum & formam illam quam proxime effingatur oratio. Qui vero non tam ſtyli quam diſciplinarum ſtudio legunt, illos meditari oportere, vt quæ leguntur, probe intelligantur, atque in animum alte & diſtincte deſcendant. Qui hiſtorias aut quid aliud facilioris doctrinæ

per-

Digitized by Google

percurrerent, horas ei negotio tribuendas vel a cibo proximas vel magis occupatas ac minus certas.

C. 8. *De lectione quænam obſervanda ſint*, monſtrat. Principio id quemque ait obſervare nos potiſſimum debere, cuius gratia lectionem potiſſimum inſtituat, alia philoſophum, alia theologum, alia iurisperitum ſectari: videndum itaque, quid proprie ſibi propoſitum ſit, quo velit ſtudiorum ſuorum curriculo pervenire. Hinc referenda, quæ legentis animum inſigni quapiam nota commovent: hac ratione eum plurima acute pervidere & obſervare, quæ cæteros fallant. Ita qui in philoſophia præſtantiam amat, multum in Poetis quoque & Hiſtoricis eum reperire, unde naturæ cognitionem exornet. En quomodo ad librorum notitiam Sacchinus nos perducat:

Prima cura ponetur, ut initio cuiuscunque libri argumentum totius operis bene percipias, & auctoris,,, mentem tibi quaſi ob oculos ponas: ita ut in tota,, lectione animadvertas, quo ſingula ſpectent, quid,, efficiant: indices quoque, quam vim habeant,,, quam ſint ad rem, quam inter ſe cohærentia,,, quam apte partita, quam diſpoſita ſapienter.,, Unde & ipſe inveniendi, partiendi, diſponendi,, probandique viam ediſcas. Quod ut fieri com-,, modius poſſit, plurimum equidem ad rem pertinere opinor, ut quisque ſumitur in manus liber,,, conditoris autem vitamque pranoſſe, quo con-,,

ſilio

ſtilo opus ſcripſerit, quo tempore. Itaque nec
dedicatorias epiſtolas, nec quæ ad lectorem in- „
ſcribuntur, vnquam cenſuerim prætereundas: quod
in illis talia maxime explicantur & ſuſcepti à ſe o-
peris auctores ſolent rationem reddere. His „
cognitis, quæ ſingulis partibus præfiguntur, ſum- „
maria, argumenta, lemmata, quæque adnotan- „
tur ad marginem, prodeſt legiſſe. Adiuuant „
enim intelligentiam & memoriam roborant. Quin „
etiam interdum vbi ſumma percepta eſt rei, quæ „
tractatur, præmeditari expedit, ſi tale argu- „
mentum propoſitum nobis tractandum eſſet, quid
afferremus? qua partitione vteremur? quas ad- „
hiberemus rationes & alia eiuſmodi. Tum in- „
ter legendum obſeruare, quam proxime noſtra „
cogitatio ad auctoris formam acceſſerit: quanto „
noſtra ille meditata ſuperarit, quo nos pacto ſi- „
milia excogitare poſſumus. Hæc de librorum
cognitione paranda tradit, ſed iam & men-
tem ſuam exponit, quomodo in cultu ſtyli
ſit procedendum. Vt præclaras, ait, di- „
cendi formulas notes, expendas memoriæ mandes, „
Sint tranſlata verba an propria: obſoleta an no- „
ua: Figurata an ſimplex oratio. Nec velim o- „
mittas, ſi qua parum conuenientia grammatico- „
rum præceptis inſint, aut alioqui mirabilia offe- „
rantur. Sed duplex cautio neceſſaria eſt. altera „
ne facile ſcriptores condemnes, ac ne librarios „
quidem atque typographos, neu ſtatim, quæ non „
intelligas, corrigendi libido capiat. Altera vt „
vitia malis ſcire quam imitari. Hoc enim eſſet „

Digitized by Google

ſpinas colligere - - Poſtrema cura in numeri no- „
tatione ſollocanda eſt. Velim enim te animad- „
vertere periodorum varietatem illam atque con- „
cinnitatem : vt non infinita feratur oratio, nec „
præceps deiiciatur, aut mutila claudicet, ſed vt „
ſonore ac ſuaviter fluat : vt modo totum ambitum; „
multis compactum membris, numerorumq; apta „
diſtinctum varietate circumductus orbis efficiat : „
nunc inſiſtat inciſis : nunc gradiatur ſimplicius : „
nunc paone, nunc cretico, nunc iambo aliiſq; pedi- „
bus pro rei gravitate ac modo claudatur; vt ſe „
date abſoluta periodo incipiat altera, vt ſit faci- „
lis, aperta, ſuaviſque connexio qua poſtrema ani- „
madverſio ſtyli cauſa in lectione verſantibus ma- „
ioris eſt, quam videatur, vtilitatis.

C. 9. *Quemadmodum citra excerpendi ſolertiam, qua digna ſunt adnotari poſſint*, nobis refert. Hic varios ſelectiora diſtinguendi modos recenſet, alios linea locos inſigniores ſubducere, alios tæniolas chartaceas interiicere, alios vngue præſtantiora notare, qui poſteriores tamen de libris male mererentur. ſibi in hoc genere commodiſſimum videri, ſummam præclariorum rerum in exteriorem paginæ oram eximere. Veteres etiam certas notas addidiſſe libris, alias ad figuram, alias ad ſententiam demonſtrandam : item alias, quæ convenientiam, alias quæ emendandum quid vel reiiciendum oſtenderent.

C. 10. *Proferuntur rationes, quare nihil ex lectione excerpendum videatur* ex aliorum ſententia,

Digitized by Google

tia, nempe primorum ſapientum temporibus, cum maxime floruiſſet ſapientia, auditione diſciplina & commentatione traditam: hoc Pythagoreorum in Italia, hoc Druidum in gallia, hoc Gymnoſophiſtarum in india fuiſſe: contra qui externis litterarum monimentis confiderent, res ipſas intus animo non reuoluere, ſapientiæ quoque opinionem potius quam veritatem ſcripto tradi, oportere non libris bibliothecas, ſed cognitione mentem implere, nec excerptis refercire volumina, ſed notare in animo, quicquid memorabile auditur vel legitur.

C. 11. *Contrariæ rationes ſequuntur, quare aliquid ex lectione excerpendum videatur.* nempe per excerpta intentionem legentis exacui, lectionem fieri multo meditatiorem eoq; clarius res intelligi & ſubtilius expendi: ſcriptione intelligentiam iuvari & altius menti res inprimere: exinde in commune bonum à viris doctis prodiiſſe tot variarum lectionum libros, miſcellanea, adverſaria.

C. 12. *Quid curandum, vt excerpendi labor ſit totus ſaluber*; primum ne hebeſcat memoria, illuſtriores quoſdam locos ſcribendos ac ediſcendos eſſe, & vt doctrina firma ac ſolida ſit, adhibendam eſſe attentionem ac meditationem; lectionem enim, quæ temere fieret, quæ curſim, quæ avide ac feſtinanter, confundere ingenia, non perfundere. Sed cura excerpendi attentionem exacui & feſti-

Digitized by Google

nationem remorari, & altius infigere menti, quæ adnotantur: vtile eſſe, vt ſubceſivis horis crebro excerpta reviſantur. Audiamus quid *Sacchinus* amplius commendet: *Auditio [lectioni] accedat neceſſe eſt & meditatio, „ & collatio & ſcriptio. Libri magiſtri ſunt, ſed mortui. Illud habent commodi, quod ſemper „ parati ſunt, ibique ſui copiam faciunt, ſed ſimul, „ illud habent incommodi, vt etiam Socrates nota-„ vit in Phædro, quod ſicubi mancum quid eſt & ob-„ ſcurum, aut minus certum; id ſupplere ipſi, de-„ clarare, corroborare non poſſunt, nec ſi forte er-„ ratum ſit, mutare ſententiam, nec obiecta refellere, „ quæ omnia commode magiſtrorum viva vox præſtat. „*

C. 13. *Quando & quomodo excerpendum,* auctor hic declarat. toties excerpendum eſſe ait, quoties legimus, quod ſi tamen obſtet cauſſa, quo minus ſtyli aut codicis copia ſit, adponendam eſſe notam, ne quid bonæ frugis excidat, dum excerpere liceat. Excerpenda vero eſſe ſelectiſſima, & quæ rariora inventu, quæ ad finem ſtudiorum pertineant, maxime vero, quæ ad vitam inſtituendam conducant. Alios totos libros compilare & in ſummam redigere, alios eximia tantum in communes digerere locos, adverſaria quosdam conficere. Sed legamus quod auctor conſilium ſuppeditet: *Ratio mihi illa arridet præ ceteris, quæ tametſi a-„ liquantum habeat negocii, plurimum tamen ha-„ bet emolumenti, & plurimum, vbi confeceris, af-*

feret

Digitized by Google

feret voluptatis. Primum vt quaque eo, quo »
legis ordine, eximas: deinde vt in ſuum quaque »
locum digeras. Itaque duos minimum libros »
conficias velim, alterum, in quo, vt quidque le- »
ctio ſubminiſtrat, exſcribas nullo alio niſi lectio- »
nis ordine: alterum in capita & quosdam com- »
munes diſtinctum locos, in quos ea ipſa, quæ a- »
cervatim in priore ſunt exempta volumine, dige- »
rantur. - Priorem librum confici volo, in quem »
continenter, ut occurrunt, quæ ex quopiam opere »
ſeliguntur, notentur; quia magna eſt oblectatio »
atque adeo opportunitas, ſi vno quaſi contuitu, »
quæ in uno quopiam libro ſunt egregia, recogno- »
ſcas. Id autem fieri non poterit, ſi in ordinem »
non lectionis, ſed rerum excerpta diſpenſes. Spar- »
ſa enim erunt in plurima capita, quæ magnum »
inſulſumque negotium ſit ſingula perſcrutari. De- »
inde ille contuitus, quo conſequenter excerpta »
recognoſcuntur, operis totius memoriam refricat, »
Præterea multa offeruntur legenti egregia, quæ »
certum in caput nullo modo aut ægre poſſis re- »
ferre, quæ tamen in adverſariis nullo labore con- »
ſignabuntur, nec magno opere cum voluntas feret, »
invenientur - Superabit fructus laborem, qui tamen »
levari etiam poteſt amanuenſis auxilio. Nam in »
adverſariis latus margo relinquitur & vel nota »
affigitur, vel vox ſcribitur index capitis, ad quod »
quidque transferri poteſt: tum traditur transfe- »
rendum amanuenſi magno laboris temporisque »
compendio. Denique breviſſimi excerpen-
dum ait, vbi vero verba ipſa auctorum ali-
quid haberent gratiæ aut virium, labori ne-

quaquam parcendum: excerptorum libros debere modicos eſſe & pulcerrimis characteribus perſcribendos, vt reviſamus libentius.

C 14. *Silentio an clara voce legendum ſit* eleganter diſſerit. *Poëtas legentibus*, ait, *& claram vocem & cantum quendam adhibendum exiſtimo: quod aures ad eam verſuum ſuavitatem aſſueſieri debent, atque eſt ingeneranda animo quædam inconſimiles modos ac ſonos verba voceſque componendi facilitas. Tum etiam concitantur voce legentium animi & facile in eos formantur adfectus, quos carmina continent. Ac mihi quidem haſce ob cauſſas ex vſu fore videtur adoleſcentibus quoque eloquentiæ ſtudioſis, vt orationes ſæpe ita legant, ac ſi pronunciarent, agerentq́. Quippe excitatur ingenium actione illa, incaleſcunt facile motus, aures ad oratorios numeros aſſueſcunt. Tota illa narrandi confirmandi, urgendi, deplorandi, accuſandi ratio clarius eminet, acrius commovet, tenacius hæret. Quod ſi huiuſmodi ſenſus ſegnius in quopiam ſequerentur, vltro enitendum cenſuerim, vt excitentur, vt incendatur ira, ubi ardet orator, flectatur miſericordia vbi ille miſeretur: lacrymæ quoque cadant, ubi ille deplorat.* Vbi vero de diſciplinis altioribus legatur, voci parcendum eſſe ait, vt mens in res potius quam verba defigi poſſit.

Sub finem adiecta eſt eiuſdem *Sacchini* oratio, Romæ in claſſe Rhetoricæ A. 1603. habita. in qua de vitanda librorum moribus noxiorum lectione agit, & pietatis hanc ac gravitatis pleniſſimam lectori commendamus.

PRIA-

PRIAPEIA [a]

ſive

diverſorum poetarum in Priapum luſus illuſtrati Commentariis.

GASPERIS SCHOPPII, FRANCI.

Francof. ad Mœnum 1606, 12mo, plag. 8.

G*Aſparem Schoppium* ſiue *Scioppium* vt petulantiſſimum ac mordaciſſimum hominem ſupra lectori repræſentavimus, hic vt omnium ſalaciſſimum atque ad omne libidinis genus proclivem nunc exhibemus. Priapeia, fateor, obſcæna ſunt carmina, meritoque iuventutis manibus excutiuntur: ſed longe obſcæniores, quas *Scioppius* ad hæc Priapeia dedit, ſunt notæ & inluſtrationes, quæ ge-

 nium

a) Hunc impuriſſimum fœtum Schoppius anno ætatis ſuæ XVII. emiſit: ſed negavit poſtea ſe huius auctorem eſſe, ac Melchiori Goldaſto attribuit, qui Schoppii nomine ſit abuſus, vid. Oporinum Grubinium, qui eſt ipſe Scioppius in Amphotid. Scioppianis p. 102. ita & tunc ſolemne eſt, ſi feciſti nega. Prodiit hic liber Patavii iterum 1664. 8vo. vt inſcriptio præ ſe fert, ſed Amſtelodami editus.

genium & impuritatem hominis abunde conteſtantur. Quæ etſi ita ſe habeant, nihilominus operam ſuam in illuſtrandis Priapeis bene collocaſſe ſibi videtur Scioppius, & lectionem libri huius non vtilem ſolum, ſed neceſſariam quoque eſſe nobis perſuadet. Vnde nec huius facti veniam ſibi exorandam ait in præfatione ad *Nicolaum Papponium*, cum carmina hæc reipublicæ qua eruditione, qua virtutibus iuvandis commovere poſſint: habere hic medicos verba, quibus partes hominis pudendas commode & verecunde adpellare poſſint: habere iuris Conſultos, ad quos ſuo quodam iure verborum ſignificatio pertineat: & theologis quoque hæc cognitu eſſe neceſſaria, qui de horendis ethnicorum ſceleribus, de pædicatonie, quam Sodomiam vocamus, vere & certo loqui, eamque deteſtari non poſſint, niſi eam ex ſcriptis illorum cognoſcerent. Quia vero periculoſum nimis ſit, iuventutis continentiam meretricularum præſenitia explorare, tum præſtare putat Scioppus, eam his & ſimilibus ſcriptis, ad humanitatis ſtudia cæteroquin opportunis, exercere. Nam qui bona inſtitutione iam ſit præmunitus, laſcivis eiusmodi ac turpibus rebus minime offendi, molliculos contra, ſi vna vel altera tali lectione ad nequitiam abducantur, ſua ſibi culpa & in venerem putredine perire. Ad exempla provo-

cat

cat Schoppius, dicitque *Platonem* & *Auſonum*, hunc Chriſtianorum Auguſtorum patrem, illum ſummum philoſophum amatorios verſus luſiſſe: *Chryſoſtomum* ac *Hieronymum* vigilantiſſimos eccleſiæ Chriſtianæ doctores legiſſe obſcænos poetas, & tamen caſtitatis exemplo quaſi ſtetiſſe. Quamquam ad Priapeia hæc legenda non niſi diſciplina magiſtrorum corroboratos admittat Schoppius, *& liber hic noſter*, inquit, *talis eſt, qui vel commentariis inluſtratus non niſi a grandioribus, quosque intellecta vitiorum turpitudine doctrina abſterrere poterit, intelligetur.* Denique exemplo *Scaligeri*, *Lambini*, *Douzæ* tuetur ſe Schoppius, qui itidem obſçænos auctores inluſtrauerint, ac rem liberrime ſint elocuti. Hæc præfatio? quam conlectanea de Priapo ſequuntur, accurrata ſane, maximamque partem ex his ipſis Priapeiis carminibus congeſta. Ne quid deſit, potiora excerpimus.

Priapus Veneris & Dionyſii filius fuit. Scribunt enim, Venerem, Bacho ex Indica expeditione, bello exſtincto, domum reuertente, Lampſaci, Helleſponti vrbe gravidam decubuiſſe, & parere inibi, quodcunq; eſſet, decreviſſe: ad quam cum Iuno officii, vt præ ſe ferebat, & opis parturienti ferendæ cauſſa acceſſiſſet, vterum eius mala & venefica manu attigiſſe dicitur, eoque factum, vt Venus puerum cum cætera informem,

Digitized by Google

tum vel maxime, ob virilis illius ſupellectilis commendatam bonitatem, terribilem enixa fuerit. Lampſaci ergo cum adoleviſſet, Lampſacenis mulieribus ob faſcini ſui luculentiam gratiſſimus fuiſſe dicitur. Hoc Lampſaceni ægre ferentes, fundum ſuum ab alienis arari, Priapum in exilium miſerunt. Non multo poſt vxores a diis impetrarunt demum, vt periculoſus maritis ſuis pudendorum morbus (hodie gallicus vocatur) invaderet, ad quem levandum de oraculi Dodonæi ſententia, Priapo placato & in patriam poſtliminio revocando opus erat. Reducitur itaque deſideratus mulieribus Lampſacenis Priapus, & Deorum tandem numero accenſetur. Varia habuit Priapus nomina; Ægyptii *Horum* vocabant, quamvis Horus alius Scioppio videatur; ille enim iuvenis alatus cum diſco ad pedes adiacente & ſceptro in dextera, mentulam reliquum corpus æquantem ſiniſtra tenens pingebatur: ſecus vero Priapus, qui barbatus cum falce & mentula pedali tantum. Idem Priapus & *Mutinus* audit, non recte, vt opinatur Schoppius. Plutinus enim aliud a Priapo numen, fuit, & publicum Romæ ſacellum habuit, vt Feſtus teſtatur: is ſedebat in ſacello ſuo mentula arrecta & in ſinum eius, priusquam ad maritum deduceretur, nova nupta locari ſolebat, vt eius pudicitiam Deus præibaſſe videatur. Phallus quoque & *Ityphallus* ac *Triphallus* dicitur: phallus

vero

vero veretrum ſeu mentulam notat. Ad officium Priapi quod attinet hortis præficiebatur; pomariis etiam, vinetis & agro: in nemore itidem fuit, ſed rudis admodum & informis de trunco nondum evulſo factus, & in talib9 præcipue locis ſtatui ſolebat, vt eius adſpectu fures & aues repellerentur. Effigies Priapi alia erat apud Ægyptios, alia apud Latinos: apud illos cubitalis erat & iuvenilis, apud latinos commodæ & iuſtæ ſtaturæ, eratq; agricolæ barbato ſimilis: corpore ruber ac nudus, dextera tenens falcem ſalignam; ſiniſtra mentulam arrectam & hanc quidem pedalem. In capite eius ramus vel pertica figebatur. Sacra quot Priapo fiebant, diverſa erant apud græcos & latinos: græci aſinum Priapo immolarunt, fortaſſe & alia animalia, porcum, hircum & capellam, quod tamen Romanis legibus erat vetitum. In horto ſacellum ipſi ſtatuebatur, in eoque menſa ſeu ara, ipſe tamen Priapus non tectus ſed nudus ſtabat ſub cœlo, niſi quando ſub arbore conlocaretur. Agricolæ & villici caput ipſius vere corolla roſea, æſtate ſpicea, auctumno pampinea, hyeme oliva donabant: poma quoque offerebant, maximeque illud agebant, ut herba dumoſa aſperaque ab eius ſacello eſſet remota: interdum libum lac & ordea toſta adſerebant. Hæc de Priapo; nunc de Priapeiorum carminum auctore hæc tradit Schoppius, ſibi

cum

Digitized by Google

cum aliis veroſimile videri, in horto Mæcenatis ſacellum Priapo dicatum fuiſſe, & ex iis poetis, qui ad Mæcenatem ſuum cotidie viſebant, vnumquemque verſiculos aliquot iocoſos in ſacelli parietibus notaſſe. His denique ſuccedunt ipſa Priapeia carmina cum notis Scioppii interiunctis, quæ egregie nativam verborum proprietatem declarant, elegantiamque vocum exponunt, ſed nimis latine loquuntur, caſtasque ac inno-
p.33. centes aures offendunt, & corrumpunt. Ita ad Priapeium illud: *quod meus hortus habet.* hæc addit Scioppius: *vt poma, pira & ſimilia, quæ tu ex meo horto decerpere poteris: ea tamen lege, vt ego viciſſim ex tuo horto decerpam, id*
p.53. *eſt, plenum & voluptabilem coitum extorqueam.* Ad Priapeium illud:

Commoditas hæc eſt in noſtro maxima pene,
Laxa quod eſſe mihi fœmina nulla poteſt.

egregie Scioppius commentatur hoc modo: *ſuam mentulam adeo luculentam eſſe ait & craſſam, vt quævis mulier, quantumvis laxum foſſatum habeat, ſibi tamen non nimis laxa ſit, quo mi-*
p.61. *nus eam naviter, vt ait Lucretius, expleat.* Idem Schoppius ad vocem *ſceptri* has addit ſcholas: *ſceptrum pro mentula* poni nemo mirabitur, qui cogitabit mulieres omnes regi-
p.63. nas eſſe, & hæ quidem ſceptro indigent. Sed Scioppius velut ſorex ſe ipſum prodit, quando ea liberrime de ſe prodit: *Omnia verno tempore in venerem ſunt proniora, maxime vero*

omnium

omnium paſſeres. Cum Ingelſtadii agerem, vidi è regione muſei mei paſſerem, coitum vicies repetentem, & inde adeo ad languorem datum, vt avolaturus in terram decideret. EN SORTEM INIQVAM! HOC PASSERIBVS DATVM, NEGATVM HOMINIBVS! Na, qui facinus huiusmodi imitari auſit, faxim, vt pici, qui aureos montes colunt, divitiis ille ſolus ſuperet. Pra militie Plautino omnes eum ſectaturas fœminas ſcilicet. Sed procul hinc profana hæc & obſcæna, nos qui de Veſtalibus ſumus, caſtam incorruptamque mentem ſervare ſtudeamus, nihilque ea moremur. Pauca tamen lubet hinc inde decerpere ſed quæ nihil habent impuritatis, aut veneris corruptæ. Audiamus, quomodo Lipſium perſtringat, ac eum plagii reum poſtulet. *Sed de iſto videnda Lipſii Saturnalia, quid Lipſii, immo Petri Fabri. Sed vtrum illius, an Fabri quid ad me? Tam vtitur bove, quam ſibi pararit noſtro Lipſius invidendus auo, per quem non licet eſſe negligentem. vt in Taciti compilatione, Chifletio & Mureto ſeſe exhibuit. Ne quid hic de verſibus Ennianis apud Agellium lib. 12. c. 4. dicam. quos cum ope complurium veterum librorum feliciter emendaſſet Giſanius & Mureto Romam miſiſſet, hic, qui tum Mureto præſens erat, & epiſtolam Giſanii legebat, totam deinde iſtorum verborum emendationem, mutatis tantum, ut fures ſolent, poculorum anſis, cum pulviſculo ſibi abſtulit, adeo apud iſtos homines unaquaque res* p. 38.

Res

Res fiſci eſt, vbicunque natat.

Sed odorati ſunt poſtea fraudem hanc viri docti, editis nimirum Mureti epiſtolis. En lector imitare ſis p.40. *egregiam iſtam ad laudem graſſandi viam.* Lambinum Scioppius quoque caſtigat his verbis: *Lambinus homo ſtultiſſimus, quique uno anno plus auctoribus nocuit, quam alii decennio prodeſſe poterunt.* & in alio loco ait: p.127 *de hoc tamen Lambinus ne gry quidem:* vt in *omnibus fere ſolet paullo difficilioribus, cetera ſatis verboſus & ineptus, ut alias cum diis volentibus oſtendemus,*

Sub finem ſequitur Apuleii ἀνεχόμενος cum Scioppii notis & Epiſtola *Heraclii* Imperatoris ad *Sophoclem* Sophiſtam & *Sophoclis* eiusdem ad *Heraclium: C. Antonii* ad *Q. Sorannum: Cleopatra* reginæ ad eundem: *Qu. Sorani* ad *Antonium & Cleopatram*: quæ epiſtolæ ex bibliotheca Melch. Goldaſti hic primum ſunt editæ, ac Cleopatræ ſummam libidinem oſtentant. Recte de iis iudicat Scioppius, quando ait in præfamine: *An ipſorum, quorum nomina præ ſe ferunt, genuini partus ſint, an ab aliis ſuppoſiti, quaeſtionis eſſe videtur. Equidem dum orationis filum & contextum conſidero, qui non propius a venuſtate Ciceroniani aevi abire quam cœlum terra poteſt, videntur non eſſe, ſed vnius cuiusdam multis ſaeculis poſterioris, qui ne latine quidem admodum doctus erat.* Hæc etſi dubitanter, vere tamen pronunciavit Schoppius.

C. VA-

Digitized by Google

C. VAL. CATVLLI
caſta Carmina
ab
RAPHAELE EGLINO ICONIO
Tigurino
edita,
cum eiusd. Vindiciis Ciris Catullianæ
adverſus IOS. SCALIGERVM.
accedunt
GASP. SCHOPPII
Epitheta & Synonyma poetica
vt &
Notæ eiuſdem in Claudii Verderii Cenſionem
E typographeo Wolfg. Richteri
1606. 12mo. plag. 5.

NUnc caſtiora carmina ſequantur neceſſe eſt à Raphaele Eglino, Iconio e Catullo ſelecta: nihil hic excerpimus; & adnotamus tantum Cirim Virgilio quondam a Ioſ. Scaligero tributam, nunc Catullo adiudicari; magis vero auctor videtur occupatus in deſtruenda Scaligeri ſententia, quam in ſua confirmanda. Cetera, quæ ſequuntur, omittimus, & integras damus, quæ in fine exſtant.

GASPE-

Digitized by Google

GASPER. SHOPPII FRANCI NOTAE

IN CLAVDII VERDERII CENSIONEM;

vt ipſe vocat, in Auctores pene omnes.

QVanti faciendus ſit egregius ille cenſor, ipſum veſtibulum ſtatim prodit. Nam in prima præfationis periodo ita offendit, vt eius quidem cauſſa gaudeam, non vivere hodie Orbilium. alias enim huic virgæ in mundo forent. Sic enim loquitur; *Mihi dubium non eſt, quin ſtatim atque e manibus evolarit hic libellus, in has voces plerique prorumpant; Quis novus iſte cenſor?* Puſio aliquis de trivio mallet, *prorupturi ſint.* Simul autem hoc principium a me lectum fuit, valde de toto libro ominari cœpi. Quia enim de manibus ſuis *euolare* dicit, ſuſpicatus fui, eſſe hæc volatici & ventoſi ingenii flabra, quod ſi ita ſit, poſterius videbimus.

Ait in eadem præfatione: *Si quem temere & ſine cauſſa correxero.* Quod quomodo fieri queat, intelligi non poſſe arbitror. Nolo etiam

Digitized by Google

etiam petitas illas de triuio phraſes, quibus vtitur, adferre, *ſplendide de aliquo ſentire, ad irreprehenſibilem perfectionem deuenire.* quaſi quædam ſit perfectio, quæ iure queat reprehendi. In eo autem mihi perplacet, quod ipſe non maioris librum hunc ſuum faciat, quam aliquam confabulationem. Fabulas nimirum ſuas & ſomnia nobis, vt conuiuit, narrat, ſcribitq; ſe hæc ideo ſcripſiſſe, ne in otio otioſe degeret. Optandum profecto & omnibus DIs ſupplicandum, vt vel huius vnius nomine omnis repente Gallia a turbis, quibus agitatur, conquieſcat, & tam præclaro cenſori otiari liceat. Habebemus nimirum propediem omnes poetas, oratores & philoſophos iudicio ſubactiſſimo & diligentiſſime examinatos & expenſos, nec vllum ab eorum inueteratis erroribus nobis eſſet periculum.

Ceterum in hac tota præfatione adeo non ſibi conſtat, vt aliquem Protea nobis referre & fingere voluiſſe videatur. Primum *Deum* ſe nobis facit, ſed eum quem antiquitas *Momum* ferebat. Ait enim *ſe velle equidem carpere.* Carpimus quidem homines inuicem: ſed qui Deos (quales in Philoſophia Plato, Ariſtoteles) carpere auſus fuerit, præter Momum, & ipſum Deum inuentus fuit nemo. Deinde *congerronem* ſubito vel *fabularum ſcriptorem*, tum *otioſum & ſomnolentum* ſe profitetur. Tum autem repente quaſi

excuſſo veterno diligentem agricolam imitatus, Poetarum, Oratorum, Philoſophorum agrum colere aggreditur, & ſpinas vepresque eorundem runcare. Paullo autem poſt, agreſtis ſcilicet vitæ pertæſus, artem incipit facere ludicram, & nobiliſſimum *Harlaum* ludorum & facetiarum ſuarum ſive dictorum ſuorum meliorum & ſcurrilium arbitrum & ſpectatorem deligit: ad exemplum nimirum Euripidis, cui Plato vnus inſtar omnium:

Sed quia in ipſa præfatione ſatis luſit, Pæana repente ſibi ipſe canit: *Io Paan, Io Paan. Quis novus hic cenſor cenſore ſeuerior vllo?*

Ille miſer *vllus*, præter hercle animi ſententiam recuſantibus reliquis omnibus, vltimum verſus illius locum occupare neceſſe habuit. Nam aliud verbum ſuppeditaſſet, illud *vllo* natum ibi non fuiſſet. Sed ut amoto ludo, ſerio loquar, toto hoc carmine Gallico nec ipſa hiems Gallica frigidior eſſe poteſt: nec ſane tam patiens ego, ut huiusmodi verſus latrina Poetæ dignos iudicem. Præter enim quod ipſa dictio ab omni latinitate abhorret, quis (quæſo) patienter & æquo ferat animo proſodiæ leges, quas vel pueris migrare religio eſt, adeo inſubide ab illo violatas? *Cedo*, pro dic, prima producta extulit. Atque ne, dum illi diutius immoror, vomere neceſſe habeam, ad ipſam tandem Cenſionem accedo. Sed

&

Digitized by Google

& ibi non pauciora reperio, quæ me velut ſtimulis quibusdam conuulnerant. Quis enim per Deum immortalem aliquis ſubulcus vel unus foſſor tam locutus vnquam eſt barbare? indiligenter ſiue (interpretabor enim iſti aſello) ſine delectu non dico; ne & bona heic quædam eſſe confiteri videat. Nam quid eſt *inſtitutum ſuum aggredi?* Sed talia mittam. Ego profecto proiectiſſimam nebulonis huius audaciam mirari nequeo ſatis, qui nobis Latinæ linguæ auctores perſenſere profitetur, & interim tam ſermone vtitur fœdo & inſulſo, vt ita me Deus iuvet, famulus aliquis meus eo vſus vapularet. Sed forte in rebus ipſis felicius verſatur. Audiamus itaque Cenſorem.

Ait, quod Varro *luſtrum quinquennale* dixerit, eſſe errorem ſole clariorem. Mirificus me hercle error, cum tenebroſi plerique errores eſſe ſoleant. Putat autem *luſtrum* tantum eſſe *quatuor annorum*, quod refutatione mea ſane dedignor. Audiat tantum *Naſonem*;

In Scythia nobis quinquennis Olympias acta eſt
Et tempus luſtri tranſit in alterius.

Vnde vides *luſtrum* quoque dici confectis quinque annis, contra quam nugatur ille nebulo.

Atque vt evidentius vnicum eius ſtudium in auctoribus peruideas, p. 17. *Servio* adſcribit, quæ illi ne per ſomnium quidem

unquam in mentem venerant. Ait ſcripſiſſe *Seruium* de Cicerone, quod audita vna Virgilii ecloga exclamarit;

-- Magna ſpes altera Roma.

At illud nusquam apud *Seruium* exſtat: ſed in *Virgilii vita*, quæ pudendo errore ad auctorem *Donatum* vulgo refertur.

Sed eſt tamen, in quo mihi Cenſor hic non vanus fuiſſe videtur, de *anagrammatis* nimirum. Verba addo; *Anagrammation inuentum cum Iohannes Auratus, vir noſtra ætate paucis conferendus ſuſcitaſſet imperiti omnes nihil aliud commune cum doctis præter laborem habentes, cui etiam in rebus parui momenti eruditi parçunt, cæpere ita in nominum inuerſiones incumbere, vt nihil præter anagrammata in lucem prodiret: pulchrum & laudabile ducentes, ſi tandem literarum ab aliquo themate primum diſcretarum compagem reficientes imperfectam, vt plurimum contingit, ſententiam ederent.*

Pag. 76. ait *Chamum* patris Noæ pudenda *detegiſſe*, pro *detexiſſe*.

Mire quoque turbat in *Cæſaris* loco, vbi probare conatur *Cæſarem* multa ſæpe falſa pro veris tradidiſſe, quia nempe ſcribat, Gallis morem fuiſſe, vt male habentes immolaturos ſeſe Diis immortalibus recuperata quam primum proſpera valetudine vouerent. Et ſubiicit acerrimus ille cenſor; *Probabile certe eſt, eos ægrotare maluiſſe quam funus facti in victimam enecari, id eſt in morem*

vicli-

Digitized by Google

victima. Iam ergo ſentio demum me laborem vanum ſuſcepiſſe in eum notas ſcribendi, qui omni prorſus iudicio deſtitutus ſit, nullamque in ſe rationis micam poſſideat. Quaſi vero Galli voverint ſe velle ſeipſos diis immolare, ac non potius velle ſe hoſtiam aliquam eiſdem immolare. *Immolaturos* ſeſe abſolute & conciſe dictum, ſubintelligique debet hoſtiam vel victimam. Sed bellus ille Cenſor ita accepit, quaſi vouerint, quod reſtituta valetudine ipſi ſe immolaturi eſſent. Valde hoc nomine ipſi iraſcerer, niſi pagina ſequenti fateretur, ſe, *etſi ipſe ſcindere nequeat, cotis tamen fungi vice.* quod ego adeo non reprehendo, vt eundem duram & bonam, ſatis cotem vel cautem, ſiue tu ſtipitem adpellare mauis, non male vocari poſſe exiſtimem.

Eadem pag. 84. *Plinio* violatæ Latinitatis dicam ſcribit, quod *turbam primorum* dicere maluerit, quam *aceruum* vel *cumulum*, cum turba animantium propria ſit. Quod quam verum ſit, ipſe viderit. Incertus ſane auctor in *Priapeiis* turbam ſæculorum, pro multitudine annorum & ſenectute poſuit. Et *Cicero de Claris Oratorib. nouorum voluminum turbam* dixit.

In carmine ſub calcem operis verbum *refert* imperſonale prima correpta protulit. Ibidem *paria* prima producta. Et vltimo verſu;

Iſtos ſed pari conſtituiſſe loco.
Valeat nobis itaque bipedum ille inſcitiſſimus atque audaciſſimus.

DVÆ EPISTOLÆ
NIC. HEINSII
ad
ISAAC. VOSSIVM.
ex manuſcriptis nunc editæ.

V. C. Iſaaco Voſſio
NICOL. HEINSIVS
S. P. D.

VLtimas meas duas treſue Amſtelodamum rate ad te miſi, ut iuſſeras, mi *Voſſi*, ſupereſt, ut recte curatas intelligam. Iisdem interim veſtigiis inſiſtam porro, vt ſi non perferantur mea, obſequium ſaltim meum agnoſcas. Quas ad te dedi proxime illæ alias Gronouio inſcriptas ſecum trahebant. Spero curæ tibi fore, vt Dauentrium mittantur. Ab amico illo noſtro nullas totis quatuor iam menſibus accepi, quod, quid ſibi velit, prorſus ignoro. Suſpicor tamen apud *Goeſium* hærere, qui & ipſe iam pridem

dem nec compellat me nec reſpondet provocatus. Cum inſultandi finem non faceret, meque ut inprovidum & incautum frequentius traduceret, quod & cauſſam noſtram communem prodidiſſem in Suecia, & ſtationem creditam deſeruiſſem: mihi præterea ipſi conſuluiſſem perperam in hoc itinere regio viatico deſtitutus: reſpondi nonnulla acerbius, quæ & puto, male illum habent. Priuatam noſtram cauſſam, cui promouendæ iter Suecicum a me deſtinatum erat, vt noſti regiis commodis poſthabui, fateor, quæ luculenta polliceri meus in Italiam excurſus videbatur: nec inſtituti aut obſequii pœnitet, etſi fefellerit ſucceſſus. Cætera quòd ſpectat, nihil minus quam improuidum me fuiſſe, tu teſtis es, qui nimiam in me ſollicitudinem ac anxiam futurorum curam ſolebas reprehendere. Nihil mihi defuturum promittebatur identidem. Ego autem etſi parce promiſſis crederem, tamen natali inhibitus verecundia nihil unquam petii, tum ne viderer meæ utilitati iter Italicum dediſſe, tum quod augurarer, vltro facturam DOMINAM pro inſigni ſua clementia, quicquid flagitare in rem meam ipſe poſſem. Expenſarum facilis omnino iactura eſt. Illud ægerrime fero, quod cum male mecum agatur atque indigne, *Alpha tamen grammaticorum Alaſtor* palam iactet, multa ſcutatorum

millia me dilapidaſſe, quorum rationem reddere non poſſim regiis diſpenſatoribus. In aula quoque frigere res meas poſt operam tam fideliter nauatam moleſtum eſt. Illud vero longe moleſtiſſimum, quod meis ludibrium debeo. Gœſianus tamen iſte æſtus deferbeat neceſſe eſt. Tu diſſimulato horum quicquam te ſcire, & exige ab illo, ſi quas aut Gronouianas aut alias mihi inſcriptas acceperit, easque tua opera vt nanciſcar quæſo. Vrit etiam illum, quod duo florenorum millia póſcam, quibus & æs alienum heic a me conflatum expungam & laribus paternis ſiſtar. Sed nihil poſco, niſi quod ſit meum. Rebus meis, dum in Suecia eſſes, conſuli ſic, vt velles à te non potuiſſe facile credo. Tu indicando tamen aliquo, ad quem aut Noribergam aut Hamburgum meas deberem mittere, nimium cunctatus es. Quo fit, vt & rariſſimas nunc ex Suecia accipiam & ſua Reſp. pleraſque non perferri ad me argutentur aulici. *Holmius* certe quater ad me ſcripſiſſe DOMINAM adfirmat, cum ego non niſi vnicas acceperim, quasque fidem certam facere videantur, nullas antea ab illa ſcriptas eſſe. Negat quoque præter vnicas iſtas alias ad ſe vllas perueniſſe *Fürſtenbeuſius*, qui rerum ſuarum ſatagit in omnibus, & valde accuratus eſt, ut video. Iurat tamen per deos omnes *Holmius* rem ſeſe ita, vt adfirmat habere.

Pari-

Pariſios cum adveniſſem, tibi non ſemel ſignificaui, ad quem Venetias tuæ eſſent mittendæ, ſignificaui & *Holmio*. Ille uero negat aut meas tum vllas ſe accepiſſe, aut te diſcedentem ex Succia verbo vel uno monuiſſe, ad quem curare ſuas deberet, inveniſſe ſe ultro tandem viam, qua me compellaret, immenſo, quo me proſequatur, amore compulſum, vſumque ſe opera *Fimbri* Hamburgenſis, illius ſcilicet, qui quartas regias perire paſſus ſit. Denique imprudentiæ in ſuis me notat quanquam verbis humaniſſimis, quod rebus meis diſcedens melius non proſpexerim, tibique potius quam aliis omnia crediderim. Ego, mi Voſſi, deprehendi iam olim, poſt *Alaſtoris* lætum in aulam introitum noſtra omnia retro illic ſublapſa referri, etiam cum tu maxime ſecurus eſſes. Hæc quia mutari iam non poſſunt, reliquum eſt, ut tergo luat ſcabioſus Alaſtor, quicquid in nos fortuna peccabit. Luiturum autem ſum pollicitus Protomedico illa epiſtola, quæ tantas turbas excitauit, vt nuncias. Bibliothecam meam homini ingratiſſimo & peſſime de me merito patere indignor. Scripſi hodie ad *Silberenenium*, petiique, ut eius vſu illi interdicat, niſi regia auctoritate ſit munitas. Illis autem mandatis quod opponam nihil habeo. Nebulo iſte non modo conditionem a me oblatam comiter aversatus eſt de peregri-

Digitized by Google

natione, quam *Langermannus* longe meliori natus loco non dubitauit vlnis ambabus amplecti, litterasque huius argumenti petulantiſſimas ſcripſit ad Alaſtorem, vt meminiſti: ſed poſtea etiam cum intercedente *Doubletio* illi ignouiſſem, nonnulla, quæ ad muſicos, quos luci parabat, maxime facientia Pariſiis ſubmiſiſſem, pluraque miſſurum me eſſem pollicitus, nunquam vel verbo vnico gratias mihi agere eſt dignatus. Bibliotheca vero mea, vt in Batauiam mitteretur, tribus quatuorue litteris continuis, cum in hanc vrbem ante menſes adveniſſem quinque, a *Wullerio* contendi, quod nec fecit ille, nec meis etiam precibus quicquam repoſuit. Multo tamen tempore moratum *Nicopinga* fuiſſe narrat *Holmius*, vt excuſari quodammodo poſſit. Venio nunc ad tuas, mi Voſſi, die XXIV. menſis proxime elapſi exaratas, quæ nudius tertius mihi exhibitæ fuerunt. Primo omnium rogatum te velo, vt ambitioſis iſtis titulis *Agentis* & *Conſiliarii* in poſterum abſtineas. Neutram enim dignitatem mihi iudico, & ſi vindicarem maxime, hac in vrbe diſſimulari tamen præſtaret, in qua cum tenuiter ſatis viuam, aulam, quantum poſſum, fugio, vnicumque a muſarum ſacris & Medicea bibliotheca & paucorum amicorum congreſſibus capio ſolatium. Famulum a me iam pridem remoui ſic neceſſitate cogente. Id enim malui

lui fieri, quam *Langermannum* amoliri, iuuenem ſuauiſſimum meique amantiſſimum, Apud Italos quoque, quantum poſſum, diſſimulo, etſi diſſimulari vix poſſit, DOMINAE me inſeruire, ne illi inceptam de eius maximo erga litteras adfectu opinionem proiiciant. Neſcio an narrarim tibi iam ante, agere ætatem in hac ciuitate ac ali ſtipendio magni Hetruriæ ducis *Ioannem Pricæum*. Is cum ſolitudinis quoque ſit amantisſimus, pulcre mihi cum illo conuenit. Vides quo loco res ſint Agentis tui? & ſane ſi Grammaticis fides habenda, cum luci dicantur, quod minime luceant, & parcæ, quod parcant nemini, Agens & ego recte dicor, tanquam qui agam nihil. *Langermannus* Romam profectus eſt, vt *Anthologiam* abſolvat. Sed omnia illic inuenit difficilia aditu & occluſa, cum novus Vaticanæ ſit cuſtos datus, altero vero optimo & humanisſimo, nuper e viris ſublato, *Holſtenius* denuo repulſam eſt paſſus. Puto igitur futurum, vt *Langermannus* breui huc reuertatur, ne cum inſcitisſimo iſto cuſtode conflictari pergat. Ex tuis, quas ad me dediſti e Batauia, vix vllas periiſſe opinor. omitte curam igitur. De Nympha Caledonia nimis eſt lepida, quam narras, fabula. Heræ ſuæ furiarum maximæ nomine fuiſſe plenam oportet, quæ miſerum amantem ſic defricuerit. Heu quantum mutatus ab illo Hectore

ctore noſter græculus qui ζωὴ καὶ ψυχῇ modo ſub lodice relictis præclarum de Britannis ſubactis triumphum meditabatur. Tales etiam clitellas Alaſtori Ononymo a Clytemnæſtra ſua Tyndaridarum fortiſſima imponi, conſtans rumor eſt. Vt mirum non ſit, *defricandi* verbum tantopere in deliciis illi eſſe. Quod tamen cur ille ſemper in ore foveat, cum neſcias, cauſſam ego te veram aliquando docebo doctus ipſe Pariſiis, vbi vacat ridere, nunc enim paulo ſum moroſior, & nihil fabella illa feſtiuius. A *Bochario* nullas accepi hactenus, vbi accepero, faciam ut intelligas. Alteras illas, quas affirmat nec dum paratas eſſe, Protomedici erunt, vt opinor, quem mihi infeſtisſimum puto, nihilque non acturum, vt ab aula excludar. Nec ego ſupplicaui ne fieret, ſcio enim preces meas fruſtra fore. Vnum machinationem eius turbat, quod videt perire me non poſſe, niſi pereat & Alaſtor. Minatus enim ſum, ſi quid euenerit mihi præter votum, ut innoteſcat publice operam me daturum, quid de procerum Suecicorum ſuperbia, de veneno ſibi ab illis dato, aliisque rebus in Galliam perſcripſerit *Alaſtor*, denique quam petulanter Lutheranis inſultet diſſertatione de *Transſubſtantiatione a*) aliaque huius notæ: quæ cum non neſciat eſſe verisſima, Protomedicus valde

valde ſocienni ſui rebus illic terrarum timet. Epiſtolam fruſtra a me petis, eſt enim diffuſiſſima. Quid quod in exemplari penes me relicto multa ſint omiſſa, quæ inter ſcribendum illi alteri inſerui. Nonnullæ enim fabellæ de Alaſtoris virtutibus erant narrandæ, quarum quasdam addidi alteri epiſtolæ hic illic, cum earum meminiſſe in meo exemplari neglexiſſem. Et doleo ſane tam ſupinum me fuiſſe. Quæ tamen DOMINAM ſpectabant, ſatis magna cum cura examinaui, antequam chartæ committerem. Magnam vbique libertatem præ me tuli, vitæ etiam aulicæ contemptum. Vno loco forſan aut altero offendi poſſet domina, præſertim ſi conſiliis Protomedici vtatur. Volebat ille, vt non modo Alaſtorem amarem in poſterum, ſed etiam laudarem publice. Rationes cum alias, cur hoc fieri oporteret, tum hanc proferebat: *la Reine l'eſtime infiniment.* Repoſui expertum me hoc ſcire, nec illum, ſi nobis eſſet felicior, propterea & meliorem eſſe. Fuiſſe apud *Guſtauum* olim *magnum* loco non peiori fortasſis & patrem meum & avunculum, eas eſſe rerum aulicarum vicisſitudines. Heroe illo immortalitate dignisſimo ſuperſtite non fuiſſe metuendum, vt vacua regnaret in aula Alaſtor

---

a) edita 1646. contra Hug. Grotium ſub nomine ficto Simplicii Verini.

ſtor & fortunis noſtris pro lubitu inſultaret. Sed epiſtolam ipſam lituris plenam apud me videbis aliquando. Tui illic mentio honorifica non ſemel facta. De litteris in ignem coniectis rem quoque narraui. An impune laturus ſim illam epiſtolam, tempus docebit. Non opinor tamen, niſi ut dixit, mihi pareat Protomedicus, ne & noceat Alaſtori. Ego vero, mi *Voſſi*, & Protomedicos Alaſtorum admiratores & protomedicorum ſociennos protoſycophantas Alaſtoros non moror. Quorum quidem ut hi vapulabunt, ſi quid in me viri eſt, illi rapulantibus medicinam faciant licet, ſed reſpilloni cam & qualem fecerunt hactenus. Apud clariſſ. *Bochardum* velim diſſimules de illa epiſtola tibi quicquam conſtare. Nos exitum tragœdiæ breui videbimus. Multa ſunt, quæ vrent Protomedicum, inprimis quod rogam, ne me paraſitum eſſe aulicum crederet, qui bonos maloſque amicos atque inimicos vno ordine ducerem, ac promiſcue laudarem. Experietur me tamen amicum, ſi velit. Sin Alaſtorem pro Ioue ſuo adorare, ad eiusque nutum ſe perget componere, nullo apud me loco erit, eiusque nomen inter patillarios & minorum gentium deos referam. Alaſtorem nihil Miltone hactenus reponere, indignum profecto eſt auguſta viri maieſtate. Vtinam quod tu

paras,

paras, breui videamus. Μεγάλος iſte πό-λαμος *b*) riſum mihi mouit maximum. Scis vt Africam olim omnem, ita Nilum maxime monſtrorum proventu fertilem fuiſſe, dum in illo hippopotamos venantur alii, in miram & hactenus ignotam bellicam venatus eſt, Onopotamum videlicet. Certe μεγάλος ὄνος non peiore iure dici tibi poſſit Alaſtor, quam ipſe Nilum μεγάλον dixit πολαμόν. Prodigioſos errores, quos in *anthologia* deſcribenda commiſit, aliquando videbis, ubi redierimus ego, & *Langermannus.* Certe negligi a te non debet præclarum eius furtum, quo *Scholiaſten Palatinum oui Simmiæ c*) miſerrime cyclopeo more deuorauit totum, inque ſuccum & ſanguinem convertit Diſſimula tamen quæſo *Langermannum* de Anthologia cogitare, ne & eius fortunis inſidietur. Quicquid enim de

b) *Ita aberrauerat Salmaſius in ſcribendo, & dici vix poteſt, quantopere ab aduerſariis ſuis eo nomine ſit vexatus. Salmaſius enim quicquid primus animi æſtus ſuggerebat, litteris conſignauit, nihilque retegit, aut emendauit.*

c) *Salmaſius edidit explicationes duarum inſcriptionum veterum Herodis Attici & Regillæ coniugis, cum ſuis ad Doſiadæ aras, Simmiæ Rhodii ouum, alas, ſecurim Theocriti fiſtulam notis* Lutet. Paris. 1619. 4. *plagium vero Salmaſii adnotat Iſ. Voſſius ad Pomponium Melam p. 313.*

de nobis fiet, e re noſtra erit: aliquem in aulam illam irrepere, quo familiariter poſſimus vti. De hiſtoriæ auguſtæ ſcriptoribus nihil promitto. Scias tamen velim, ſi res id meæ ferrent ullo modo, me Mediolanum excurſurum. A patre *Sfondrato* litteras habui, ſed *Stephani* non meminit, quare dubito, an is nobis exſpectandus. Supplicaui tamen, quantum potui. Ego totus ſum in *Ouidio*. Si menſem adhuc unum heic morari mihi continget, vt vix dubito, codices auctoris illius Mediceos omnes abſoluam. Sunt quidem recentioris plerique notæ, qui tamen antiquis interdum nihil cedant. Diuerſas lectiones *Manilii Veneti* a Gronouio iam habes. Alterum eius exemplar veterrimum *Vrbini* exſtare, monuit *Holſtenius*. Vellem *Langermannus* eo excurreret, ſed & is iam magnas expenſas fecit, nec ſcio an reſtituendæ illi a Domina ſint vnquam. Hactenus certe ſcire non poſſum, an eius obſequia ſint accepta in aula. *Manilium* miſit, ego quoque *Mediolani* emptum poſſideo, ſi recte memini. Hæret is codex cum reliquis Venetiis, ſed recens eſt. De *Altempſiana* bibliotheca negotium commendaui *Langermanno*. Nam *Nogbera* res ſunt eodem loco. Quod *Stathmos* illos integros ibi credis exſtare, fugit te ratio, aut ſi exſtant, iam eos deſcripſerit *Holſtenius*. Vendidit ducis huius pater Paulo olim V. quadraginta circiter

codi-

codices ex melioribus, qui in Vaticanam ſunt tranſlati, eos tamen deſcribendos ante curarunt. Latina exemplaria MSTa eius bibliothecæ ſunt notæ recentioris pleràque, quæ mihi videre contigit: multi enim capſis erant incluſi, ad quos aditus non patuit. Nihil eſt inſcitius ſtolidiusve Duce. *Topographia iſta Chriſtiana* cum immenſum ſit volumen, deſcribi non ſine magna moleſtia poterit. Patet enim per horas tantum tres matutinas medicea, & adeſt tum ſemper aliquis canonicus. Si præſtitiſſet promiſſas commendationes ad magnum Ducem Domina, nihil occluſum foret. Petii quidem eas non ſemel, ſed fruſtra. Longe me felicior fuit *citharœdus ille Italus* ex infima plebe ortus heic in Hetruria, qui magno cum ſplendore huc venit, regias litteras magno Duci obtulit. Contemptim tamen eſt habitus, quod hominem noviſſet. Sed hoc inter nos. Nam & citharœdus mihi amicus eſt, & cetera virum bonum exiſtimo. *Solini* exemplar vetuſtiſſimum exſtare heic apud Franciſcanos, monuit *Langermannus*, ego bibliothecam illam nec dum vidi. In Leidenſi eſſe codices tres quatuorve bonos memini. *In Porphyrium contra Chriſtianos* d) animus

M erat

d) *fama etiam fuerat; libros illos* PORPHYRII *hodiedumdum Florentiæ in bibliotheca magni ducis adſervari. vid. Quinquagintæ epiſtolicæ nuperrime a Cl. Viro* RITMEI-ERO

erat inquirere ſed prævenit me iuſſu
a regina idem citharœdus, qui cum palam
heri iactaret, eum codicem a regina deſide
rari, ſummopere tu iam intelligis, quid ſi
ſperandum. *Plinii & Tertulliani* codices an
tiquos hactenus vidi nullos: De naue no
ſtris erepta a Tiburnenſi portu ſcripſi pro
xime. Indigniſſime id factum fert magnu
Dux. Archithalaſſus anglicus iam ab ill
in carcerem coniectus, navibus etiam mer
cibusque anglicis, quæ 800. millionibus au
reorum æſtimantur, manus iniecit. Quid
porro futurum ſit exſpectamus. Navis ipſ
noſtris erepta in Ibvam inſulam deducta eſ
ab anglis, cum elabi poſſe ſe deſperarent
Illam quoque magnus dux ſui fecit iuris &
Hollandis, vt opinor, reſtituet. Vale m
Voſſi, ſalutant *Datus* & *Cavolcantes*. Anni no
vi exordia tibi tuiſque ſecunda voueo. Flo
rentiæ cIↄ Iↄ CLII. XVII. Dec. ignoſce feſti
nationi. V. CL

ERO edita p. 71. Ipſe quondam Th. REINESIVS in e
fuit ſententia exſtare hos libros, qui etſi edicto Impp
Theodoſ. & Valentin. comburi iuſſi ſint, eorum tame
exemplaria non omnia conquiri potuiſſe. Illud enim
ἀφανισθῆναι, quod ſit in Epiſt. Conſtantini M. apud Socra
tem cum latitudine quadam intelligendum eſſe ait, nim
rum non fuiſſe tum abolitos, deperditos, e medio ſubla
tos, ſed delituiſſe, fuiſſe occultatos, ſuppreſſos, non fuiſſe δι
χειρῶν & vulgo circumlatos, idq; ſignificare ἀφανίζεσθαι
Vid. Th. REINESII & Io. Andr. BOSII epiſtolas mutua
Ienæ 1700. 12mo. editas p. 63. & 69. & Tom. X. obſerua
Hallenſium p. 212. inter exſtantes adhuc libros recenſet au
ſed malim ego hos inter deperditos referre.

Digitized by Google

V. C. Iſaaco Voſſio
NICOL. HEINSIVS (e)
S. P. D.

Vide quam diſſimilis mei factus ſim, *Voſſi* amiciſſime, qui vnas duas tribus ſolebam remunerare, nunc tribus tuis reſponſum debeo. Earum primæ in Hetruria ſunt mihi redditæ, cum jam eſſem in eo totus, ut Florentia Venetias contenderem convaſatis ſarcinis. Secundæ mihi poſt perreptatas Apennini rupes Bononiæ occurrerunt. Tertias hodierno die accepi heic a *Colonio*. Hæc verboſius, vt agnoſcas, mea culpa non eueniſſe, quod præter ſolitum cunctatus ſim, ac protraxerim aliqua mdiu reſponſionem. Etſi enim & plurimas amicorum epiſtolas in hanc ciuitatem conſecutus ſim adueniens, & ex itinere moleſto valde langueam, noctibus ſine ſomno, tribus in via exactis, nihil tamen prius habui, quam confabulationem tecum inſtituere, cum quo garrio libentiſſime. Inprimis autem curæ mihi erit, vt tuis ordine reſpondeam. Deinde ſi quid ex hiſce oris habuero nunciandum, id omne proferam in medium, nec tibi invidebo. Res aulicas fluctuare, &

 nos

e) Continet hæc epiſtola, ut & præcedens, multa lectu digna, omniumque lepidiſſima eſt hiſtoria eorum, quæ de Salmaſii Vxore hic referuntur. dicemus quædam in notulis lucem fœneratæ & præcedenti epiſtolæ.

Digitized by Google

nos cum iis iactari indignum in modum, non tam miror, quam doleo. Narraui proxime, accepiſſe me ab *Holmio*, quibus promittat, non proſpecturam tantum dominam rebus meis, ſed & iam ſcripturam mihi. Nunc alias ab eodem nactus ſum; quibus denuo teſtetur, datum *Bidalio* in mandatis, ut viaticum mihi curet annumerari: deſiderari valde ab AUGUSTA *f*) meum in aulam reditum, quem eo fore gratiorem, ſi *Langermannum* mecum duxero. Apographum litterarum, ſi per temporis licebit anguſtias, in calcem huius epiſtolæ coniiciam. De *Bidalio* quid ſit futurum neſcio. Poſt dies certe paucos compareat, ſi quid ab illo exſpectandum. Ego illum litteris vrgere non deſino, quæ ſi aliquid efficiant, ne ſucceſſum rei ignores, opera a me dabitur. Pro Gronovianis multum me debere tibi agnoſco. Alias eius, quas ad *Gæſium* videtur miſiſſe, nullas vidi hactenus. Nec miror frequentius perire litteras, cum noſter ille domo abſit plerumque, quapropter fieri a te velim, quod non ſemel iam rogaui, ut apud Dauentrienſem tabellarium inueſtigari cures, ſi quid illic forſan inſcriptarum mihi litterarum hæreat Ego totis ſex menſibus vix unam a Gœſio habui, aut a patre epiſtolam. Pater tamen per valetudinem aut ſenectutem cogitur officio deeſſe. Gœſium quid

f) *Chriſtina Sueciæ regina.*

Digitized by Google

quid excuſare poſſit, non video. Sororem ne grauidam quidem ſciui, tantum abeſt, vt ſcierim peperiſſe. Vtrumque nunc primum ex te intelligo. Hæc cum me lateant, quid de rebus anglicis ſcire poſſim, hinc licet coniecturam facere. Leidæ etiam quid fiat, cum ignariſſimis ſcio. *Schotanum* obiiſſe, *Maſtertium* rectoratu fungi acadamiæ, ex popularibus hodie meis contubernalibusque nonnullis didici, quorum ingens numerus in hanc ciuitatem ad bacchanale ſpectaculum confluxit. Iidem narrant, ſex denuo naues anglicas à noſtris interceptas, quæ ex Luſitania in patriam contendebant. Londini omnia turbari, *Cromwelli* auctoritatem nutare: de pace inter nos & illos facienda ſpem affulgere magnam; præſertim cum arbitram liti componendæ ſeſe offerat AVGVSTA noſtra. Scriptum, quod minaris, in *Alàſtórem g)* breui videamus velim. Florentini omnes fauent vapulanti plurimum, quibus eſt inuiſiſſimus, vt & Italis fere omnibus. Libellum tuum amplecti vehementer deſiderant. Sed cum in ultimis duabus eius non memineris, non tam cito ac pollicebaris, videtur exſpectandus. Scazon meus luce nequaquam fraudabitur. De eo conſilium edendo opportune capietur, vbi ad

M 3 vos

g) hoc nomen tam in hac quam in præcedent i epiſtola attribuitur SALMASIO cuius rationes paulo poſt leges.

Digitized by Google

vos reuerſus ero. Nolo enim exiſtimatio-nem meam grauare pergat Protomedicus *h*) aſſiduis accuſationibus, dum abſum, præ-ſens cauſſam meam Principi clementiſſimæ ſatis ſuperque ſum probaturus. Ipſius et-iam Protomedici epiſtolam diligenter ſeruo vt domina intelligat ea inſpecta non defuiſſe mihi rationes, cur hominem nugaciſſimum verbis pupugerim acrioribus. Qua enim pe-tulantiane dicam an perfidia ipſo illo fere tempore, quo litteris omni cumulatis co-mitate Princeps optima de fauore ſuo quæ-vis magna me iubebat ſperare, auſum Pro-tomedicum minarum plenam exarare epi-ſtolam, qua præfracte neget; fore me in au-lam admittendum vnquam, niſi cum hoſte *i*) redeam in gratiam? id autem fieri alio modo non poſſe, niſi laudem publice ac pri-vatim nomen iſtud litterarum. At promi-ſit ſemper domina, quod tu non neſcis, nun-quam fore me compellendum ad amandum hominem, cuius odium aperte præ me tuli. Non fruſtra fuerit in me iniurius Medicus ille gallica hyeme frigidior. Tibi etiam cum volet nocuiſſe, tempus aliquando veniet. Sed de hac re melius coram diſſeremus. Tu

tuas

h) *forte BOVRTELOT gallus ille nefarius eſt intelligen-dus* de quo lege auctorem des Lebens der Königin Chri-ſtinen in Schweden Lipſ 1705 8v. p. 17. ſeq.

i) *hoſtis eſt Claud. Salmaſius, quem Nic. Heinſius ſæ-pe multumque laceſſebat. Hinc Chriſtina regina noluit Heinſium ad aulam admitti, niſi vel publice laudaret Salmaſium, vel in gratiam cum ipſo rediret.*

Digitized by Google

tuas interim litteras huc mitte ad Colonium. Vix enim fiet, vt ante Kal. Apriles Italiam ſim relicturus, cum & reſponſum a Bidalio ſit exſpectandum, & operienda ſint magis opportuna itineri faciendo tempora. Eſt enim valetudo mea continuis lucubrationibus non modice adfecta. Etiam cum reliquero Italiam, ut tuæ litteræ me deprehendant in Germania, Colonius diligenter curabit. Nam & Baſileæ & Bernæ, vbi Bongarſiana eſt, & alibi morandum erit nonnihil. Maio tamen menſe vt vobis adſim, omni niſu conabor efficere. Langermannum Neapoli reducem exſpecto, vbi advenerit, vt ſcholium in ovum ſymmiæ conſequaris & quæ præterea deſideras, opera dabitur. Habet idem Langermannus, quæ *Holſtenius* ad Herodianum marmor obſeruauit, nec illa tibi invidebuntur. Quo munere a Venetis ſit affectus Alaſtor, quis me docere poſſit præter *Nicolaum Cruſium* vix ſcio, cum plerique huius vrbis litterati ad plures abierint. Cruſium igitur ea de re conueniam diebus proximis. De *Euthymio* Medicea ſatis memineram, ſed frigida ſuffuſa eſt iſtis curis, quod viderem tam negligenter ac contemptim mecum agi ab aulicis, & tua me veſtigia deterrerent. Promiſit tamen mihi diſcedenti princeps Leopoldus, nihil eſſe in Medicea, quod non libentiſſime ſit communicaturus cum Auguſta. Ego officio nequaquam defui. Vix enim Flo-

rentiam adveneram, cum indicem omnium librorum Dominæ miſi, qui inediti exſtant in illa bibliotheca, ſatis diligenter confectum petiique ne grauaretur monere, quos nam ex iis deſideraret maxime. Sed nec ad illas nec ad alias, quibus de Numiſmatis & MSTis venalibus egi, quicquam reſponſi vnquam comparuit. *Priceum* tuo & auunculi tui nomine ſalutaui, quod officium gratum & acceptum valde habuit. *Samuelem Bochartum* virum clariſſ. quidni parentis loco veneremur, qui innocentiam noſtram contra nefarias Protomedicorum artes ac inſidias tam feruide tueatur? Rarum certe in illo exemplum eſt, ſumma integritas cum ſumma eruditione coniuncta. Nullas ab eo accepi, quamdiu in ſeptentrione hæſit., fortaſſis intercipiuntur a Protomedico, cuius audaciſſimam inſcitiam, quæ ſatyræ, quis Lucilius expiare ſatis digne poſſint? Sed de reſponſo ad meas magni Bocharti minime ſum ſollicitus, dummodo ſic ab illo, vt ſcribis, amari nos conſtet. Gratias illi agam pro adfectu proxime, nunc enim ſum paulo occupatior. *Miltonum* mortuum credideram; ſic certe nunciaras. Sed præſtat in viuis illum eſſe, vt ſycophantæ cum ſycophantis committantur. *Poemata eius* mihi oſtendit Holſtenius. Nihil illa ad elegantiam apologiæ. In proſodiam peccant frequenter. Magnus igitur Salmaſianæ criſi campus hic apertus. Sed

qua

Digitized by Google

qua fronte alienos iſte verſus notabit cuius muſis nihil eſt cacatius? Quod ait adverſarium nates Italis vendidiſſe, mera eſt calumnia. Vtinam eius malæ tam tutæ fuiſſent à pugnis vxoriis, quam poſticum *Miltoni* os à ſicariis Hetruſcis! imo inuiſus eſt Italis Anglus iſte, inter quos multo vixit tempore, ob mores nimis ſeveros, cum & de religione libenter diſputaret, ac multa in Pontificem Romanum acerbe effutiret quauis occaſione. De rixis inter *Morum* (cuius patrem fuiſſe gente Scotum audio) & noſtrum ſycophantam multum triumphabunt angli. Nobis etiam nocere lites iſtæ nihil poſſunt. De *Alaſtoris* nomine noli ſollicitus eſſe: ego vnum ex equis Plutoniis reſpexi, qui ſic appellatur. Noſti illa Claudiani: *ditisque nota ſiquatus Alaſtor*. Iouem Alaſtorem ſiue vltorem a Græcis fuiſſe cultum ſatis conſtat. Sed quid illa ad hunc noſtrum? an quia Martem illic peperit (*Getica qui nunc bacchatur in Arcto*) delicium fœminini ſexus Iuno *k*) idque ſine mariti ope, Iouem ſe credi velit. Id ſi accedet, quid ni *Salmaſiolus* quoque Alexandrum magnum mox ſe iubeat appellari, qui ſi Hammonem patrem non habet, habet ſaltim vitricum. De iſta fœmina cum narrationes facetæ nunquam exhauriri poſſint, quarum ingentem acervum cumulaui, vnam tamen fabellam non prorſus illepidam, vix a me im-

k) eo nomine paſſim vxor Claud. Salmaſii denotatur.

Digitized by Google

petrare nunc poſſum, vt ſilentio finem inuoluam. Eam Sueciæ, *vbi* res geſta eſt, debemus. Scis, quam ſordide ſit auarum iſtud myrothecium gratiarum: Conuiuas quidem excipit dapſiliter, quia raro: ſed ſola obſonat parciſſime, vt inter eius prandia & aliorum ieiunia nihil aut parum interſit. Deliciarum ſiquid forte gratis conſecuta eſt obuia, vt fit nonnunquam amicorum liberalitate, earum ſolo odore paſcit Iouem *l*) ſuum, guſtum ſibi ac Hebæ ſuæ omnem vindicat. Emerat illa forte nonnullos piſciculos, cum recens in Sueciam adueniſſet, quibus appoſitis neſcio quo facto euenit, vt vnus illorum integer ac intactus prandio ſubductus ſit. Hunc cum ſibi deſtinaſſet famulus, ac oculos famelico avidiſſime inuolaſſet, dum patinam ex menſa tollit (ventrem enim habebat inanitate pleniſſimam, & morbo iſti chronico valde fuerat obnoxius, ex quo in Salmaſianam irrepſerat culinam, quam tutiſſimum eſuritionum aſylum nuncupare poſſis) arrepta inquam patina dum gaudet miſer, ecce carminis horrendi legem. Intonat voce Stentorea Juno, ac piſciculum ſeruari ſibi in culinam iubet. Indignatus ille ac herili parcimonia offenſus ſubducit ſe in angulum domus remotiorem clanculum, & patina commiſſa cuſtodiendum ancillæ piſciculum tradit. Magno ſub noctem appa-

l) Virum Salmaſium,

apparatu in cœnam piſciculus prodit nouo iuſculo conditus. Quid multis? diuidunt inter ſe dapes ambroſios. Iuno & Hebe Caledonia, diuiſiſque veſcuntur. Famulus ancillæ rem iucundam narrat, ancilla Iunoni. Nec mora, de natibus rei miſerrimi comitia habentur, quo ſupplicii genere, ſi delectari valde Iunonem non noſti, nihil noſti profecto. Nunquam inter Italos tam præſenti periculo obiectus fuit Miltonus, hoc mihi credas velim. Annum agebat decimum plus minus octauum puer iſte, vt ex amicis Pariſienſibus intellexi. Lutetiæ enim hærebat, quo profugerat puer, cum & ego illa in ciuitate eſſem ante menſes duodevicenos. Sed euentum fabulæ iam pridem exſpectas. Demiſſa igitur ad talos pueri bracca, & leuato magna religione ſipario, quo ſacra illa caſtis oculis non inſpicienda ſolent inuolui, virga nudatos clunes acriter fricare cœpit & mira conſtantia Rhamnuſias Opis. Iam ad flagra illa venerea incaleſcebat Attys noſter matoniatus, arrectæque horrore comæ cum voce ad eiulatum compoſita, & protenta non manu ſupplice ſed illa parte, qua viri ſumus, vtinam, inquit, hera, meæ virgæ tantum in te liceret, quantum tuæ in me licet. Gallice miram hoc habet emphaſin, Virgam *Sancti Benedicti* vocant. Subriſit illa, & magnum pueri acumen

Digitized by Google

acumen mirabunda ſuſpiciens ſæuire deſtitit. Sic ſeruauit vapulantem non Apollo, ſed Priapus. Et hæc quidem hactenus: alia occaſione plura, iam enim charta deficit. Parum abfuit, quin neglexerim te monere, nactum me Bononiæ *Appiani Alexandrini* Iberica & Hannibalica MSTa. Iberica, ſi memini, edidit *Höſchelius*. Hannibalica an lucem viderint, non ſcio. In *Roberti* certe *Stephani* editione, quæ ad manum eſt, fruſtra ea quæſiui. Si non prodierunt, magnum theſaurum conſecutus ſum. Vidi in eadem ciuitate apud *Ouidium Montalbanum* duos codices græcos, quorum vnus continet *Zonaræ hiſtoriam*, alter *Libanii plurima*. Tertium etiam latinum ante DC. annos ſcriptum in quo *Vegetius*, *Solinus*, *Macrobii Saturnalia*, *Vitruuius & Æthicus* iſte nugator hactenus ineditus. Volebat eos permutare mecum, ſi ſibi emerem theatrum *Bauhini* Botanicum. Tria ſunt volumina, quorum librum in hac vrbe ſi inuenero, illi mittam. Gallicam quam dixi Holmii Epiſtolam non vacat totam deſcribere, partem eius potiſſimam deſcribam. J'ay monſtré a ſa Maieſté meſme vos lettres, laquelle m'a temoigné grand affection pour vôtre perſonne, auſſi bien que pour Monſ. Langermann, elle ſouhaite, que vous fuſſiez deja icy, & eſt fort aiſe que Monſ. Lan-

Langerman vient avec vous. Il part auec l'extraordinaire vne lettre pour Monſ. Bidal a Paris, par laquelle ſa Maieſté a commandé de vous fournir de l'argent pour votre voyage tant que vous en auriez beſoin &c. Has iam deſcripſeram: cum & Florentiæ magnam chirographiam accepi. Adſunt a patre, adſunt a Goeſio, quibus vxoris partum imminere adfirmat. Gronouianas tamen nullas mittit. Pariſiis *Petauium* obiiſſe ſcribunt. *Langermannus* Romam rediit, multos Neapoli libros nactus bonæ notæ. Sed de his alibi, *Lagerius* hinc diſceſſit, vt audio, in Gallias, cum luculentam nactus ſit hæreditatem mortuo avunculo, quare litteras illi tuas exhibere non potui. Apud *Ducem Salviatum* effeci, vt promiſerit, ſe donaturum reginæ ſuos codices. Litteras ad Dominam vna cum Hetruſco carmine (pollet autem multum poeſi) hic exſpecto. Cum ſalutarem illum, aderant Comes *Ferdinandus del Maſtro* & *Andreas Lavalcontes*, vterque mihi amiciſſimus. Frendebant tamen illi, codices præſtantiſſimos Italiæ fore ſubducendos, quantum ex commiſſis illorum capitibus muſſitationibusque colligebam. Ducis œconomo centum aureos promiſi, qui negotium promovit. Si pecuniam habuiſſem illam in promptu, poteram abſtuliſſe libros

libros, nunc vereor, ne meliores ſurripiantur, antequam mittat huc aliquem regina, qui libros auferat. Vale mi Voſſ cum tuis omnibus. Dabam Venetiis An. cIↃ. IↃ CLIII. Prid. Kal. Martias.



Digitized by Google

Continentur in hoc faſciculo vel recenſita vel integra inſerta.

I. Præfatio de libris rarioribus. p. 1.

II *Caſp. Varrerii* cenſura in Pſeudo Beroſum p. 65.

III. *Ioach. Camerarii* Erratum. p. 89.

IV. *Holofernis Krigſocderi* reſponſio ad epiſtolam Iſaac. Cazoboni pro Gaſp. Scioppio p. 126.

V. *Franciſci Sacchini* de libris legendis p. 136.

VI. *Gaſp. Schoppii* Priapeia Commentariis inluſtrata p. 151.

VII. *Catulli* caſta carmina ab Raphaele Eglino Iconio conlecta p. 159. & *Schoppii* notæ in Claudii Verderii cenſionem p. 160.

VIII. Duæ *Nicol. Heinſii* epiſtolæ ad Iſaac. Voſſium ex manuſcriptis editæ.

Digitized by Google

Digitized by Google

NOVA LIBRORVM RARIORVM CONLECTIO

QVI
VEL INTEGRI INSERVNTVR
VEL
ADCVRATE RECENSENTVR

FASCICVLVS SECVNDVS.



HALIS MAGDEBVRG.
IN OFFICINA RENGERIANA.
A. O. R. CIↃ IↃ CCVIIII.

Digitized by Google

Digitized by Google

IAC. AVG. THVANI
Voluminum Hiſtoricorum recenſio
Auctore
IO. PETRO TITIO. (a)
Gedani prelo Rhetiano 1685. 4. plag. 5.

INitio diverſæ operis Thuanei editiones recenſentur ab auctore noſtro, quarum

Prima (b) eſt *Pariſina minor in octavo* exſcripta, cujus pars prima & Tomus alter A. 1604. Tomi ſecundi

(a) Io. Petrus Titius, Profeſſor Dantiſcanus erat, vir non indoctus, Lignicio Sileſiorum urbi natales debet A. 1619. vid. Clarmundum in vitis clariſſ. Virorum P. I. p. 200. qui tamen parum aut nihil de ſcriptis ipſius adducit. Nihil ille quidem vaſti operis edidit, ſed plerumque erant ſchedulæ, quas dabat, paucis pagellis conſtantes ſed ob rerum inibi habitarum præſtantiam merito colligendæ. Deceſſit annis & meritis grauis A. 1689.

(b) Multum errat Titius, cum hanc Pariſienſem primam omnium putat: iam ſupra in præfatione faſciculi primi pag. 28. adſerui, exſtare hac vetuſtiorem, eodem quidem anno, nempe 1604. ſed in folio impreſſam. Titulus operis ita ſe habet: *Iac. Aug. Thuani Hiſtoriarum ſui temporis pars prima. Pariſiis apud*

Digitized by Google

cundi Pars I. & II. 1606. Pars III. 1608. ſit edita. Partem primam hoc titulo inſignitam eſſe refert Titius: *Iac. Aug. Thuàni hiſtoriarum ſui temporis Pars I. Pariſ. 1604.* & inſcriptam eſſe Henrico IV. Regi Galliarum præfationem, quæ in omnibus ſubſequentibus editionibus manſerit, præfixa itidem Regis illius effigie: & pergere in hac editione Thuanum vsque ad A. 1574. hoc ordine:

Pars I. - Liber I—IX. A.C. 1546 - 1554.
Part. I. Tom. II. lib. X. - XVIII. A.C. 1554 - 1560.
Tomi II. Pars I. lib. XXVII. - XL. A.C. 1560 - 1567
Pars II. lib. XLI. - LI. A. C. 1567 - 1572.
Pars III. lib. LII. - LVII. A.C. 1572 - 1574.

quæ

viduam Mamerti Patiſſonii typographi regii, in officina Roberti Stephani 1604. Fol. præmiſſa eſt ad Hericum IV Regem dedicatoria Epiſt., deinde hæc ad lectorem ſubiuncta ſunt: *Hæc te auctor ſcire vult, ipſo aut abſente, aut aliis negotiis occupato hos libros magnam partem editos, ita vt eos recognoſcere non potuerit: itaque in nominibus & rebus ipſis prater operarum errata alicubi peccatum eſſe, qua omnia corrigi & ſua & publica vtilitatis interſit, idque vt ab altera editione expectes, enixe rogat. Interim te monitum cupit in elogiis virorum litteris illuſtrium propter incertum diem obitus aliquoties erratum eſſe: nam Lilii Gregorii Giraldi mortem, qua pag. 348. ſub anno MDLIV. poſita eſt, ad annum LII. referendam eſſe: M. Ant. Flaminii ad annum LI. incertum vero adhuc eſſe, de Angelo Caninio, Simone Por-*

tio

Digitized by Google

quæ omnia cum indicibus prodierint apud *Ambroſium & Hieronymum Drouart*, & adnotat *Titius*, in hac editione librum XVIII. ſequi librum XXVII. prægrandi hiatu, qui vnde irrepſerit, auctori noſtro (c) non conſtat. In editione Pariſienſi maiori, itemque in vtraque Francofurtenſi & Geneuenſi ſeu Aurelianenſi libros etiam ſuperiores integros rectiſſime numerari. Tomi II. Partem III. ſic inſcriptam ait: *Iac. Aug. Thuani hiſtoriarum ſui temporis libri VI. reliqua Karoli IX. quæ in ſecunda parte ſecundi Tomi deſiderabantur.* Eſſe adeo hos libros LVII. vsque ad A. 1574. progreſſos, qui in editione Francofurtenſi priore Tomo vno, in Pariſina maiore, vt & Geneuenſi vtraque tomis duobus abſoluerentur. Thuanum hiſtoriam ſuam ordiri ab Anno 1546. (d) & quidem libro demum ſecundo. Nam in primo

tio, M. Ant. Maioragio, qui ſub Anno LVI. p. 468. Romulo Amaſaeo & Seb. Corrado, qui ſub anno LVII. pag. 510. repoſiti ſunt. Sequuntur deinde errata typographica. Conſtat autem hoc opus libris XVIII. & hiſtoria pertexitur vsque ad Annum LX. & morte *Io. Dryandri* opus concludit. Index denique in hos hiſtoriarum libros adiungitur.

(c) Infra auctor typographorum negligentiæ attribuit.

(d) Sed ab A. 1545. dicit ipſe Thuanus in Epiſtola MSta ad Io. Meurſium A. 1601. data, opus ſe incepiſſe,

Digitized by Google

prolixius Thuanum præfari tantum notat Titius, vt operi ſuo viam quaſi communire. Huius hiſtoriæ partem primam ſpeciminis cauſſa a Thuano Regi oblatam, Titius ipſius Thuani

piſſe, quæ ita ſe habet: *pro Criticis exercitationibus mihi inſcriptis nunc gratias ago, referrem etiam ſi poſſem. Sed nec ingenii mei tenuitas, neq; grauiſſimæ iuxta ac moleſtiſſimæ occupationes id patiuntur. Ac vereor ſane, ne id in opere noſtro hiſtorico nimis manifeſtum fiat, quod ante octennium in caſtris inter tubas ad priuatum ſolatium inchoatum, poſtea inter curas negotiorum æſtus, publicas & priuatas calamitates ab anno præteriti ſæculi XLV. h. e. a belli germanici primis initiis ad annum vsq; XXCVI. perſecutus ſum, ad exceſſum vsq; Henrici III. illud pertexturus diuina fauente clementia nam vltra progredi neq; animus neq; otium eſt, & multa alioquin iuſtiſſimæ rationes dehortantur, in eo res externas ac præcipue veſtras vt gallicis maxime coniunctas, admiſcui, digeſtas ex variis ſcriptoribus ac commentariis vt paſſim toto opere numquam editis, adhibito iudicio & peculiari rerum notitia, quæ peregrinationibus & legationibus, inſuper virorum fide dignorum, qui grauiſſima negotia tractauerunt, familiaritate mihi comparaui. Præcipuum in eo veritatis ſtudium fuit, eloquentiam ac cæteraq; ornamenta ſi quis deſiderabit, hoc etiam ſciat, in publico mœrore hæc a me conſcripta, & rem lætam eſſe eloquentiam, ſicuti quidam veterum dixit, & homini inter occupationes & negocia educato plus temporis in rebus cognoſcendis inſumptum, quam otii ad literas*

ni verbis ex præfatione ad Regem deſumptis probat: *Huius* (peracris iudicii tui) *cenſura, vt debeo, ſtare decreui, ſiue ad cætera edenda auctor fueris, ſiue ad hanc ipſam partem premendam: quæ non tam editur, quam velut vniuerſi operis ſpecimen nunc tibi ſpectanda proponitur. Quicquid de ea ſtatueris iuſſeriſue, pro diuinæ vocis oraculo mihi erit: Nec dubito, quod tibi probabitur, quin ab omnibus magno conſenſu probetur.*

Deinde *altera Pariſienſis in Folio* tribus Tomis comprehenſa ſuccedit, hoc titulo excuſa: *Iac.*

teras perdiſcendas, quæ ad ornamenta hæc requiruntur, neceſſarium fuiſſe. Quod ad editionem attinet, quam a vobis Belgis exſpectari dicis, non habeo, quid reſpondeam. Scio illud, quod molimur, eſſe periculoſæ plenum opus aleæ, & eum, qui hiſtoriam hoc tempore ſcribat, incedere per ignes ſuppoſitos cineri doloſo. Curaui certe, vt procul ab obtrectatione & gratia vera & certo comperta vbique proderem, neque veritati per me flagitioſo ſilentio præiudicaretur. Nam hiſtorici eſt, non ſolum vera dicere, ſed vera audere dicere, quod & ſedulo feci, de poſteritate potius, quam de præſenti ſæculo cogitans, cuius inuidiam, ſi dum in viuis aut ſaltim in publico munere ero, deuitarim, non ſolum mihi priuatim citra Reip. detrimentum, ſed etiam ipſi Reip. cuius, quamdiu ei inſeruiam, me in inuidiam non adduci intereſt, eadem opera, vt puto, conſuluerim Quanquam præfatio Thuaneæ hiſtoriæ Lutetiæ 1608. ſcripta Annum 1546. itidem exprimat, & inde telam hiſtoriæ ordine dicit. Contra Francofurtenſis & Geneuenſis Annum 1543. ponit.

Digitized by Google

Aug. Thuani hiſtoriarum ſui temporis Tomus primus ap. Ambr. & Hieronymum Drouart, in quibus 3. Tomis vsque ad A. 1584. progreditur, qui in vtraque Geneuenſi Tomis item tribus, in Francofurtenſi autem vtraque Tomis duobus comprehenduntur. Tomus I. & II. prodiere 1606. addita his (pars, vt inſcribitur, tertia) libris VI. *reliqua Karoli IX.* quæ in ſecunda parte (ſeu tomo altero) deſiderabantur, A. 1607. Acceſſit Pars IV. ſeu Tomus tertius ap. Hieron. Drouart. 1609. Huius editionis conditio hæc eſt: præfatio ad Henricum IV. præmittitur, partibus ſingulis indices ſubiiciuntur, & librorum annorumque hæc eſt ratio:

Tom. I. lib. I. - 26	A. C. 1546. -	1560	ſuntq; p.	739
II. lib. 27-49	1560	1572	-	770
lib. 52-57	1572	1574		169
III. lib. 58-80	1574	1584		644

in hac nitidiſſima editione Tomum I & III. vt & in ſecundo libros VI. vltimos de Caroli IX. reliquis ſeorſim editos a l. 52. vsque ad l. 57. recte ſe habere ait Titius: at Tomum II. pro libris 51. tantum libros 49. exhibere, ſequente librum 49. libro 52. vt deeſſe libri duo integri nempe 50 & 51. videantur. Qui error exinde de ſententia Titii noſtri promanauit, quod libri etiam ſuperiores Tomi huius ſecundi, ordine ac numero fallente, vitioſe diſtributi ſint, cum & in editione Pariſienſi priore tam enormiter peccatum eſſe conſtet, ut librum 18, excipiat liber 27, adeoque libri 8. deſiderentur.

tur. Quo vero tanto facilius utramque Pariſienſem inſpicere & euoluere liceat, auctor noſter conſilium ſuppeditat, vt non tam librorum numeros, quam annorum in margine adſcriptorum fines & initia conſulamus. Sic finem anni 1547 & initium A. 1548. in minori concurrere libro IV p. 334. at in maiori A. 47 claudi libro IV. & librum V. inchoare novum annum his verbis: *Kalend. Ian. anni ſequentis, qui fuit huius ſaeculi XLVIII.* Annum 1557. in minori auſpicari librum 13. in maiori librum 18. his verbis: *Nunc ingredimur annum LVII. ſupra quingenteſimum & milleſimum.* Annum 1558. *Kal. ipſa Ianuar.* in minori lib. 14. p. 501. facilius inueniri, quam in maiori, vbi anni illius initium, numeris etiam ſuperioribus aberrantibus ſuo loco libro 20. & 21. p. 554. ſeorſim adpoſitum non ſit. Iubet porro Titius noſter inſpici Annum 1559. in minori l. 15. & 16. in maiori lib. 22. & 23. & annum 1560. in minore l. 17. & 18. in maiore l. 24. 25. 26. occurrentem, vnde in maiore recte, in minore vero non niſi per hiatum ſequi librum 27. Cum itaq; a libro 27. in minore editione recte procedant omnia in maiore vero librorum ordo mire turbatus ſit, aeque ad annorum ordines recurrendum nobis eſſe monet Titius, & vt ſine negotio euoluere liceat, vtramque confert editionem hoc modo:

In minori.	In maiori.
A. 1561 lib. 27 - - -	lib. 27. *ita conſumpto toto Decembri.*

Digitized by Google

	In minori.	In maiori.
A. 1562	lib. 29 - - -	lib. 28. *hoc nunciato, cum equites.*
1563	- - 34. p. 507 -	lib. 33 pr. *Guiſius interea (ſub inſequentis anni initium) Fredericum.*
1564	- - 36 - - -	lib. 35 pr. *Anno ſequenti, Delegatorum.*
1565	- - 37 - - -	lib. 35. p. 236. *Rex, quæ ad vxorem.*
1566	- - 38 - - -	lib. 37. *Prid. Kal. Ianuar. Roſtochium venere.*
1567	- - 40 - - -	lib. 38. *quo facto ignem pulveri.*
1568	- - 42 - - -	lib. 40. *illo initia repugnare.*
1569	- - 45 - - -	lib. 42. *ad Lucionenſem portam.*
1570	- - 46 ſub fin.	lib. 44. *ſub f. Tunc demum publico diplomate.*
1571	- - 49 - - -	lib. 47. *anni ſequentis initio.*
1572	- - 51 - - -	lib. 49. *interea dantur a Regina iudices.*
1572	- - 52 pr. -	lib. 52. *adpetente nuptiarum die.*
1573	- - 55 - - -	lib. 55. pr. *Tota quæ ſecuta eſt.*
1574	- 57 p. 448 -	lib. 57. *Traiecto dein Viſurgi.*

Finis in vtraque editione eſt; *a patruis regno expulſus eſt.* Huic autem maiori editioni acceſſiſſe *Partem Quartam*, vt inſcribitur, ſiue *Tomum III.* librorum XXIII. vt opus hoc integrum in Fol. libros LXXX. complectatur: addito indice peculiari nominum maxime Pro-

propriorum, ac præmiſſa quærela de præcedentibus libris LVII. Francofurti ad Mœnum editis, ſed minime ad editionem poſtremam Pariſienſem expreſſis, *notis præterea ineptis & friuolis conſperſis.* Libros huius tomi recte ordinatos obſeruat Titius. Sequitur

Pariſina tertia in *forma duodecima*, hoc titulo: *Iac. Aug. Thuani hiſtoriarum ſui temporis libri CXXV. Lutetiæ ap. Hieron. Drouart. 1609.* in limine huius editionis comparet noua Præfatio, in Geneuenſi editione repetita deinde, ſed nonnihil interpolata. In hac minima editione præfationem eſſe, ait Titius ſex pagellarum, & p. 3. de Thuano hæc ſcribi: *ſedulo conlegit, iisque, vt ita dicam, ἀρχηγεμονικοῖς probatis ac penſitatis TERTIAM concinnauit editionem*, quæ in Geneuenſi præfatione mutata ſint, cum pro TERTIAM repoſuerint QVARTAM, quaſi tota illa præfatio ad illam a Stephano cœptam editionem pertineat. Sic p. 4. in minima Pariſienſi hæc legi: *vt ſeſe lubentius ſuperuacuis officiis abſtinerent, qui iam corporis huiusce hiſtorici compagem apte decenterq́; cohærentem &c.* Cum quibus conferendam ait *præfationem aliam* editionis huius minimæ Pariſienſis Tomo IX. A. 1609. Menſe Auguſto die XII. præmiſſa, cuius initium: *Quod harumce hiſtoriarum ſcriptor in operis limine nuper edici voluit id ipſum. hic etiam iterandum venit. Sane hominem (typographum Francof. qui ſuperioribus nundinis præcedentes libros ediderat) vt ab incepto deſiſteret, viri probi & gra-*

ues in germania paſſim hortati fuerant. quæ præfatio eodem anno, menſe, die, Lutetiæ, item Pariſiorum in Parte IV. ſiue Tomo III. operis in Folio editi iiſdem verbis legitur. Sequitur in præfatione A. 1608. ſcripta, ſequenti 1609, cum opere formæ duodecimæ edita pag. 4. de hac ipſa editione: *in ſumma hæc editio cum aliis, quæ auctoris iniuſſu in vulgus vnquam ibunt, comparata, ſit cotis inſtar Heracliæ.* ſequitur p. 5. *totius operis hæc eſt ſynopſis. Semiſecularis, aut paullo annoſior, hiſtoria centum viginti quinque voluminibus incluſa* &c. ſed ex eo librorum numero tantum LXXX. in editione hac tertia haberi, paullo poſt commonetur, qui numerus etiam ſecundæ Pariſienſis editionis in folio ſit. Poſtremo pag. 6. hunc in modum omnia finiuntur: *Quarta* (operis pars) *libris triginta octo. Quinta Henrici IV. ab anno milleſimo quingenteſimo octogeſimo nono ad auſpicatiſſimum Ludouici, Sereniſſimi Franciæ Delphini Natalem, qui incidit in annum primum ſexcenteſimi ſupra milleſimum ſæculi, libris triginta. Sic colliguntur Anni LVI. aut præter propter; libri CXXV. duodecim annorum ſpatio iam ante triennium abſoluti. ſed ex eo librorum annorumque numero habebis in præſens tantum XXC. libros, qui res ab Anno* CIↃ IↃC XLVI. *ad* XXCIV. *orbe toto geſtas pertexunt: reliquos,* [illegible] *Vale. Lutet. Pariſ.* CIↃ IↃC IX. Cum his igitur ea, quæ Aureliæ ſeu Geneuæ prodiit, præfationem conferendam, vbi annus etiam alius nempe CIↃ IↃC XVII. ſubſcriptus, quo

[illegible]

anno & Rob. Stephanus editionis quartæ Pariſienſis initium & inluſtris Thuanus vitæ finem fecerit. Sed eum annum perperam ſuppoſitum eſſe. De hac tertia editione auctor noſter ait, eſſe hanc duabus illis prioribus longe præponendam, eſſe etenim libros omnes accuratiſſime diſtributos, rectiſſimeque numeratos: deinde quæ addi Thuanus omittive ac emendari in his LXX. libris tum voluerit, in editione hac probe curata perſpici. Atque hanc editionem comprehendi Tomis XI. quorum Tom. I. a libro 1. II. a. 9. III. a. 17. IV. a 23. V. a. 27. VI. a. 35. VII. a. 43. VIII. a. 51. IX. a. 58. X. a. 66. XI. a. 74. vsq; ad 80. progrediatur. Tomis ſingulis indices adiectos, nec non errata & omiſſa, quæ dein in editionibus Geneuenſibus, præcipue in poſteriore A. 1626. correcta & inſerta ſint, additis ſubinde compluribus aliis. Hanc excipit.

Pariſina quarta editio A. 1617. Fol. occepta, & a *Roberto Stephano* curata eſt, quæ cum ad manus auctori non fuerit, titulum adduxiſſe ſuffecit.

Francofurtenſis in Folio hoc proſtat titulo: *Iac. Aug. Thuani hiſtoriarum ſui temporis Opera.* Frf. *apud Petrum Kopffium.* ſine anno, qui fuiſſe Titio videtur 1608. (e) figuris æneis ex Pariſina petitis, &

(e) Non fruſtra auctor coniectat Annum 1608. Nam in editione Pariſienſi minima extat Thuani, præ-

Digitized by Google

& affixa effigie Rudolphi II. Imp. Tomus huius hiſtoriæ II. prodiit 1617. & adpendix 1618. Tomus III. 1621. editus. Horum faciem ſic Titius delineat:

T. I. lib. I. - 57	A. C.	1546 - 1574.
II. lib. 58 - 69	-	1547 - 1580.
adpend. l. 70. - 80.	-	1580 - 1584.
III. lib. 81 - 138	-	1585 - 1607.

Acceſſit & Thuani vita. A. eodem 1621. *Francofurtenſis* altera in Fol. tomis tribus exiit hoc nomine: *inluſtris viri Iac. Aug. Thuani, regii in ſanctiore conſiſtorio Conſiliarii & in ſuprema regni gallici curia Præſidis, hiſtoriarum ſui temporis ab Anno Domini 1543. vsq. ad A. 1607. libri CXXXVIII. quorum LXXX. priores multo quam antehac auctiores, reliqui LVIII. nunc primum prodeunt. Accedunt Commentariorum de vita ſua libri ſex, hactenus inediti typis Egenolphi Emmelii, impenſis. Petri Kopfii & Balth. Oſtern 1625.* Hic eſt librorum ordo:

Tom. I. lib. I. 54	A.C.	1543 - 1572.
II. lib. 55. 80	A.C.	1573. - 1584.
lib. 81. 138	A.C.	1585. - 1607.

Tomum hunc tertium plane eundem eſſe. qui

præfatio, Anno 1609. menſe Auguſto die XII. perſcripta, vbi hæc legere eſt: *Sane hominem (typographum Francofurtenſem qui ſuperioribus nundinis præcedentes libros ediderat) vt ab incepto deſiſteret, viri probi & graues in Germania paſſim hortati fuerant.* extinde indicamus, fuiſſe annum 1608.

Digitized by Google

qui primum Francofurti 1621. exierat, typis nempe Emmelii, impenſis Kopfianis, bene Titius obſeruat. cohærere præterea hoc tertio tomo *Commentariorum Thuani de vita ſua libros VI. indiuulſos.* In priore & hac Francofurtenſi paginas librorum in columnas diuiſas, adiectis rerum marginalibus notis: quæ cum initio nonnulla etiam explicandi cauſſa adſperſa haberent, parum benigne ab ipſo Thuano exceptas fuiſſe. In hac vero editione ſummaria ſiue epitomas & auctores, quos Thuanus ſequi voluerit, præmiſſos exemplo Geneuenſium editionum.

Tertia Francofurtenſis in octauo prodiit ſumptibus eiusdem Kopfii, & in partes V. deſcripta. Pars I. a libro 1. vsque ad 27. II. ab 28-57. III. ab 58-80. IV. Pars (quæ & continuatio inſcribitur) a lib. 81-109. V. a 110-138. in quibus duabus poſtremis præmiſſæ etiam librorum epitomæ: acceſſit & Thuani vita. Pars I. poſt Francofurtenſem in Fol. primam non addito anno prodiit, II. & III. A. 1604. cætera 1621. exire. Atque hanc editionem cum Francofurtenſi prima prorſus conſentire adfirmat Titius, excuſſam quoque ab auctore *Thuani reſtituti.* Tum

Aurelianenſis ſiue Geneuenſis prima ſequitur in Tomos V. diſtincta, & libris CXXXVIII. comprehenſa. Eſſe vero huius Geneuenſis editionem dupſicem, quarum in vtraque libris ſingulis argumenta ſiue epitomæ cum aucto-
ri-

Digitized by Google

ribus præmittantur. Titulum prioris editionis in Folio hunc eſſe: *Illuſtris viri Iac. Aug. Thuani, regii in ſanctiore Conſiſtorio Conſiliarii & in ſuprema regni gallici curia præſidis hiſtoriarum ſui temporis ab A. Domini 1543. vsq; ad A. 1607. libri CXXXVIII. quorum LXXX. priores multo quam antehac auctiores, reliqui LVIII. nunc primum prodeunt. Opus in quinque Tomos diſtinctum. Accedunt Commentariorum de vita ſua libri VI. hactenus inediti. Aureliana ap. Petrum de la Rouiere* 1620. Tomo I. & IV *Aureliana*, Tomo II. *Geneuæ* nomen eſſe additum. Tomum III. & V. ſine addito loci nomine prodiiſſe. Tomum IV. *continuationem* adpellari, cui & adnexa Thuani vita ſit cum adiectis indicibus rerum memorabilium.

Geneuenſis altera, vt Titius commemorat, eodem titulo inſcripta eſt, ſed recuſa *Geneuæ apud hæredes Petri de la Roviere* 1626. in Tomo hic primo præſcriptum initio fuerat in quibusdam exemplis *Aureliana*, ſed hoc expuncto, poſitum eſt *Geneuæ* nomen. Tomi vltimi IV. & V. editi ſunt A. 1630. etiam Geneuæ, ſed *Aureliana & Colonia Allobrogum* (quæ & ipſa Geneua eſt) nominibus itidem deletis. Addita & in his menda typographica plurima. In Tomi IV. inſcriptione adpoſitus hic etiam eſt titulus *vita Thuani*, ſed qui de ſententia Titii Commodius tomo vltimo ſubiici poteſt. Acceſſerunt carmina, primoque loco *apotheoſis*, a *Dan. Heinſio* ſcripta. In editionibus hiſce Ge-

ne-

Digitized by Google

neuenſibus de A. 1620. & 1626. initio, vt porro Titius tradit, præmittitur *Geo. Mich. Lingelshemii* V. A. præfatio ad lectorem, vbi *hiſtorias Thuani, antea libris LXXX.* (vsque ad A. 1584.) *editas fuiſſe, nunc libris LVIII,* qui lucem hactenus non viderint, auctiores, librisque adeo CXXXVIII. comprehenſas & vsque ad Annum 1607. perductas, cum ſummariis ſeu argumentis ſingulorum librorum, nominibusque ſcriptorum, ex quibus Thuanus ſua hauſerit, accedentibus etiam libris ſex de eius vita, prodire ſcribit *Nic. Rigaltio & Petro Puteano Viris clariſſ. quibus auctor teſtamento curam editionis iniunxerit, meliora tempora exſpectantibus, ſe, cui Thuanus ipſe lucubrationum ſuarum, paullo ante quam excederet, deſcriptum ex Autographo ſuo exemplum habere permiſerit, clauſtra effringere & luci dare opus, ex quo lux dimanatura ſit in omnes populos:* in fine idem Lingelshemius, *Tu lector,* inquit *theſauro hoc fruere. dum tamen æquo animo feras, ſicubi interpunctionum ratio minus exacta quod auctor remitti ſibi exemplar vt per otium attentius diſpungeretur, mandauerat.* Tum ſuccedit epiſtola ipſius Thuani, qua Henrico IV. in prima editione Pariſienſi opus ſuum A. 1604. dicauit, quamuis in Geneuenſibus adſcribatur An. 1601. Dedicationem Thuaneam excipit alia ad lectorem præfatio, (f) cui ab editore hæc præ-

(f) In additionibus in fine adpoſitis Titius obſeruat, præ-

præmittuntur: *Paullo antequam obiret Auctor* (Thuanus) *iuſſu eius noua editio Lutetiæ per Robertum Stephanum cudi cœperat; quæ auctoris fato interrupta eſt, Primo tantum volumine confecto, quod in hac (Aurelianenſi) editione bona fide repræſentauimus. Neue quid deſiderari iure poſſit, hanc quoque tibi ex eodem volumine præfationem damus, etſi toti Operis editioni non conſentiat.* In præfatione hæc præcipua ſunt (1) Thuanum quartam concinnaſſe editionem, locis aliquot inculcatam atque refectam, quam cæteris, poſt hac vſpiam cudendis, pro archetypo eſſe velit. (2) eam a prioribus nihil variare, niſi qua locupletior auctiorque, aut qua etiam fortaſſe accuratior atque limatior (3) typographus Francofurtenſis reprehenditur, qui compagem in paragraphos & fruſta diſcerpſerit, notisque, quas ſtulti politicas vocent, ineptis & friuolis paginas conſperſerit. (4) ſemi ſecularem, aut paullo annoſiorem hiſtoriam 143. voluminibus incluſam, tribui in V. Partes ſiue Reges, ſtemmatis omnium toto orbe antiquiſſimi, nobiliſſimique ab homine Gallo. Partem eſſe I. principatum Henrici II. ab An. 1545. vsque ad 59. II. Franciſci II. ab A. 1559. ad

præfationem hanc iam ante editam fuiſſe in editione alia Pariſienſi Anni 1609. idque primo operis loco, ſed ita, vt Geneuenſis iſta, aliis additis demptisue, aliis aliter immutatis, haud paucis interpolata ſit locis. Confer ſi placet, quæ ſuperius de tertia editione Pariſinſi adnotata ſunt.

Digitized by Google

ad 60. III. Caroli IX. ab A. 1560. 74. IV. Henrici III. a. 1574. ad 89. V. Henrici IV a 1589. ad 1601. Ludouico XIII. natalem (5) addidiſſe Thuanum Libros XVII. vsque ad Henrici (A. 16.0. occiſi) expreſſum: ſummas item librorum ſiue breuiaria & auctorum nomina. ſic annos circiter LXVI. libris CXL II tredecim annorum ſpacio abſolutos. Hic vero (in editione, quam Lutetiæ per Rob. Stephanum cudi cœpiſſe intelleximus) tantum LXXX. libros ab an. 1546. ad 1584. cum cæterorum Epitomis repræſentari. Scripta eſt ea præfatio Lutetiæ Pariſiorum an. 1617. quo Thuanum obiiſſe conſtat. Has editiones Geneuenſes, quarum poſteriorem ſiue Aurelienſem, ſiue Geneuenſem adpelles, in pleriſque ſic inter ſe conuenire ait Titius, vt paginarum etiam (quamuis poſteriorem eſſe in quibusdam & paullo exactiorem & locupletiorem, ſciamus) vel idem prorſus, vel non multum diverſus ſit numerus: cum utrinque Tomo I. paginæ 810. II. 992. III. 717. numerentur, atque indices etiam rerum memorabilium, ſingulis tomis adiecti, in his tribus tomis plane iidem relicti ſint. In Continuatione autem Tomo IV. editio prior ad pag. 478. poſterior ad 480; Tomo V. illa ad 130. (pro quibus perperam a typothetis ad 1320. peruentum) hæc ad 1302. indicibus etiam auctoribus procurrit. Operis vniuerſi conſpectus in editione vtraque Geneuenſi hic eſt:

T. I. Pars 1. L. 1-22 A. C. 1543-1559. Henrico II. R. Gall.
Pars 2. L. 23-26 A. C. 1559-1560. Franciſco II.
T. II. Pars 3. L. 27-57 A. C. 1560-1574. Carolo IX.
III. Pars 4. L. 58-80 A. C. 1574-1584. Henrico III.
IV. Contin. L. 81-96 A. C. 1585-1589. Henrico III.
V. Pars 5. L. 97-138 A. C. 1589-1607. Henrico IV.

Continuatio hic dicitur, quia in Tomo IV. & V. ad libros 80. priores, iam alii 58. adiiciuntur. Ab hac Continuatione plane diuerſa ea eſt, quæ ab Anno 1608. vsque 1618. annorum XI. totidem libris Operi Thuani integro Francofurti 1628. Fol. ab anonymo attexta eſt. Deinde harum editionum diuerſitatem expendit auctor, quod inter ſe non æque conueniant, tum quoad librorum numerum, tum quoad rem ipſam, quod poſterius Auctor Thuani reſtituti 1663. 12mo excuſi, fecerit, in quo Geneuenſis Anni 1626, & 1620, Francofurtenſis a. 1625. & 1628. Fol. impreſſa, & altera ibidem in 8vo. excuſa, item quæ Pariſiis an. 1606. & ſequentibus annis Tomis III. prodiit in Folio, nulla vero habita ratione Pariſienſis in octavo de an. 1604. ſed plura adhuc reſtitui poſſe. Editio Pariſienſis in Fol. de an. 1606. ſqq. librorum numero & in partibus quoque mul-

Digitized by Google

to auctior eſt. Nam de *Io. Fero* & *Sigiſmundo Gelenio* eorumque obitu lib. XIII. p. 372. ſqq. non longe ab initio an. 1554. ea memorantur, quæ in minori Pariſina lib. 9. p. 1002. ſqq. nondum fuerunt tradita. De Fero hæc ſcribuntur, *profeſſione Franciſcanum, in Moguntinenſi Eccleſia concionatorem egiſſe, multa ſcripſiſſe tanta moderatione, vt ſciſſa ob religionis cauſſam Germania, ab vtraque parte gratiam meruerit* &c. *Gelenium in Bœmia natum, Baſileæ* (an. d. 1554. vel 55.) *deceſſiſſe, cum egeſtate tota vita conflictatum* &c. Quæ in Geneuenſi vtraque p. 405. in Francofurtenſi prima p. 260. in poſteriore p. 271. lib. 13. an. 1554. vt in Pariſienſi maiori leguntur. Quibus in editionibus mors Angeli Caninii ad an. 1557. finemque libri 19. reiecta eſt, cum in minori Pariſienſi librum nonum an. 1554. claudat.

Quod ad Geneuenſes editiones attinet: ad poſteriorem editionem cum qua & Francofurtenſis itidem poſterior (g) conſentiat, paſſim nonnulla acceſſiſſe, quædam plenius etiam atque exactius tradita reperiri. Conferri hic poſſe, quæ de rebus Concilii Tridentini an. 1562. & 1563. in altera Geneuenſi, inſerta occurrant, initio nempe libri 32. pag. 151. ab

(g) Notat tamen in fine Titius, non vbique prorſus eam conuenire, quod vel ex his pateat; cum pag. 217. partem integram. *Apud nos non ita probatam primum -- ſubire cogeretur* omiſſam deprehenderit.

Digitized by Google

illis verbis, *Concilii Tridentum indicti negocium cum caleret*, vſque ad iſta pag. 158, quod *nominis gallici dignitati, quantumuis reclamantibus oratoribus regiis, tam flagitioſo conſilio illudi paſſus eſſet*. tum libro 35. pag. 253. ſqq. ad his verbis, *Dum hæc domi gerebantur, Tridenti prid. Non. Ian. legati noſtri*, vſque ad illa pag. 270. *Matthias Flacius Illyricus*, atque ab illis, quæ ibidem ſequuntur, *apud nos non ita probata primum, nec inter ipſos quidem, qui interfuerant*, vſque ad illa pag. 272. *admiſſam haberet neceſſitatem, ſubire cogeretur*. Vbi p. d. 270. ſqq. graviſſimæ etiam memorantur Claudii Sanctii, Petri Daneſii, Claudii Eſpenæi celebrium gallorum de corruptiſſimo Eccleſiæ ſtatu querelæ. Ex his locus ille *Dum hæc domi gerebantur*, in *Thuano reſtituto*, pag. 8. tantum indicatur: ex cæteris poſtrema equidem plenius, ſed ab illis demum verbis, *Apud nos non ita probata*, vſque ad *ſubire cogeretur*, enotatas eſſe. Quæ omnia ex Geneuenſi Operum Thuani editione altera cum manuſcripto conlata Ioh. Henr, Heideggerus ſeorſim excerpſerit, atque ad calcem Anatomes ſuæ Tiguri an. 1672. editæ adiecerit. Alia quæ acceſſerint, patere ex eo quæ de cæde *Ludouici Berengarii Gaſtii* lib. 61. in vtraque Geneuenſi p. 108. in Francofurtenſi poſteriore p. 136. tradantur. De morte *Ludouici Lotharingi* Cardinalis Guiſiani dicti vid. lib. 65. in Geneuenſibus p. 255. in Francof. poſter. p. 232. De obitu *Io. Baptiſtæ Roſarii* lib. 65. fin. De *Rogerio Sanlerio Bellogardio* l. 68. in Geneuenſibus pag.

Digitized by Google

325. & ſqq. in Francof. 278. de rebus quibusdam Britannicis l. 66. in Geneu. p. 282. in Francof. p. 250. In iis etiam, qui Pariſienſem editionem excedant, libris ſubinde diſcrimen reperiri. vid. lib. 93. p. 36. vsque ad fin. l. 96. Tom. 2. pag. vlt. quæ in Geneu. priore 478. in poſteriore 480. Interdum minus omnia exacte tradi, e. g. in fine libri 80. in vtraque Geneuenſi nec non altera Francof. additum videre eſt his verbis: *Vltimus dicetur Abraham Bucholtzerus, Schonouia in Batauis natus, opere chronologico magnam gloriam adeptus: qui Frauſtadia (pro quo Franſtadia editum) in Quadis deceſſit XIIX. Kalend. Quintil. vix annum LIIII. egreſſus.* Bucholzerum non Schonouiæ in Batauis, ſed in pago Saxoniæ Schönau A. 1529. natum, nec Frauſtadiæ, ſed Freiſtadii Sileſiorum an. 1584. defunctum eſſe. de quo aliisque pluribus agere Thuanum enucleatum Gerardi von Stoſſen.

Nec vero addita ſolum quædam eſſe, verum & dempta, exemplo probat Titius, vbi ſub finem libro 80 de obitu agitur *Iani Guilielmi*: locus ita ſe habet: *Eodem menſe* (Iunio 1584.) *Ianus Guilielmius adoleſcens cultiſſimi ingenii, Lubecæ natus, Auarici Biturigum, quo ad magnum Cuiacium audiendum profectus fuerat, contracto ex nimiis caloribus morbo, vix ſalutata vrbe deceſſit, cum nondum XXX. vitæ annum attigiſſet, eo magis deplorandâ morte, quod multa & interea nouam Ciceronis Operum ad MSta exemplaria diligentiſſime collatorum, & amplius ſexcentis clauſulis ſuppletorum, edi-*

tionem paratam haberet, quam & ego Lutetiæ, dum is ad me familiariter ventitaret, vidi; hactenus magna rei litterariæ iactura, aut diſperditam aut ſuppreſſam. Hæc habere editionem Pariſienſem in Folio. Geneuenſem vtramque, & Francofurtenſem poſteriorem. At in Francofurtenſi prima in Fol. vt & minore in octauo, poſtrema hæc ita multo copioſius expoſita legi hoc modo: *Quam* (editionem) *& ego vidi, hactenus magna rei litterariæ iactura aut diſperditam aut ſuppreſſam.* Sequuntur deinde: *Cuius* (Guilielmi) *familiaritate, dum Lutetiæ eſſet, diu magna cum animi oblectatione vſus, hoc vere profiteri poſſum, me ſemper ab amiciſſimi iuuenis colloquio meliorem ac doctiorem diſceſſiſſe, tanta erat in eo morum probitas, tantum in litteris iudicium, tanta in ſermocinando ſuauitas, vt alium vix meminerim (multas autem audiui) qui latine ſimili cum facilitate & puritate loqueretur. Vt omittam miram in poetica felicitatem, ſiue græca verteret, ſiue verſus ex ingenio faceret. Amicitiam non tam ætatis ſimilitudine quam ſtudiorum conſenſione contractam immatura mors diremit, non tamen omnino ſoluit: cuius hoc qualecunque monimentum ad poſteritatem exſtare volui.* Eſſe etiam in Thuano, quæ in diuerſum abeant. E. g. *Eodem & hoc anno* (1563) *fatis conceſſerunt Seb. Caſtalio Allobrox & Henr. Glareanus. Caſtalio puriorem linguarum cognitionem ad theologicam ſcientiam adiunxerat, & Biblia ſacra interpretatione noua (latina) tranſtulerat, a gallicis & heluetiicis Eccleſiis, quarum alioquin doctrinam amplectebatur, in*

qui-

quibuſdam diſſidens: pleraque contraria inter eos ſcripta emanarunt. Tandem Baſileæ non iam ſenex, quippe vix annum XLVIII. ſupergreſſus VIII. Kal. Ianuar. fatis conceſſit, ex lue peſtilenti, quæ hoc anno vehementer per totam Germaniam graſſata eſt, adeo vt Francofurti, Noribergæ, Magdeburgi, Hamburgi, Gedani &c. Ita hæc eſſe edita in Pariſienſi maiori lib. 34. ſub fin. pag. 219. totidemque verbis in Francof. mai. prima l. 36. p. 670. nec non min. p. 319. At longe alia de illo Allobroge in editionibus cæteris tradi. *Caſtalio cum puriorem linguarum cognitionem ad theologicam ſcientiam adiunxiſſe ſe putaret, impuras manus, multorum iudicio, ad ſacra tractanda attulit, cum a rebus, ad tantum opus neceſſariis, homo imparatiſſimus, nouam bibliorum interpretationem inſolenti temeritate molitus eſt, a gallicis diſſidens & Bernardino Ochino ſegregi, cuius & dialogos latinos fecit, præcipue in polygamia, adſtipulari creditus, vnde plerique.* Hæc in Pariſina minore lib: 36. p. 610 in vtraque Geneuenſi vt &, in Francofurt. poſter. l. 35. haberi. Editiones præterea Geneuenſes haud exigui momenti diſſenſum præ ſe ferre. *Menſe proximo* (Octobri 1602.) *Franc. Iunius, in Biturigibus Cubis, apud nos* (in Gallia) *natus, ibidem obiit, cum tantum annum LVII. attigiſſet: vir deſulterio ingenio, qui multa conatus, an adſecutus ſit, quod moliebatur, doctorum erit iudicium: Lugduno Batauorum, vbi diu profeſſus eſt, ob rerum nouarum ſuſpicionem ab ordinibus Belgii exactus, ſicuti ſuo loco diximus, & Alter-*

ſii, vbi defecit, a Norib. Rep. honorifico ſtipendio inuitatus. Hæc in Geneuenſi priore, vt & Francofurt. lib. 127. ſic reperiri, at in editione Geneuenſi poſter. primum *Lugduni Batauorum peſte abſumptum*, vere ſcribi Iunium, deinde adpendicem illam de *eo ab ordinibus exacto & Altorfii defuncto* prorſus omiſſam & ſilentio damnatam eſſe. Neſcit auctor, qui factum, vt tam aliena irreperent & lectoribus traderentur, ſi editio prior ex Thuani autographo exemploq; deſcripta. Enim vero Thuano hæc excidiſſe non eſſe vero ſimile. & adpendicem hanc quo errore adſutam arbitratur. 6. l. Voſſium putare, Thuanum loqui voluiſſe de Hug. Donello, qui ex Gallia ob religionem Lugdunum Batauorum conceſſerat, & quod conſilio de vrbe Anglis tradenda participaſſe crederetur, a Senatu monitus, vt alio migraret, Altorfium ſe contulit, ibique Noribergenſis Reip. ſtipendiis ad mortem vsque docuit, ipſo Thuano conteſtante. v. 47. Complura in Thuano expuncta & omiſſa dicit. v. g. in Pariſienſis minoris parte prima; in fine *de lapide inuſitatæ naturæ mirandique ſplendoris* aliquid additur, ſuoque loco (lib. 5. p. 453.) poſt verba: *Pacificatione cum Anglis facta - religione ſe exſoluit*, inſeri iubetur. *Dum Rex* (h) Henricus II. an. 1550.) *Bononiæ eſſet, allatus eſt ad eum ex India orientali ab homi-*

(h) eadem hiſtoria de lapide admirando inſerta eſt Morhofii Polyhyſt. litter. l. 1. c. 13. v. 26. ſed non Thua-

homine incognito, ſed vt adparebat, moribus barbaro, lapis ſtupenda ſpecie & natura, videlicet lumine & fulgore mirabiliter coruſcantibus, quiq; totus veluti ardens incredibili ſplendore micabat, & iactu quoquo verſus radiis ambientem aerem luce nullis ferè oculis tolerabili latiſſime complebat. Erat & in eo mirabile, quod terræ impatientiſſimus, ſi cooperiretur, ſua ſponte & vi facto impetu, confeſtim euolabat in ſublime, contineri vero includine vllo loco anguſto nulla hominum arte poterat, ſed ampla liberaq; loca dumtaxat amare videbatur: ſumma in eo puritas, eximius nitor, nulla ſorde aut labe coinquinatus. figuræ ſpecies nulla ei certa, ſed inconſtans & momento commutabilis, cumq; eſſet adſpectu longe pulcerrimus, contrectari tamen ſeſe impune non patiebatur, & diutius contra adnitentibus, aut obſtinatius cum eo agentibus incommodum adferebat, quod multi multis ſpectantibus ſunt experti: ſi quid fortaſſis ex eo enixius conando detrahebatur, nam durus admodum non erat, nihilo minor fiebat. huius virtutem ac vim eſſe, ad quam plura tum vtilem tum præcipue Regibus neceſſariam aiebat hoſpes, qui miraculum oſtentabat, ſed quam reuelaturus non eſſet, niſi ingenti pretio prius accepto. Hæc vt in litteris *Io. Pipini oculati rei teſtis, qui in familia A. Momorantii M. E. medicinam faciebat, ad Ant. Mizaldum & ipſum inſignem medicum pridie Aſcenſionis Bono-*

O 5 *nia*

Thuani verbis; miror vero eamdem non extare in Thuano reſtituto.

Digitized by Google

nia datis, perſcripta ſunt, ita trado & amplius diſcutienda philologis relinquo. Nam veteribus, qui de huiuſmodi rebus ſcripſerunt, ſimilis lapis nec ne cognitus fuerit; nec Pipinus iis litteris ſe ſcire dicit, nec ipſe adfirmauerim. Hæc ex minori Pariſienſi in vnam Francofurtenſem primam, & alteram octauæ forma translata eſſe obſeruat auctor, ſed in cæteris omiſſa & neglecta.

Errores (i) in Thuano quoque obſeruari. e. g. *Popielus* II. dux Poloniæ, *Eruſpicia a muribus* deuoratus: *Piaſtus*, ille tot tantorumque principum ac Regum auctor & parens, *Eruſpicienſis Ciuis & agri cultor* dicitur lib. 56. p. 378. in minori p. 128. in maiori Pariſina. Quod in Francofurtenſi etiam prima p. 1071. & in min. pag. 1232. permanſerit: at in cœteris *Cruſuicia* & Cruſuicienſis rectius editum.

Menda item typograghica operi ineſſe ait Titius multa & grauia, idque conſtare vel de iis libris in Pariſienſi editione minori & maiori falſo enumeratis: patere etiam ex poſteriori Geneuenſi editione, vbi emendanda adducuntur. Sic initio anni 1555. in Pariſienſi min. lib. X. p. 122. in maiori lib. XV. pag. 417. hæc legi. *Quod cum maiora audendi animum noſtris fuiſſet, ruptis a Volpiani milite induciis, & repulſo cum damno Trinitatis Comite, qui Commeatum eo inferre conabatur, Briſſacus ſub initium anni ſequen-*

tis

(i) Errores in Thuano obuios notat Io. Bockſtadius in epiſtola, corpori Epiſtolarum ad Melch. Goldaſtum inſerta p. 284.

Digitized by Google

tis Iacobi ſanum occupat. quæ nec in editionibus aliis Geneu. p. 452. Francof. pr. p. 291. poſter. 303. emendata ſint. At primum *Commeatus* pro *Comeatus* ſcribendum eſſe, deinde partem periodi alteram, quam apodoſin vocamus, *Briſſacus ſub initium* &c. a ſuperioribus diſtinctione coli potius quam commatis ſeparandam. Deinde in rebus gallicis tanquam Thuano notioribus plus fidei haberi tradit Titius, quam in exteris, vbi aliorum fidem ſit ſecutus. Stilum quoque diuerſum eſſe, quod inde fieri creditur, quoniam auctorum verba, quibus vſus, plerumque retinuerit. In fine nonnulla vel emendantur vel plenius exponuntur, quæ loco ſuo inſeruimus, vt non neceſſum ſit hic plura excerpere.

IVDICIA DE NOVISSIMIS PRVDENTIÆ CIVILIS SCRIPTORIBVS

ex

PARNASSO

Cum

Eubulo *Theodato* Sarckmaſio (k)

in ſeceſſu

ALBIPOLITANO

ingenue communicata.

Martismonte, Anno 1669.

4ta. plag. $1\frac{1}{2}$

(k) Quodſi hoc græcum nomen latine vertimus, e..

SI vel vlla æmulatione invidiæ, vel cupidine ambitionis, vel ſuſpicione odii hoc ingrederer inſtitutum; haud dubitarem, quin reprehenſionem Parnaſſi, & omnium Muſarum incurrerem. Nunc cum ipſe Sanctioris hujus Conſilii Præſes meum ſinceri ſui admiratoris animum plus ſatis habeat perſpectum, eas mihi partes impoſuit, quas ſapientiſſimus quisque, opinor, declinaret. Sed cum ejus cauſa quicquam defugere, religio quâ illi teneor, prohiberet; cenſui, mihi ad conſcientiam ſatis fore obſequium, & amorem parendi. Livorem alioquin odi, & injuriam deteſtor, nec facio cum illis, quibus, ut nonnemo ait, inſita natura, recentem aliorum felicitatem ægris oculis introſpicere. Interea hanc, quam molior, cenſuram Principi cenſorii tribunalis, & ſupremo pariter Sapientiæ Saty-

Tac. II. H.

uetur illa perſona laruata, quæ eſt Conradus Samuel Schurtzfleiſchius, cuius præmaturum obitum acerrime lugemus. Incredibile eſt, quantum inuidiæ ſibi iſthoc facto pepererit; complures etiam famoſæ ſchedæ contra illum exierunt, quas Struuius Introductione ad rem Litt. p. 407. enumerat, quibus addimus aliud ſcriptum huius nominis: *Canis ſub fuſtem miſſus*, h. e. *Correptio ſycophantæ maximi* Argentorati ab Obrechto confectum.

Digitized by Google

Satyricæ Arbitro, Apollini, ſacram eſſe volo.

I. H. CONRINGIUS.

IS merito ſummus rerum Germanicarum Doctor audit, quippe cui id communis noſtra patria haud dubie acceptum feret, quod non de facie modo, ſed etiam de animo, & multo exquiſitius, atque antehac, noſcere ſe ipſam cœperit. Multa equidem, fateor, Limnæo debemus, ſed plura, niſi fallor, Conringio, diligentiſſimo ut cæterorum, ita præcipuo Limnæi Cenſori. Nam hic & nimis ſæpe liberaliter multa ex aliis colligit, & tabulas publicas ſubinde allegat, nulla fide, nullo aſſenſu, nullo calculo dignas. Nec pauca, ut molliter dicam, in ipſa Carpzovii Lege Regia deſiderare oculatiſſimum virum accepi. Sed neque vna vice M. Goldaſti Prytaneo, dum viueret, digni, in recenſendis ſanctionibus publicis credulitatem accuſat, & ita accuſat, vt cauſam non finxerit, ſed inuenerit. Verum hic legem mihi ponit Pallas, vt manes optimorum Virorum quieſcere ſinam, vel ipſo Conringio internuncio, me jubet. Unum addam, quod de æui noſtri Papyrio ſummus Polyhiſt. Argentinenſis Bœclerus identidem ſatis confidenter affirmat, eum, ſi Ciuili tantum.

V. Pacif. à Lapide Diſc. l. 3.

V. diſſ. de German. Imp. Ciuib. th. 40.

Digitized by Google

tum prudentiæ ſe conſecraſſet, plane ſine exemplo futurum fuiſſe. Inter cætera ingenii argumenta, luculentiſſima *de origine juris Germanici*, & *de finibus imperii* opera toties miror, quoties lego. *Tabori*, (l) qui litem ipſi inutilem movit, & magno, ſi diis placet, ejus Vindici ad Lanum, Malcomeſio meliorem omnino mentem precor. Huc enim lucis jam tum noſtro ſeculo ventum eſt, ut doctos merito ſuppudeat veterum illiusmodi næniarum, & ſi recte judico, ad loquaces mulierculas pertinentium, aut certe exquiſitiori animo indignarum maxime. Dumque has tædet referre in præſens, optandum erat, ut per otium liceret de præclariſſimis Noſtratis Politici diſſertationibus aliquid commentari. Sed hoc conanti, pauloque liberius cenſenti ſuperveniebat Apollo, & jam illi πολυπραγμοσύνην; jam juſto vehementiorem animi cum er-

Scilicet ita Pomponius.

(l) In Commentario *de Metatis & Epidemeticis* impugnavit præfationem Conringii, quam ille Cornel. Taciti de germanorum moribus libro præmiſerat, in quo de Iuſtinianei publici Juris Germaniæ Republicæ auctoritate diſſeruit. Sed defendit ſe Conringius in altera editione libri de Origine Juris Germanici Helmſted 1649. edita.

erga (m) *Waſmuthium*, tum erga alios, vt cauſabatur innocens, impetum, ſolito audacius exprobat. Sed vt mitiori ingenio eſt Mercurius, ita caduceo ornatus, in medium prodibat judicium paulo mollius in ſancta illa Corona interpoſiturus Nimirum hæc atque talia non eſſe tanti affirmabat, vt propterea ſummam in rebus ciuilibus partam famam ſuggillare cuiquam integrum ſit. Quin mihi & omnibus, qui pace Apollinis Sanctiori Conſilio aderant, id firmiſſimis approbare rationibus ſatagebat. Scilicet alia Theologo, alia Politico mens eſt; illi ardor; huic moderatio vtramque paginam facit. Nam ut hodie mores ſunt, plures vtile, quam honeſtum, quæſtuoſa, quam ſacra, ſpectant, cum certe non deberent ſpectare. Verum enim vero nefas eſt, omnia, quæ ſentiam loqui. Amarus cibus eſt veritas. Quam pauciſſimi capiunt, pauci cupiunt, plurimi oderunt.

Culpa eſt immiſcere ſe rei ad ſe non pertinenti l. 36. ff. de R. I.

II. J.

(m) Nota eſt illa controuerſia inter Conringium & Matth. Waſmuthium, & Conringius quidem adſerebat, non adeo neceſſariam linguæ hebreæ cognitionem eſſe, illis maxime, qui communi plebi oracula diuina explicarent: cui ſententiæ ſe oppoſuit Waſmuthius.

Digitized by Google

II. J. H. BOECLERUS.

Hunc & eloquentiæ, & cultioris omnis ſcientiæ delicium non immerito dixerim. Judicium rerum ciuilium in Muſeo haud obſcuris teſtatus indiciis eſt. Plus vni Grotio, quam omnibus Salmaſiis, plus vni Forſtnero, quam omnibus Gruteris Lipſiisque vindicat. Nec ſine cauſa. Plurimum enim refert, Literatorem a prudente, Criticum a politico diſcerni. Ille diſcit ſcholæ: hic vitæ: ille docet vmbræ, hic aulæ. Ille apicibus omnia metitur, hic neruis. In quod hominum genus nolo iam inuehi, vt qui tineis & blattis ſua conſumenda ſcribunt, non vtenda publico bono. Dum vero Boeclerus hoc ſibi in alios judicium ſumit, ego id mihi in ipſum; vt non erubeſcam dicere, ejus in Tacitum curas plus compoſitæ orationis, quam ſpiritus habere. Forſtnero ſeipſum fatetur inferiorem, dum omnibus præfert Forſtnerum, qu p pe qui cum ſcientia experientiam, cum experientia agendi dexteritatem habuit coniunctam. Hæc Minerua mihi dixit in aurem, & ſcribere imperauit. Cui eo libentius obſequor, quod eam in conſeſſu publico omnes perſpicaciorem, neſcio, an veri amantiorem Deam venerarentur. Sed eſto, inquit Mercurius. Scribat ſæpe in rebus morum frigide, definiat controuerſias juris naturalis & gentium perplexe, decidat dubitanter: Nemo tamen eo vel terſius (n) loquitur, vel

(n) Diſſentit a Schurtzfleiſchii iudicii epiſtola anony-

vel elegantius ſua percenſet. Prouoco, pergit ad hiſtoriam Caroli M. (o) & ſequiorum temporum, in tantum laudandam in quantum & nitor ſtyli, & diuina vis iudicii intelligi poſſunt. Dabo hæc omnia cum Palladis interprete; habebo pro certo, rerum ciuilium, hiſtoriarumque omnium ſcientiſſimum eſſe Bœclerum. Iis tamen nunquam potero adduci, vt credam, eum Forſtnerianam menſuram impleuiſſe Eloquentia, & lectione maiorem eſſe, facile largiar; at prudentia longe illi poſthabendum, non affirmabo ſolum, ſed etiam propugnabo. Retulerunt mihi quoque familiares ipſius, magis ex commentariis, quam ex ingenio ſa-

P

nyeni, Xauierii Parani vindiciis adiecta: *Nam: quod pace Sarckmaſii dixerim, quædam etiam iuſto liberalius illi ſunt tributa. Nam ſtylus adſcitus, durus, aſper, oratio tumida, vehemens, inæqualis. Antiquitatis germanica notitia exigua, tenuis, vulgaris. – in Boecleri commentationibus farrago potius quam ordo adparet. Loquentiæ multum, ſapientiæ parum. adeo hiant ibi omnia & arent. Compilatio hiſtoriarum forte hiſtoricum qualemcunque probat, non morum doctorem. Iam pueris ſubolet, qualis palma maneat Boeclerum. Ferri hoc vtcunque poterat, ſi iuris publici latices paullo melius imbibiſſet.*

(o) Intelligitur Hiſtoria Caroli M. ex præcipuis ſcriptoribus eorum temporum concinnata ſtudio Ioh. Ioach. Frantzii, cum præfat. Io. Henr. Boecleri Argent. 1644. 4.

Digitized by Google

ſapere; præſentia quoque laudes & famam longo tempore collectam plus ſemel minuiſſe; tum & negotiis publicis ſe immiſcuiſſe, in quibus vel parum fuerit verſatus, vel ſtudio partium omnia ſcripſerit. Jus etiam homines proprios faciendi (p) adeo male defendiſſe, vt iam, quanquam ſero, mallet ſe ea defenſione abſtinuiſſe, quippe qua & Politicorum, & repur-

Wildtfangiatus dicitur Conſ. ej. Vindiciæ Vindicatæ.

(p) Ediderat Boeclerus epiſtolam ad Epiſcopum Spirenſem Argentor. 1663, 4. qua in ſe quoque Wildfangiatus controuerſiæ immiſcebat. Non ignotum eſt, Electorem Palatinum hoc gaudere iure, quo incerto parente natos & peregrinos quoque ſibi proprios vendicat. Cum itaque poſt Weſtphalicam pacem multi peregrini ad Rhenum in Wormenſi, Moguntiaca & Spirenſi regionibus conſiderent, hoc priuilegii iure Elector omnes ſibi proprios faciebat: quod verto Elector Moguntinenſis ægre cum cæteris ferebat, an tum iuris in ſua ditione ab alieno exerceri: itaq; & calamo & armis rem propugnabant. Sed Heilbronnæ tandem res per arbitros deciſa eſt, ita, vt Palatinus El. ſuo quidem etiam in poſterum gauderet priuilegio, ita tamen, ne quid nimis. Atque hic inter alios Boeclerus cauſſam huius controuerſiæ ſuſcipiebat, a parte ſtans Electoris Moguntiaci. Sed male officio ſuo defunctum eſſe, plerique omnes exiſtimant, cum ex principiis iuris naturæ Wildfangiatus cauſſam oppugna-

Digitized by Google

purgatæ religioni addictorum offenſam conflauit longe maximam. Sed facta non poſſunt reddi infecta. Impoſterum ſpero, cautiorem futurum, & alias affena relicturum. Nil hic dicam de certaminibus, quæ cum Iureconſultis Argentinenſibus velut alter Hercules, conſeruit. Nam ea tantum abeſt, vt improbem, vt quoque commendem ſuſceptas pro ſalute cultioris literaturæ dimicationes. Ad poſtremum eius in H. Grotium (q) æſtimanda animaduerſio eſt. Tametſi vero nolim inficias ire, ipſum ſtudio antiquitatis nemini concedere, & vel præſtantiſſimo cuique in hac arena palmam dubiam facere, tamen, ſi ab elegantia ſtyli & peritia hiſtoriarum, præſertim Romanorum, diſceſſero, haud fortaſſe diſſimulauerim, multos æquales plures etiam ſuperiores habere. Certe D. Caſpar Zieglerus de ſanctiore Prouocationum Concilio, quod Dresdæ eſt, & de Wittebergenſi Academia ſupra, quam dici poteſt, meritus, cum neruoſa ſcribendi breuitate, tum inſigni & prope admirabili diuinarum humanarumque rerum no-

gnare conatus ſit, ex iure vero conſtat, tales ſeruitutum ſpecies eſſe præter naturæ iura inductas atque ex principiis iuris plane extraordinariis reſultare. Contra Boecleri conatus prodiere. *Offa Latranti Offa, poſt Offam* Paris 1667. & *Fuſtis*, quæ ſcripta Boecleri ſententiam impugnant.

(q) Intelligit Commentationem in H. Grotii librum de iure belli & pacis, Argentor. 1663. editum.

Digitized by Google

titia omnes in Grotium annotatores & ipſum, ſi libere loqui placeat, Bœclerum facile antecellit. Nolim tamen ingratus eſſe erga virum fama meritisque clariſſimum, & in ſeculi, ac ipſius Germaniæ gloriam natum. Qui vt maiorem laudandi, quam reprehendendi materiam præbet, ita documento poſteris erit, ſummos quosque viros nihil humani a ſe alienum putare debere. Satis de Bœclero, cuius irritare patientiam, audacis, laudes minuere, ingrati poterat videri. Iam cura alio vertenda eſt.

III. SEVERINVS DE MONZAMBANO. (r)

Sub nomine ad Italorum linguam compoſito latere voluit, vt & ingenioſius tegeret Germanum, & liberiores Italorum in iudicando mores tutiori exprimeret conatu. Nitidè omnia deſcripſit & ſuccincte. Mouet in eo diſerta prudentia ſuos lacertos, & dignum aliquid hac litterarum luce promit. Formulas illas ex ſchola non quidem neſciuit, ſed prudenter neglexit. Hoc enim maſcula Veterum ſapientia exigit, & laudi horum temporum ex aſſe conuenit. Caſtigauit eum *Schookius*, ſed dignus, qui viciſſim caſtigetur. Fortaſſe tamen eum infirmitas ingenii, quam morbus, dum in Monzambanum commentaretur, attulit, doctioribus excuſabit.

Scri-

(r) Fictum hoc Monzambani nomen adſciuit Samuel Pufendorfius, qui de Statu Germaniæ librum ſcripſit Geneuæ 1667. 12mo editum & nouiſſime Lipſiæ 1708. 8v. curante God. Gerh. Titio.

Digitized by Google

Scriptor *Eleutheropolitanus* impolitus & informis, & propter ariditatem tædioſus eſt lectu, nec cum illo vnquam in comparationem gloriæ referendus. Quandoquidem parum, aut nihil in hoc deprehendo, quin ſcholam oleat & lacunas. Adeo omnia a natiuo prudentiæ cultu abeunt: vt nil ibi videam, nil legam, niſi tractum aut elumbe, aut ſaltem aſcitum atque peregrinum. Proximus illi *Pacificus a Lapide* (s) eſt, multis notatus, paucis intellectus. Miror vtrumque â multis carpi, & fideliter tamen a carpentibus deſcribi. Nempe id hodie ſolenne eſt, vt ſcriptor ſcriptori tenacius inſiſtat, & dum ipſe non habet, vnde ſe ornet, aliis plumis veniat ornatus, Veritati & omnibus bonis fucum facturus. Sed hoc alio pertinet. Iam quid in Monzambano quoque deſiderem, eſt promendum. Sane vel ſtupidiſſimus colliget ſi non omnia, tamen potiſſima eius, & quæ præcipuam laudem mereantur, ex *fontibus Conringianis* (t) *deriuata*; & in

(s) Is eſt Phil. Andr. Oldenburgerus, qui ſtricturas in Seuerinum de Monzambano edidit. Sed in Schurtzfleiſchii iudiciis hic Pacificum a Lapide cum Hippolyto a Lapide confundi, nonnulli adnotarunt.

(t) Hoc tamen ipſe negat Conringius his verbis: *Nouum illum Monzambani Criticum haud vidi. Quæ ex meis potuerit ſua promere, neſcio: cum vtique à Mon-*

in eius areolas, alioqui ſteriles futuras maxime recepta eſſe. Sæpe etiam ſibi non ſatis conſtat, & ſine iudicio quosdam culpat, quosdam celebrat, prout ſuo in quemque trahitur amore. In Palatinos & Suecos non obſcura eius ſunt ſtudia. Parum ſæpe æquus in Auſtriacos & mordax ſimul deprehenditur. Saxones cur minus laudauerit, nulla fuit cauſa. Imo iis improbat, quæ non aſſequitur, reprehendit, quorum abſtruſas aut non voluit, aut non potuit intelligere rationes. Sane illam de forma Imperii controuerſiam non minus infeliciter excitauit, quam ieiune decidit. Hic temerarii conſilii fructus, hic præcipitati iudicii exitus eſt. Fortaſſe hunc Nicri calorem frigidus Septentrio impoſterum temperabit. Interim ſuam Monzambano noſtro laudem minime inuidebo, quippe qui tam polite ſcripſit, quam pulchre ſubinde iudicauit, palmam nouitiorum plurimis prærepturus, ſi a ſcribenda Satyra abſtinuiſſet.

IV. PH. A. BVRGOLDENSIS. (u)

Exemplum hominis vltra ſortem audacis, & non

Monzambano rariſſime diſſentiant, ſitque libellus ille, meo quidem iudice, aureolus, & hactenus ſine exemplo. Nunquam illum inſpicio ſine ſingulari aliqua noua delectatione. vid, Conringiana p. 131.

(u) Sub hoc nomine latere voluit Phil. Andr. Oldenburgerus, edita notitia Imperii ſ. diſcurſu iuridico-politico-hiſtorico ad Inſtrumentum Pacis Oſnabrugæ Mona-

Digitized by Google

non modo nimis libere, ſed etiam ſæpiſſime minus recte de rebus imperii iudicantis, neſcio magis intempeſtiuam ſcribendi libertatem, an dictatoriam quandam animaduerſionem prodere poſteris voluerit. Mirum dictu, quam expilet omnia & compilet, carpat & decerpat. Si quid boni, ſi quid nitidi habet, non ſibi, ſed aliis refert acceptum. Duces Limnæum, Conringium, Monzambanum, G. Hornium, & innumeros prope alios, ipſe fidelis ſequitur comes. Tum vero auctorum, quos exſcribit, iudicium non ſemper capit. nec ſtylus ſua gaudet forma, & res ipſæ ſæpe ab eo ſine delectu & cura congeſtæ, limam omnino accuratiorem deſiderant. Amplius obſeruo, eum Origines iuris Germanici ex riuulis magis quam ex fontibus deduxiſſe. Reddere, vt fama accepi, nobis conatur alterum Forſtnerum. ſed forte conatur. ſunt, qui cenſeant, ſummum in Aula Wittenbergica gradum affectare. Alii omnem terram, quæ ipſum amplexa fuerit, patriam fore perhibent. Forte tamen Puffendorffio Holmiam nuper accito mauult ſuccedere. Nam de ambitu eius longe lateque percrebuit fama. Niſi plura tam male cohærerent, dicerem, ipſummet Conringium ſeu ore, ſeu manu eum excoluiſſe. Affert enim quædam obſeruatu digna, & a ſanctioribus imperii

Monaſterienſis, primum in 8vo deinde cum augmentis ſtudio Warmundi von Fridberg, Freiſtadii 1669. 4. editum.

Teutonici arcanis non multum aliena. Nec tamen omnem ipſi laudem detraxerim, quam illi vel curioſitas, vel peregrinatio, vel literarum cum grauioribus adminiſtris commercia, vel ſermones cum aulicis familiares pepererunt. Antiquitatis Germanicæ ſcientiam pæne omnem Conringio debet, & partem eius Boeclero, viris non in huius ſeculi, ſed omnis quoque æui gloriam genitis. Laborem, quem in ſanctione Weſtphalica collocauit, non poſſum, niſi inuidus, improbare. Nam vt multa ſint, quæ ibi deſiderem, tamen omnia ſimpliciter damnare, non niſi inſipientis foret. Ordini, quem exhibet, egregie inſiſtit, rerumq; cum ad ſalutem, tum ad fundamentum Imperii pertinentium cauſas præclariſſime aperit, explicat, illuſtrat. Libere loquitur, liberaliter iudicat. & ficto nomine inuidiam vitat, ratus, periculoſum eſſe, omnia arguere ex propinquo. *Tacit. IV. Annal.* Sæpe tamen allegandis ex triuio, & tam a ſanctitate huius inſtituti, quam ipſius dignitate argumenti alienioribus inſudat, quæ ſi præcidiſſet, & rectius & ſapientius meo iudicio feciſſet. Scilicet non ſemper ſpernendi ſunt centones, cum melior veſtis non eſt in promptu.

V. CYRIACVS LENTVLVS.

Acri, vt mihi videtur, iudicio pollet, nec quidquam deeſt ad orationis cultum. Plura fortaſſe legit, quam alius quiſpiam. Forſtnerus tamen & experiendo felicior, & accommodandis exemplis longe ipſo ſuperior fuit. Berneggerum

Digitized by Google

ram cur illi poſthabeam, multæ mihi cauſæ ſuppetunt. Nam vt noſter plus ſalis, ita ille plus centonum habet, & perrogatis Parnaſſi ſententiis, meretur, vt propter iniquam Pacis *Pragenſis cenſuram*, (x) rerumque imperii imperitiam, cum iuſto Aſterio derideatur. Cæterum Conringio in rebus Ciuilibus, Boeclero in Hiſtoria Romana Lentulus noſter proximo ſtatuendus loco eſt. Parum etiam cenſeo abeſſe, quin in plurimis ad Admirati acrimoniam felicius cæteris accedat. In Tacitum dum commendatur & minus aſcita dictione vtitur, & diffuſius diſſerit, & conuenientiſſime indicat. Verum ad lucem iuris Germanici, quod publicum dicimus, eius acies non minus hebeſcit, quam Schookji ad aſpectum Monzambani. Eius de iure belli ac pacis opus infra magnitudinem Grotiani iudicii eſt. Stylum pulchra ſubinde imitatione expreſſit; ſæpe tamen aliquid ex ſordibus aſciti ſermonis aſpergit, & linguarum non ſemper ingenium ſatis recte diſcernit. In qua parte cum Præceptore Boxhornio paria non facit. *Aſpicem Gloriæ Romanæ*, quem ſic inſcripſit, vix dixerim gloriæ literariæ faſtigio conuenire. Pleraque enim tumultuarie compilata, quædam confuſe inſerta alia aliis laborant modis. Induſtriam tamen non

(x) Obſeruatum eſt a nonnullis, Berneggerum iniquam Pacis Pragenſis cenſuram nunquam ſcripſiſſe vel edidiſſe, vt adeo labatur Schurtzfleiſchius.

Digitized by Google

reprehendo. In ordine vero & cura multum deſidero. Tum & quædam in hoc opere veluti primoribus labris attigit, nec ex inſtituto, ut par fuerat, perſequitur. Adhibet etiam ſubinde vocabula præter morem Latinorum. Hiſtoricos excerpſiſſe, ſi obtendas, monuiſſe in rem fuerit; in hac parte laudes vinci a Lamberto Danæo, feliciſſimo illo compilatore. Quæ ex iure ciuili & oratoribus collegit, gloriæ D. Godofredi nulla ex parte reſpondent, nedum, vt æquari debeant. Cuius in Senecam Scholæ (vulgus Locos Communes vocat) immane quantum poſt ſe relinquunt curas Lentulanas. In ſtudio compilandi (y) Poetas Neuhuſio, & multis veterum faſces ſummittit. Quæ ad ius Pontificium annotauit, ne comparanda quidem ſunt cum iis, quæ meditatus eſt Zieglerus, ſummum Witebergæ decus. In cenſura Patrum vix primas lineas duxit Labbæo, Thalæo, Gronovio, Hornio, iure meritoque poſtferendus. Sed ea cura vt a Politici officio quodammodo abhorret, ita ex lege prudentiæ, eam ſe alienorem cenſere debuiſſet. Habent Politici, quod agant, Theologis ſua relinquant, & exiſtimationi in poſte-

rum

(y) Compilandi i. e. *colligendi preſſim & in vnum condendi*, vt ipſe Xatuierius Paranus, qui eſt Schurtzfleiſchius, interpretatur: Namque aduerſarii exinde colligebant, Lentulum furti accuſatum eſſe a Schurtzfleiſchio, cum verbi huius proprietatem & ſignificationem non adeo caperent.

Digitized by Google

rum melius atque hactenus factum eſt, conſulant. verum hæc iam exequi, mihi non eſt deſtinatum. Laude interim ſua nequidquam fraudauerim Principem eius abſolutum, Aulamque Tiberianam, & alia meditamenta ciuilis prudentiæ. quanquam nec eius eſſe dignitatis facile dixerim, vt quenquam in ſui admirationem conuertant.

VI. SAMVEL RACHELIVS.

Facile de huius ingenio cognoſcet, qui *Commentarium in officia Ciceronis* nuper editum paulo intentius luſtrabit. In quo ad nauſeam pene laudat Boeclerum, non quod hunc non cenſeam dignum laude, ſed quia tam amplum iuris gentium ambitum in arctum vnius cerebrum cogere, & auctoritate potius, quam ratione niti mihi velle videtur. Sique libere, quod ſentiam, aperire inſtituerem, ſiue inuidia dicerem, maiorem eſſe titulo, quam effectu, & magis verboſum, quam ſolidum. Magnum ſane Doctoris juris naturalis & gentium inſigne eſt, dummodo huic paria ſpecimina edantur. Sed non omnes qui thyrſum gerunt, ſunt Bacchi. Nec ſola laurus Poetam, nec barba Philoſophum, neque titulus prudentiæ facit conſultum. Eloquentiam, ſi quædam aſcita exceperis, non ſimpliciter improbauerim: licet eloquentiam magis ſæpe commendet, quam exerceat. In iudicio enim aliquando haud abs re quid deſiderauerim. Animaduerſiones in Grotium promiſit. ſed expectationi fortaſſe tantæ non ſatisfaciet, promiſſa

miſſis, quam opera, melior ſcriptor. Ex vnguibus leo, ex factis vir cognoſcitur. Curam illam vix mihi approbabit, qui videam, eum in enucleandis iuris naturalis & gentium principiis duces ſequi parum fidos aut certe aliquando ancipites, & non raro plane mutos aut cœcos. Non auſim tamen quidquam de Grotianis illis pronunciare, cum de iis, quæ non viderim, ſatius putem, iudicium ſuſpendi. Quod Ciceronem Tacito longiſſime anteponat, & infirmi iudicii, & parum verſati in Tacito hominis argumentum eſt. Interim probo Rachelii conatum, ſi vel maxime huic non ſemper reſponderit euentus.

VII. NICOLAUS MARTINI.

Huic facile erat, refutare Auberium Gallum; poſtquam Henricus Kipping ſeu illi parauerat viam, ſeu, vt ita dicam, fregerat glaciem, quo minori periculo tam arduum iter ſuſciperet. Et Kippingum quidem in hiſtoria, Conringium in iudicio ciuilium controuerſiarum habuit præceptorem. Vtut nolim diffiteri, magis valere ingenio, quam Kippingum, compilando, quam iudicando, feliciorem. Spondet tamen Virum, ſi nondum eſt, & præterea, ſi vixerit, politicum haud vulgarem, & iudicio vel ipſius doctiſſimi Thomaſii perquam æſtimandum. Stylus moderate cultus, orationi ſæpe ad audaciam deeſt nihil. Quanquam ſubinde veniat in mentem mirari, conductu atque auſpiciis Boecleri, non multum vltra vulgarem eloquentiæ menſuram profecerit. Sed hi noſtrorum adoleſcentum

ſunt

Digitized by Google

ſunt mores, properare ad controuerſias, diſcere ineptias, literas humaniores ſpernere, & ea, in quibus ſtudiorum vertitur ſalus, præ cœca quadam ambitione negligere. Gratulabitur ſibi noſter, ſi aliam, vt debuit, inſtitit viam. Nolim interea præterire, eum certare ſæpe argumentis minime leuibus, & inſtituto ſu: ecturis. Nec plane, vt appáret, in iure naturali & Gentium hoſpes fuit. Tum vero accurate identidem loquitur & robur magis dicendi ſpectat, quam inutilem & faſtidioſum quorundam ornatum. Ad extremum, niſi quædam Gallica ſuis inſeruiſſet, haud dubie neſciuiſſem, eum Lingua Gallica loqui potuiſſe. Cæterum hic Gallus quomodo conciliabitur cum Latino, nec dicam Germano? Verendum ſane eſt, ne alius aliam expellat, dicam, an excutiat. Sed de hoc ipſe viderit. Meum iam eſt de rebus magis neceſſariis laborare.

VIII. SAMVEL PVFENDORFFIVS.

Multos habeo auctores, & præclare de eo ſemper exiſtimaſſe Conringium, & optime ſperaſſe Boeclerum. Hunc Lipſia, optimorum ſubinde altrix ingeniorum, accepit & formauit, Heidelberga perfecit dignumque habuit, quem velut per coloniam poſt Scheferum, mitteret ad Sueonas, qui redditum in eo ſibi Boeclerum affirmant certatim, & gratulantur maxime. Ego eum cum doctiſſimis contendo, & a Conringio & Boeclero proximum cenſeo, quicquid cenſeant alii. Elementa illa iuris, quibus ſuum præſcri-

ſcripſit nomen, alium parentem, aliam obſtetricem habuerunt, atque putant vulgo. Quisquis vero tandem eorum auctor ſit; illud fatendum omnino eſt, multa ibi ſubtilius, quam vtilius, multa acutius, quam verius tradita reperiri. Vt vel hoc mihi indicio ſit, aliquem in pulvere Euclideo Doctorem iis elucubrandis inſudaſſe. Diſſertationes alioqui vulgavit minime contemnendas, & ſummis huius ſeculi viris maxime æſtimatas. De cuius Monzambano ſi quædam repeterem; actum puto agerem. Satis enim noſter laudatus eſt, quem Regum Principumque fauore ſubnixum accepi. Nunc, opinor, Holmiam Suecorum peruenit, hanc & Vpſaliam, & ipſam adeo Sueciam laudibus illuſtraturus. Interim dolet Germania, Virum ſibi ereptum; Suecia traditum amplectitur, & eo nomine gaudet in ſinu.

IX. JOH. THEODORVS SPRENGERVS.

Hunc vt non negem variarum rerum maxime expertum, & iuris ciuilis notitia haud leuiter imbutum, tamen vix eſt, vt credam ſolidis Politicorum diſciplinis fuiſſe innutritũ. Iam diſtinguenda confundit, iam decidenda prætermittit; mox prætermittenda adducit; mox perperam exiſtimat de adductis. Opuſcula eius de *imperio* plus laboris, quam iudicii præ ſe ferunt. Axiomata ſtatus, quæ vocat, ex Hieronymo im Hof audaciſſime deſcripſit. Prætenſiones, quas exhibuit, mutilæ ſunt & mancæ. In minimis ſæpe hæret, & in maximis impingit.

Quin

Digitized by Google

Quin & aliquando de manifeſtis dubitat, & de dubiis confidentius pronunciat, vt neſciam, magisne præceps cenſor ſit, an anceps interpres. Clauſa illa iuris Publici arcana non ſatis penetrat. Nec elegantia in ſcribendo, nec accuratione in digerendo, neque iudicio in definiendo, ex dignitate operis vtitur. Et tamen liber librum trudit, magisque fœcundum ſe, quam felicem oſtendit. Scilicet alios vulgus, alios Parnaſſus laudat.

X. JOH. FRID. HORNIVS.

Eum quin cum præſtantiſſimis conferam, vix poſſum dubitare. Mentis acumine, neque impari facundia pollet præ cæteris. Tantum ex prudentia morum, ac notitia rerum ciuilium tulit laudis, quantum in iis induſtriæ collocauit. Diſſertum Buchnerus, conſultum Zieglerus reddidit. His atque aliis tum a natura bonis; tum ab arte ſubſidiis adiutus, iam ſibi, vt hominum ingenia ſunt, ſapere, & ſpiritus conditione ſua altiores ſumere cœpit. Hinc tandem eo audaciæ proceſſit, vt & irritum acumen exerceret, & principia ſuo iam arbitratu fingeret. Clariſſimo ſane Wendelero, horum ſtudiorum Profeſſori, toties litem mouit, quoties ſuggeſtum aſcendit. Quo animo cum eſſet, opiniones, quas imbiberat, ita mordicus defendit, vt nec monentibus cederet, & diſſidentibus moroſe ſatis repugnaret. Herculi citius clavam extorſiſſes, quam illi dominium eminens. Tanta illi in opinionibus religio, vt pene cum ſuperſtitione coniun-

Digitized by Google

ctam diceres. Rationes vt ſæpe grauiſſimas, ita aliquando magis ſpecioſas profert, quam ſolidas. Sique in nulla alia re, ſaltem in libidine rixandi præſidium ponit. In Architectonica, quam vocat, multa cœpit architectari & ſapiente indigna, & viro cordato minime ferenda. Multa tamen etiam ibi inuenias bono publico profutura, ſi cum delectu legas & cura. Sed & pulchra dicendi ratione in tantum claruit, vt multos pares, paucos agnoſcat ſuperiores. Ius beſtiarum non modo præclare difiniuit, ſed etiam luculenter expoſuit. Plus tamen ſæpe bilis, quam rationis, ſaltem moderationis, oſtendit. diris, ira, minis, plenus. Quod argumento eſt, ingenia magis excitata plurimum eſſe immoderata. Si votis mihi cum eo agendum ſit, nolim in inglorio ſilentio conſeneſcere, vt qui mereatur verſari in luce. Si Witebergam expectaſſet, indulgentiorem forte matrem habuiſſet, & ſummum pariter ſtudiis Patronum reperiſſet illuſtriſſimum Saxoniæ Lycurgum, Literarumque & Literatorum omnium & ſanctioris Conſilii Principem Carolum Friſium, Heroëm in toga, omni æuo excelſiſſime laudandum.

XI. JACOBVS LE-BLEV.

Scriptor grauis & cordatus, meliorique animo, quam ſtylo, & rerum maieſtate in quam plurimis Philippo Cominæo propior. Eloquentiam magis componit ad vbertatem Italicam, quam ad ſuauitatem Romanam. Vir eſt ſine fuco, & linguis exteris ita imbutus, vt non poſſit melius quis exterus. Nec libidinem rixandi, nec oſtentatio-

Digitized by Google

tationem amat, veteri probitate contentus. Præter ſummum animi candorem, maximam doctrinæ indolem omnes agnoſcunt. Inter cætera ingenii argumenta laudauerim ejus de *futuro Conſiliario* inſtructionem, *Principem*, *Diſſertationum* publicarum exquiſitiſſimum opus. Ne in præſens referam, quod plurima Italice & Gallice ſcripta reddiderit Latine. Mallem tamen paulo terſius reddidiſſet.

XII. GEORGIVS HORNIVS.

Eius compendia, quæ iam *orbis*, iam *Arcæ* titulo donauit, variis erroribus eſſe permixta, nemo doctiorum poteſt negare. Alios improuide ſequitur, alios incaute deſcribit. Illinc pudor, hinc ignauia redundat. Quædam ab eo in leui habita, quæ laudata oportuit. Res ciuiles non ſemel male explicauit, arcana imperiorum ne quidem intellexit. Quod non miror, cum domeſticas quoque ignorauerit antiquitates. Friſiorum Batauorumque Origines tam frigide interpretatur, vt non capiam, quid cauſæ fuerit, quod tantis a Boxhornio laudibus fuerit affectus. Sed nolim eius mihi iram concitare, cuius phreneſin vereor. De abſurdis Arcæ Moſis, nil monebo. Moneat aditus ipſius libri. Sed iſta cura ad ſapientiæ, non ad prudentiæ magiſtros pertinebit. Mihi ſufficiat, in præſens oſtentiſſe Orbem eius Politicum, & Imperantium, plures emptores, quam æſtimatores habere. Nimirum hæc fata librorum ſunt, vt ob opinione Vulgi magis conſtent, quam iudicio Parnaſſi.

Digitized by Google

XIII. PHILIPPVS IACOBVS SPENERVS.

Ne ſubeat mirari, quod Theologum in Politicorum referre numerum auſim. Nam vt quondam corrumpere & corrumpi, ſeculum vocabatur; ita hodie mutare & mutari, plane in legem abiit. Theologus Politicum, Politicus Theologum vult præferre, induere non dixerim. Laudat eius labores Tobias Wagnerus. Sed is Theologus eſt. Politici iudicium expecto. *De Sylloge* eius *Genealogica* iam olim iudicarunt doctiſſimi Ephemeridum auctores. Ego plus ab oleo laudandas credam, quam ab animo. Nam plurimum diligentiæ, parum ſæpe iudicii apparet. Theatrum Nobilitatis Europeæ magna quidem nomina habet, ſed non niſi vulgariter, & vnde limatioribus nauſea exiſtat, deſcripta. *Jus eius Heraldicum* (z) Gallicæ ſagacitati aut riſum mouet, aut bilem.

Tac. de mor. Germ. XIX. 3. Epiph. XXXIX. pag. 4, 1. ex v. Nita.

XIV. IOH. FRID. POPPING.

Orbis, quem inſcripſit, illuſtratus, adeo non illuſtrat huius famam, vt quoque obſcuret. Vix dici poteſt, quanto de hoc libro nondum edito fuerit expectatio, & quantæ laudes; quibus iam eo plus decedit, quo minus reſpondet promiſſis.

XV. Ioh. W. RELFENDSO HERMONTANVS.

Vel ex titulo, quem libello (a) præſcripſit, col-

(z) In editum, vt ego quidem exiſtimo.

(a) In Libro de ſumma principum Germanorum po-

Digitized by Google

collegi, non eſſe eum, quem polliceatur. Nam & verbis in eo pleriſque vtitur barbaris, & minus decore cohærentibus. Librum redeuntis anni exordium, ſpero, afferret. Quem ſi fuerim adeptus, faxo, vt quilibet ſciat, quid de eo ſentiat Parnaſſus, & quanto ſimul a Monzambano intervallo differat.

16.

Vix hæc pronunciaueram in Sanctiori Concilio, quod cenſorium dici Apollo voluit, cum vergens in noctem dies inſtitutum interpellauit, & iudicia in alium diem reiicienda, vel inuito dixit in aurem. Obſequor, quæ mea erga Apollinem pietas eſt, & moram fortaſſe non inutilem necto. Futuris, quæ in vernum tempus incidunt nundinis plures publica formula ad Cenſorium hoc tribunal vocandos reſeruari. (b) Ex quibus nomino Feldenum, Ioh. Loccenium, Kranichfeldium, Heſenthalerum, Erneſtum Gokelium, I. Brandium a Felwingerum, Pellerum, Textorem, I.I. Winkelmannum, Chriſtianum a Tenteburg; aliosque, vel laude, vel cenſura dignos. Non refragabor, nec me anget, ſi eadem, in me, qua ego in ipſos, cenſoria vti virgula cœperint. Enim ve- *Suet. in Aug.*

poteſtate 1669. 12mo fine loci & typographi nomine. Eſt vero Relfendo Heromentanus. Io. Wolffg. Roſenfeld.

(b) Sed his præſentibus nihil quicquam deinde pro-

ro mihi perſuaſiſſimum habeo, in libera literatorum Republica, liberas linguas eſſe oportere. De exteris etiam dicturum me recipio, ſi gratum huius iudicii ſpecimen fore acceperim. Cum minime committendum eſſe videatur, vt vel domi, vel foris quisquam huic ſorti ſe exemptum poſſit gloriari. Homines ſumus, nil humani a nobis alienum arbitraturi. nam quid de præclariſſimis quibusque ingeniis ſentiam, ſtudio veritatis, & liberali quodam animo referre, nulla opinor, lex prohibet, nulla ratio vetat. Nil eo dixi, nil eo ſcripſi, vt offenderem, ſed vt ingenuo noſtri ſeculi more, iudicia conſideranda aliis aperirem, nemini ſimpliciter approbanda præſcriberem. Inuidiam, odia, ſuſpiciones, res a me multo alieniſſimas, non opus erit deprecari, cum quidquid fecerim amore fecerim, veritatis, qua mihi nil prius vnquam fuit, nil prius vnquam erit. Liberaliter iudicaui, a conuitiis abſtinui, calumnias abominatus ſum. Hic meus animus eſt, hoc nunquam eſſe deſinam, aſidue operam daturus, vt neque dicam, neque faciam aliquid, quo quis unquam poſſit offendi.

Bona-

---

prodiit, quod omnium in ſe odium hac peracri cenſura conuerterat. Ita enim ipſe Xaquierius Paranus in vindiciis ait: *In poſterum quoque hoc tam inuiſo pluri mis conatu ſuperſedebit, nullam litigandi occaſionem daturus.*

Bonacoſſa, filia Scarſini Burri, vxor Matth

Stephanus, Vice

Barnabas Princeps Mediolani, Vicarius Imperii perpetuus, obiit Anno 1385.
Beatrix Martini Scaligeri filia.

Angleria, Vxor Frid. III. Reg. Siciliæ.

Antonia, Vxor Eberhardi W. Com. Würtenbergenſis.

Viridis Vxor Leopoldi Ducis Auſtr. an. 1386.

Erneſtus Ferreus, In Styria & Carin mort. 1424.
Margaretha, Barnimi III. Pomeraniæ filia.
Zimburgis, Maſouiæ Ducis filia.

Fridericus III. Imper. mort. 1493.
Eleonora Eduardi Portugal. Reg. fil.

Maximilianus I. Imper. mort. 1519.
Maria Caroli ult. Burg. D. fil.
Blanca Maria Galeacii Mariæ Ducis diol. filia.

Philippus Rex Hiſpan. mort. 1506.
Iohanna Ferdinandi Cath. filia.

Carolus V. Imperator mortuus 1558.
Iſabella Eman. Reg. Portugal. filia.

Philippus II. Rex Hiſpaniarum 1598.
Maria, Joh. III. Port. R. filia.
Maria, Henr. VIII. Angl. Reg. filia.
Iſabella, Henrici II. G. Reg. filia.
Anna, Maximiliani II. Imperat. filia.

Philippus III. R. Hiſpan. mort. 1621.
Marg. Caroli Archiducis Auſtr. fil.

Philippus IV. Rex Hiſpaniæ.
Iſabella Henrici IV. Gall. Reg. filia.
Maria Anna, Ferdin. III. Imp. filia.

Ferdinandu
Anna filia

Maximilian
15
Maria Carol

Matthias Im
mortuus 161

Digitized by Google

Digitized by Google

GENTIS
BVRRORVM,
NOTITIA (c)

Lectori beneuolo S. P.

VIr incomparabilis FRANCISCVS IOSEPHVS BVRRVS, nouum & lucidiſſimum orbis Sydus, ab ingratis Italis ſuis negle-

(c) Operæ pretium fuerit, huius libelli fata & hiſtoriam literariam percenſere. Quamuis enim in fine hoc ſcriptum iam ante Mediolani exſcriptum eſſe adfirmetur, non tamen eſt, quod adſentiamur, & primum Argentorati prodiiſſe audacter adfirmauerim. Nomen auctoris non adpoſitum eſt, neque mentio fit loci aut typographi: quantum vero ex Manuſcripto Wagenſeiliano mihi conſtat, iſte fœtus genealogicus in Franc. Ioſephi Burrhi laudem conſcriptus ex merito vendicatur *Ioanni Friſchmanno*, Regis Galliæ in vrbe Argentoratenſi Reſidenti. Accidit forte, vt Franc. Ioſeph. Burrhus, doctus ille impoſtor ex Italia profugus in Germaniam abiret, & primum Oeniponti, deinde Argentorati per tempus commoraretur, tum Friſchmannus neſcio qua cauſſa adductus edidit libellum ſub nomine: GENTIS BVRRHORVM NOTICIA, in qua originem huius Burrhi conatus eſt deducere ab antiquiſſima Romanorum Burrorum familia. Non multum poſt idem Friſchmannus in honorem Burrhi componebat monimentum ſeu ſtrenam huius

glectum, ab Argentoratenſibus meis non ſine magno omnium bonorum gaudio & congratulatione, honorifice exceptum, hactenus fulgore ſuo proprio, hoc eſt, rariſſimis animi ſui dotibus, præcellentis ingenii velocitate, incredibilis memoriæ firmitate, non Medicinæ tantum,

ſed

huius tituli: *Franciſco Ioſeph. Burrho ſacrum.* Nimius hic erat in aſſentando, quippe iis Burrhum exornauerat præconiis, vt non heroi, non genio cœleſti, ſed Deo proximus videretur. Fuere etiam, qui has laudes inuidendas ægrè ferrent, conatum Friſchmannianum nimiopere his denotantes verſiculis:

Dum Burrhum medicum verbis cœleſtibus efférs,
Pene negando hominem, penè negando Deum.
Idque facis verbis adeo monſtroſus ineptis,
Nemo & te ſanum credit habere caput.
Miror cum, vt memoras, omnes depellere morbos
Poſſit, non capiti conſuluiſſe tuo.
Quanto tu poteras melius gaudere propinquis
Quam veretra procul quærere in Auſonia.

Tum illico complures & Friſchmannum maxime illa cepit ſuſpicio, vt iſtius famoſæ ſchedæ Io. Henr. Boeclerum auctorem haberent, quaſi nemo amplius in vrbe foret, qui artis poeticæ facultate polleret. Vnde viſum eſt iſtis homunculis, nihilo elegantioribus verſiculis famam viri huius innocentiſſimi laceſſere:

- - - rabie mentis te laborare putent,
Hellebori munus. Burrhi medicamine dignus,
nec vitio capitis ſufficit omne tibi.

Ca-

Digitized by Google

ſed& vniuerſæ naturæ prodigioſa cognitione, & in curandis morbis deſperatis admirabili dexteritate & felicitate, ita omnium oculos & mentes perculit, vt alieno & a Proauis commodato ſplendore non indigeret. Sed cum veritati nihil detrahendum, nec aliquid prætermittendum

Q 5

Captator verborum & caſtigator ineptus,
Re vacuus rhetor, cætera Grammaticus.
Fuſte tuos humeros olim Chriſtina iubebat
- - - excipier valide:
Fuſtibus hinc paribus ſi te fors Burrhus obumbret,
- - - quis pudor inde tibi?
Crede mihi, meriti baculi ſi fabrica deſit,
- - - en faber aptus ero.

Quæ, vt credibile eſt, Boeclerum omnino male habuerunt, maxime cum exinde rumor primum diſperſus fuerit, ſe in ſueonum Regionibus peſſime tractatum & iubente ita Chriſtina Sueciæ Regina virgis caſtigatum eſſe. Itaque libello ſupplice adiit Senatum Argentoratenſem, prolatisque infamibus ſchedis legum auxilium aduerſus eiusmodi ſycophantas & verſiculorum auctores innocauit. Nihil interim neglexit optimus Senatus in cauſſa Boecleriana, cuius etiam nomine adpellatus eſt Burrhus, vt contumelioſi ſcripti auctorem indicaret. At ille tergiuerſari & immenſa ſua incertum a quo repoſitum illud ſe reperiſſe, dicere. Vnde non immerito poſtea Boeclerus eſt ſuſpicatus, hanc ſchedam a *Fabro* quodam fuiſſe compoſitam, qui non multum poſt vrbe exceſſit, a Senatu in perpetuum relega-

dum, quod nomen Illuſtriſſimi Viri & tam rari exempli hoſpitis, ciuica corona, ob tot ſeruatos ci-

legatus. Cum Burrho res ita fuit peracta, vt diceret, ſibi non amplius Argentoratum placere. Interea vt & officio ſuo defungeretur Boeclerus, & calumniæ notam abs ſe quam longiſſime remoueret, *Epiſtolam ad amicum tam adiuncto exemplo diplomatis Regii* A. 1660. Argentorati publice exſcribi curauit, qua in acta ſua cum Burrho fideliter recenſet, & innocentiam quoque ſuam teſtimoniis non idoneis confirmat. Diploma Reginæ Chriſtinæ, quod ſub diſceſſum e Suecia obtinuit, pleniſſimum eſt laudibus Boeclerianis, in quo & hoc legimus, quod Boeclerus annuæ penſionis loco etiam poſt diſceſſum octingentos Imperiales per ſingulos annos perceperit. Hæc vero ipſa epiſtola apologetica, per *Io. Chriſtoph. Wagenſeilium* Romæ oblata eſt Chriſtinæ, quæ non vultu ſolum propitio accepit illam, ſed ingenue quoque profeſſa eſt, nihil tale vnquam in Suecia fuiſſe geſtum cum Boeclero: hoc inſuper addito elogio, ſe gratulari Germaniæ de tanto, quem rurſus nacta ſit, exquiſitæ doctrinæ viro: ſibi vix perſuadere poſſe, an Germania vnquam talem protulerit virum, quam nunc Boeclerus foret. Cæterum ecquid Burrhus in re medica præſtiterit, docet nos multis verbis elogium Friſchmannianum, quod itidem inſeruimus integrum, modo veritate non ſint aliena, quæ refert. Legi de Burrrho etiam meretur libellus ſub hoc titulo excuſus: *La chiaue del Gabinetto del Caualliere Gioſeppe Franceſco Borri Milaneſe. Colon. 1681.* 12mo.

Digitized by Google

ciues, digniſſimi, famam augere & grati animi ſignificationem teſtari poſſit, operæ pretium me facturam exiſtimaui, ſi, in quam nuper incidi, Genealogiam ipſius, publici iuris redderem: vt Burrorum gentis peruetuſta & glorioſa origo, claraque proſapia, quæ a Bonaçoſſa filia Scarſini Burri, Matthæi M. Vicecomitis & Imperii Vicarii vxore, plurimas Principum Chriſtiani orbis familias, propinquitate ſanguinis & affinitatis contingit, omnibus innoteſcat. Ad fructus plures, maiores, meliores edendos, multum intereſt ex quali arbore ſit ſurculus. Et, ſi temperamenta, ſi morbi, ſi alia quæ corpori inhærent a parentibus in liberos deriuantur: quis neget animorum quoque propenſiones, vt quæ magna ex parte corporis ſequuntur temperamentum, in poſteritatem transfundi? Quare Sapienter Philoſophorum columen Ariſtoteles lib. 3. pol. cap. 8. Veriſimile eſt meliores eſſe eos, qui ſunt ex melioribus. Perſcriſcript. Argentorati 30. Ian. Anno MDCLX.

DE
GENTIS BVRRORVM
ANTIQVA NOBILITATE.

APud Romanos conſtat Spurium Burrum Tribunitia functum poteſtate anno ante reparatam mortalibus ſalutem 152. Q. Opimio & L. Poſthumio Coſſ. qui legem A-

Anno ante nato Chriſti 152 Spurius Burrus Romæ Tribunus Plebis.

gra-

grariam a Tyberio Graccho promulgatam antiquitauit, auctore Appiano Alex. lib. 1. Bell. Ciuilium Rom.

C. Plinius Burrus & P. Plinius Burrus.

Extat Aſcii Plebe Licinii, ſeu (vt tralatitio nomine paſſim vocant) Incini Diœc. Mediolan. peruetuſtum marmor his literis exaratum:

GENIO ASCII C. PLINIVS BVRRVS ET P. PLINIVS BVRR. ÆTERNITATI. Georg. Merula in ſuis Synonymis & homonymis pag. 38. Bonauentura Caſtilionæus in lib. Gall. in ſub. antiqu. ſed. fol. 41.

An. Chr. 52 Afranius Burrus Præfectus Prætorio Claudii & Neronis Imperatorum.

Mentionem quoque honorificam habet C. Cornel. Tacitus lib. 12. ſuorum Annalium de Afranio Burro, quem egregiæ militaris famæ & lib. 13. c. 6. multarum rerum experientia cognitum, appellat; hic a Claudio Imperatore præfectus prætorianis cohortibus eſt creatus anno poſt Chriſti aduentum 52. Huius itidem opera Nero Imperatorium faſtigium eſt conſecutus, acclamantibus prætorianis militibus, hic cum Annæo Seneca, & Agrippinæ cædes compeſcuit & Imperatorē in dies omnifariis ſceleribus ſe mancipantem, tamdiu retraxit, quamdiu eius auctoritas viguit: nam mox, licet factus a Pæto reus, calumnioſum accuſatorem, ipſemet inter iudices ſententiam dicens, exilio mulctauerit, immature tamen mortalitatem exuit, incertum valetudine, an veneno, idem Tacitus lib. 14. Taciti

citi ſuſpicionem fouet Sueton. Tranquillus in vita Neronis, dum dicit, Burro Præfecto remedium ad fauces pollicitus Nero, toxicum miſit, cuius ciuitati grande deſiderium manſit per memoriam virtutis. Tacitus 14, 15.

An. 83. Parthenius Burrus Præfectus Cubiculo Imperatoris Domitiani.

Parthenii quoque Burri meminit Martialis lib. 1. epig. 106. lib. 5. epigr. 6. lib. 8. epig. 28. lib. 9. epig. 50. lib. 11. epig. 11. Iuuenalis Sat. 12. Ille nec argentum &c. hunc Parthenium fuiſſe Palatinum intimum & familiarem, cubiculoque Imperatoris Domitiani, imperantis circa Annum Chriſti 83. præfectum, teſtatur Suetonius Tranquillus in vita Flauii Domitiani cap. 16.

182. Antiſtius Burrus Imperatoris Commodi cognatus & Conſul Romanus.

Conſequitur Parthenium Antiſtius Burrus, qui modo Imperatori Leuir fuit, Lampridius in vita Commodi, Onuphrius Panuinius in Comment. ſuorum faſtor. pag. 236. qui ibi aſſerit Græcis Byrrum dici, prout & dicit digeſtio annorum per conſules in Codicis calce deſcripta. Cum vero III. Conſul factus eſſet idem Commodus, collegam habuit Antiſtium Burrum, anno ſcilicet 182. ex fide eiuſdem Panuinii ibidem & marmoris, cujus inſcriptionem notat Aldus Manut. in ſua orthographiæ ratione in verbo Kalendæ, Inſcriptione ſexta. Huius Antiſtii Burri meminit quoque Iulius Capitolinus in vita Pertinacis.

Ad.

208. *S. Monas Burrus Mediol. Archiepiſcopus.*

Addidit Burrorum familiæ immortale decus D. Monæ Burri dignitas & ſanctimonia, qui in ipſis comitiis coeleſti fulgore circum amictus ad Mediolanenſis Eccleſiæ Archiepiſcopatum euectus, ciuitatem ſuam in 115. Parocӕcias digeſſit, ampliſſimum patrimonium pauperibus erogauit, Liberali Patritio Mediolanenſi ſpatium ad extruendum D. Petro fanum, largienti, præclariſſimum cognomen, & dubio procul duraturum apud omnem poſteritatem pietatis eximiæ monumentum indidit: tandem Monam exoſum diuturniorem in terris moram ſuſcepit cœlum anno ſalutis 267. De D. Mona Burro in Sanctorum albo adſcripto mentionem faciunt Galu. de fl. lib. 6. Franciſcus Beſutius in ſua Pontif. hiſt. Med. part. 2. Galeſinus in albo S. S. Antiſtitum & Caſtillionæus lib. Gall. in ſ. ant. ſed. fol. 23. Calchus lib. 1. Carolus a Baſilica Petri Epiſcopus Nouarienſis in Succeſſ. S. Barnabæ cap. 6. Ioſephi Ripamon. hiſt. Eccl. l. 2.

B. Anton. Burrus.

Meminit & obiter Paulus Morigia de Mediolanenſi nobilitate c. 11. Beati Antonii Burri ex ordine Canonicorum Regularium D. Auguſtini, eundemque vti cognomenti, ſic & D. Monæ Sanctitatis hæredem prædicat.

1119. *Eripr and. & eius filius & Gigas Bur-*

Inter triginta quinque nobiles Mediolan. qui anno 1119 nomen ſuum precibus D. Bernhardi adſcripſerunt tabulis, quibus immunitate donata eſt

eſt Eccleſia S. Iacobi in Pontido, tres, nempe Eriprandum & eius filium, & Gigum Burros, enumerat Bernard. Cor. in ſua hiſt. pag. 62. Calchus pat. hiſt. lib. 7. p. 151. *ri Nobiles Mediol.*

Celeberrimæ fuit militiæ Guielmus Burrus, qui referente Paulo Veronenſe in ſua hiſt. bel. Hieroſolym. ſub Balduino Rege Hieroſolymam obtinente, eiusdem Regni Comeſtabilis fuit, expugnauitque Tyrum, mox captiuum ſuum regem ab Agarenis pacta deditione Tyri vindicauit. *1125. Gulielmus Burrus Regni Hieroſolymitani Comeſtabilis.*

Nec de bellica duntaxat arte Burri bene meriti: refertur etenim a D. Raph. Fanniano miræ ſedulitatis antiquario in Chron. de Med. Nob. ſub familia Burra, ſententia anno 1140. lata per Ardericum Chaiganiſſam, Artaldum de Raude, Manfredum de Septara, Ardericum de Palatio & Malaſtrenam & Gigonem Burros, Martinum della Cruce, Ottobellum de Laude, omnes iudices dictos inter Locarnum & Petrum Beſutios, & Comites Caſtri Seprii ſuper feudo Mendriſii & Rancati. *1140. Malaſtrena & Gigo Burri Iudices.*

Paganum quoque & Nigrum Burros, anno 1159. inſigni potitos victoria de Papienſibus, Fridericus Ænobarbus, luctuoſus ille patriæ euerſor, (a quo vrbs capta, ſpoliata, funditus euerſa; omnia antiquæ nobilitatis monumenta perierunt) *1159. Paganus & Niger Burri.*

R

Digitized by Google

runt) ex improuiſo Mediolan. palantes, prædæque intentos adgreſſus, inter cæteros patritios diu Germanorum viribus reluctatos, captiuos habuit. Triſt. Calch. hiſtor. patr. pag. 192. Cor. pag. 100.

1161. *Filius Burri de Burris.* Strenuæ fortitudinis ſpecimen dedit filius Burri de Burris anno 1161. qui cum in Laudenſes profectus, illos ferè ad internecionem deleuiſſet, ſuperueniente noua hoſtium manu, multis vulneribus pro patria acceptis, tandem captivus multitudini hoſtium ſuccubuit. Cor. p. 108.

1183. *Gulielmus Burrus Mediolan. Delegatus ad Imperatorem.* E Longobardiæ proceribus, qui anno 1183. cum Friderico Ænobarbo foedus icerunt, iuramentoque ſanxere, inter Mediolan. delegatos Gulielmus Burrus eo munere functus eſt honorificentiſſimo, vt patet ex Cor. pag. 142. & ex lib. de Pace Conſtantiæ cap. Hi ſunt Nuncii.

1196. *Ghizo Burrus Med. Conſul.* Conſulatum obtinuit Ghizo Burrus Mediolan. Cor. p. 172. hic itidem auctor fuit, vt inter Mediolanenſes & Nouocomenſes diſſidentes foedus iniretur, extatque adhuc inſtrumentum dictæ pacis, quod a ſe lectum teſtatur, D. Raph. Fann. in Chr. de Mediolanenſi nobilitate, ſub familia Burra, traditque ibi hunc Ghizonem fuiſſe ex iuſto V. Collegio Iudicem.

In

In nobilibus familiis, quæ anno *1198.*
1198. ad eiuſdem ciuitatis Archiepi- *Burri Nobiles Med.*
ſcopum, dominium Reip. ſpectare
affirmarunt, Burros reponit Cor. pag. 175.

Dominicus Burrus, inter tres ex *1203.*
parte nobilium conſtitutos Prætores *Dominicus*
anno 1203. refertur a Cor. electus p. *Burrus bis*
177. Calch. hiſt. patr. pag. 266. hic an- *Prætor Med.*
no ſequente iterum vnus ex ſex Prætoribus eſt
creatus. Calch. d. p. Gal. Flam.

Gulielmus Burrus, qui iniuſte a *1218.*
ſeditioſis in diſcrimen capitis voca- *Gulielmus*
tus, a Petro Vialta Placentino Medio- *Burrus.*
lan. Prætore anno 1218. eſt abſolutus.
ex Chr. de Mediol. Nob. ſub familia Burra D.
Raph. Fann.

Referente fratre Cherubino anna- *Idem Præt.*
lium ſuorum lib. 5. anno 1224. Gu- *Bononiæ.*
lielmus idem Bononiæ præturam ob-
tinuit, & Ioannem Brennam Hieroſolymæ Re-
gem honorificentiſſime excipit.

Idem tanquam vir magnæ autori- *Idem ann.*
tatis, interfuit iurantibus Nouoco- *1229. die 11.*
menſibus, pro ſeruando fœdere fauo- *Decembr.*
re eccleſiæ ſub an. 1229. die 11. Decembris in ma-
nibus Henrici Septalæ Med. Archiepiſcopi Cor.
pag. 78. antiq. impreſſ.

Fuit & alter Burrus de Burris, qui *1249.*
in anno 1249. die 23. Iulii Reipubl. *Burrus de*
Mediolan. cum aliis legatis, ſuæ Pa- *Burris Legat.*
triæ nomine, cum Nouocomenſibus *Med.*

Digitized by Google

fœdus percuſſit, vt apparet ex inſtrumento per D. Fann. ſupra relato.

Id. anno 1258. Hic anno 1258. cum aliis pro Capitaneis, & Valuaſoribus interfuit paci, quam S. Ambroſii. appellant. Cor. pag. 263.

1251. *Lancia Burrus.* Lancia Burrus, filius Comitis Portæ nouæ, interfuit paci inter Laudenſes anno 1251. Cor. p. 262.

1253. *Baro Burrus Dux Mediol.* Baro itidem de Burris, fuit vnus ex duodecim Mediol. qui in Papienſes bellarunt, multaque Nobilia Oppida diruerunt anno 1253. in oppugnatione autem Mortarii fortiſſime pugnans eſt captus, verum in ſequente die ſuburbiis expugnatis liberatus, Papienſes Mortarienſibus ſuppetias laturos, præſentiſſimi belli minis abs ſe terrefactos, pacem ſupplices expoſcere coëgit. Manip. Hor.

1263. *Lanfrancus Burrus Dux Mediolanſ. aduerſus Locarnum.* Imperium Comenſis vrbis Philippus Turrianus referre debuit acceptum Lanfranco Burro, qui auctore Cor. p. 263. an. 1263. egregie militarem operam in eo bello nauauit; Ruſconos etenim poſt ingentem cladem profligatos, eorum Ducem Simonem Locarnum quatuor & viginti millium paſſuum ſpatio inſecutus in captiuitatem redegit. Calch. hiſt. 1. part. lib. 16. pag. 338.

1269. *Francinus Burrus Dux Mediol. No-* Extorris Valuaſorum Capitaneorum Nobilitas anno 1269. Ducem ſibi legit Francinum Burrum, aduerſus

ſus Turrianos & Plebem: hic ipſe in Hiſpania Bætica apud Caſtellæ Regem legati munere functus, poſt oblatum illi Mediol. Dominium, ab eo, Equitis aurati dignitate honeſtatus, ſexcentos equites impetrauit, Cor. pag. 297. *bilitatis adverſ. Turrianos.*

1275. *Scarſinus Burrus Tritaui D. Fr. Ios. proauus cum Othone Vicecomite Archiepiſcopo Capitaneus Generalis adverſ. Turrianos.*

Scarſinus Burrus aliquibus Squarcinus Tritaui Dni Franc. Ioſephi Proauus, quem Cor. pag. 120. antiqu. edit. appellat Nobiliſſimum Equitem, Iouius in vita Ottonis, virum apprime nobilem & opulentum vigoreque animi atque armorum peritia illuſtrem, Georg. Merul. Vic. Antiq. lib. 6. Opulentum hominem, & in rebus gerendis minime ignauum, cuius verba, vt fere omnia mutuatus Calch. lib. 16. repetit: eadem præconia ingerit Bugatt. p. 328. & 330. qui ab Othone Vicecomite, Archiepiſcopo & Nobilibus exulibus in Ducem, ſeu vt vocant, Capitaneum Generalem aduerſus Turrianos creatus, a Ferdinando Hiſpaniarum Rege auxiliares copias obtinuit. Turrianos ad pontem Turbici non magis fortitudine armatos vicit; quam libertate perhumaniter donatos ſibi patriciiſque deuinxit. Cor. p. 312. Iouius in vita 12. Vicecom. fol. 14. & 15. Bug. p. 330. & ſupra memorati Auctores.

1275. *Bonacoſſa*

Bonacoſſa ex antiqua Burrorum familia, filia, vt ait Cor. p. 258. Iouius fol.

Burra, mater Vicecomitum Med. Dominor. & poſtea Ducum.

14. ſtrenui Scarſini ſupradicti, virtute, forma & inſigni fœcunditate prædita. ſic eam appellat dictus Iouius Vxor fuit Matthæi Magni Vicecomitis. Cor. d. pag. 258. Iouius d. fol. 14 Calch. p. 353. & 411. Georg. Merula p. 114. genuit Galeacium: Cor. pag. 310. Iouius fol. 52. Marchum, Luchinum, Ioannem & Stephanum, Mediol. Dominos, qui aucta non mediocriter ditione, animos poſteris ſuis totius Italiæ Regni potiundi addiderunt; hæc demum 1318. funerata eſt in Euſtorgiana Eccleſia. Cor. p. 147. antiq. impreſſ.

1277.
Gulielmus Burrus Eques auratus Dux P. R.

Gulielmus Burrus Eques auratus an. 1277. P. Roman. Dux, ſeu Capitaneus & militaris defenſor eſt conſtitutus. Cor. pag. 2[illegible]o.

1292.
Otho Burrus Prætor Comenſis & Papienſ.

Otho ſeu Othorinus Scarſini frater an. 1292. a Mathæo Magno Vicecomite, ſuo Sororio, adeptus eſt Papienſem & Comenſem Præturam. huius filia Napino Turriano nupſit. Cor. p. 355. 365. 387.

1302.
Gulielmus & Land. de Burris Med. Proceres.

Gulielmus & Landulfus de Burris anno 1302. inter alios Vrbis primates qui a partibus Vicecomitis erant referuntur a Cor. p. 176. antiqu. impreſſ.

1311.
Quatuor ex Bur. Decu-

Balthaſarem, Maſſeum, Franciſcum & Iacobum de Burris refert D. Fann. an. 1311. Decurionatus munere

a Po-

Digitized by Google

a Populo donatos, quod & liquidius patet ex Inſtrumento Mandati ad conſequendam abſolutionem interdicti a Benedicto XII. huiusmodi ſcripturis in Mediol. Ærario ſeruatis. *riones ciuit. Med.*

Sedulitas Comitis Burri an. 1322. cui inter alios 12. Mediol. Nobiles mandata erat cura Placentiæ, periclitantem Actium Vicecomitem, ob Landi perfidiam, ſeruauit incolumem. Iouius in vita XII. Vic. lib. 3. 1322. *Comes Burrus inter 12. Mediol. Nobiles.*

Guzzinus Cauazza Burrus, qui referente Cor. an. 1322. ex Nobili & prædiuite Burrorum familia Gentili conſuetudine aduerſatus a Gibellinis ad Guelphos deſciſcens, Moguntiacum occupauit, Cor. pag. 153. antiq. edit. Iouius vti ſupra. 1322. *Guzinus Cauazza Burrus Guelphus.*

Cum cenſus, vulgo æſtimium, ciuitatis eſſet reformandus, cura huiusce negotii iniuncta fuit Chriſtophoro Burro per literas ducales anni 1390. relatas a D. Fann. 1390. *Chriſtoph. Burrus reformator æſtimi.*

GENEALOGIA

ILLVSTRISSIMI DOMINI

FRANCISCI IOSEPHI BVRRI,

ex Inſtrumentis publicis.

PRimo conſtat inter mortales degiſſe Scarſum Burrum; hic pater *Ann. 1200. Scarſus, Tri-*

Digitized by Google

taui D. Fr. Ioſ. Atauus.

Landulphi enunciatur in Inſtrumento ſententiæ latæ inter communitatem Oſſonæ, & illam de S. Stephano, rog. per Simonem de Fracapanis & Porinum de Cygardis publ. Mediol. Notarios die 15. Febr. anno 1375. ſignat. A. qui Scarſus veriſimiliter ex ætate Scarſinieius Nepotis, vixit circa annum 1200.

1392. 30. Octobr. Landulphus Burrus Tritaui D. Fr. Ioſ. Abauus.

Ex ſupra citato Inſtrumento colligitur Landulfum Burrum filium Scarſi fuiſſe, quod confirmatur inſtrumento ſententiæ latæ inter homines communitatis Oſſonæ, & eos de S. Stephano, rog. per Ioannolum de Medicis, & Continum de Moreſinis die 30. Octobr. 1392. ſign. B. de hoc ſupra dictum in Nobilitate in genere.

Iſte fuit Pater Scarſini, vt probatur a ſupra & infra ſcripto Inſtrumento ſignat. A. & vt etiam arguitur ex facto tali ſignato BR. vbi referuntur verba Ioannis Burri, filii quondam Landulfi ita teſtantis anno 1337. ſi vero. Inſtituo mihi hæredes D. Othonem Burrum fratrem meum & D. Franciſcum Nepotem meum, filium quondam D. Scarſini.

Scarſinus Tritaui D. Franc. Ioſ. Proauus.

Scarſinus vero Tritaui D. Francisci Ioſephi Proauus, fuit Mediolanenſium extorrium Capitaneus Generalis; huius filia Bonacoſſa nupſit Matthæo Magno, Vicecomiti, & ſic omnes Mediol. Duces, quoad lineam maternam e Burrorum familia defluxere; ſed de Scarſino, & de

Bo-

Digitized by Google

Bonacoſſa Burra dictum fuit in Nobilitate Gentis Burrorum,

Ex Scarſino genitus eſt Franciſcolus, Tritaui D. Franciſci Ioſephi Auus, de quo fit mentio in Inſtrumento ſupra producto ſign. A. in illis verbis D. Franciſcoli Burri Biatici quondam D. Landulphi, & comprobatur per inſtrumentum, quo D. Otho Burrus f. q. D. Landulphi inueſtiuit nomine locationis Antonium Semprinum, f. q. Zambelli de Prædiis 74. Beſati ad partem & vtilitatem Franciſcoli & Gulielmoli dicti Negri habitantium in Burgo Cobertæ Rog. per Zambellolum filium Manzoli Brozii Not. an. 1326. 18. Febr. ſign C.

1326. 18. Febr. Franciſcolus, Tritaui Fr. Ioſ. Auus.

Franciſcolus vero genuit D. Cæſarem, Tritaui D. Franciſci Ioſephi Patrem, cuius nomen reuera erat Iohan. Franciſcus, ſed ob liberalitatem mutatum fuit in Cæſarem, vt dicit Cor. p. 298. antiq. edit. & D. Fann. in Chr. ſub familia Burra. habitantem in Burgo Corbettæ, vt per inſtrumentum venditionis a D. Franceſchino de Burris filius quondam D. Milani ipſi D. Cæſari factæ tot bonorum, vt aſcendant ad ſummam florenorum aureorum 30000. Rog. per Ioannolum de Medicis & Ambroſium Boſſium Notarios Mediol. an. 1386. die ſecunda Iunii ſign. D.

1386. 2. Iun. D. Cæſar Tritaui D. Fr. Ioſ. Pater.

Item per aliud inſtrumentum anni 1393. 16. Decembr. vbi dicitur Nobilis & egreg. Vir D. Cæſar Bur-

1393. 16. Dec. Idem notatur.

rus, natus quondam Nobilis, & potentis Militis viri D. Franciſcoli Burri Civit. Mediol. nunc habitans in Burgo Corbetta Comit. Mediol. inveſtiuit nomine libelli &c. Rog. per Porolum Lanzapanicum Mediol. not. ſign. E.

1419. 4. Dec. Franciſcus D. Fr. Ioſ. Tritauus. Subſecutus eſt Franciſcus, D. Franciſci Ios. Tritauus, filius quondam Nobilis viri D. Cæſaris Burri olim ſpectabilis militis D. Franciſcoli, habitans in Burgo Corbettæ, Cap. Pl. Duc. Mediol. vt apparet per inſtrumentum repudiationis hæreditatis maternæ ab eo factæ, Rog. par Antonium de Medicis an. 1419. die 4. Dec. ſign. F.

1449. 24. Sept. Idem Hic an. 1449. die 24. Septembr. a Franciſco Sfortia Mediol. Duce obtinuit priuilegium immunitatis, datum ſupra dictis anno & die, ex felicibus caſtris Linate contra Mediol. ſign. G.

1450. d. 4. Dec. Idem Fuit præterea Præfectus arcis Laudenſis, Capitaneus & Caſtellanus arcis Derthonæ, vt probatur exemplo authentico literarum patentium eidem a Franciſco Sfortia datarum anno 1450. 4. Decembr. & etiam datarum anno 1451. quo fuit confirmatus, ſign. H.

1470. 15. Nov. Thadæol. D. Fr. Ioſ. Atauus. Thadæolus vero Atauus, vt patet per inſtrumentum ſign. M. cum alapam, ſiue pugnum Ioanni Burro in aula Ducis Galeacii Mariæ Sfortiæ impegiſſet, precibus Cæſaris & Landulfi eiuſdem Thadæoli fratrum ciuium Mediol. & arcis Caſtelletti Ianuæ Caſtellanorum, a præfato Du-

ce

ce eſt abſolutus, vt patet ex reſcripto gratioſo ab eodem Principe dato: Vigleuani an. 1470. 15. Novembr. ſign. K.

Etiam propter priuatas & publicas occupationes idem Thadæolus & fratres excuſati ſunt ab onere tutelæ minoris Nepotis. de quo teſtantur literæ Ducales dat. Modœcie an. 1471. die 11. Ian. ſign. L.

Idem 1483. cum habitaret Corbettæ, inueſtitus eſt nomine ficti libellarii a D. Io. Antonio de Vicomercato, vt patet ex inſtrumento de hac cauſa celebrato an. eodem 17. Febr. Rog. per Ioannem Petrum de Sachis Not. Mediol. ſign M.

Ex Thadæolo ortus eſt Bernardus, ſiue Bernardinus, D. Franciſci Ioſephi Abauus, vt ex Inſtrumento compromiſſi, facti per D. Ioannem Venturam filium quondam D. Thadæoli, habitantem in Burgo Corbettæ cap. Pleb. Duc. Mediol. nomine proprio & etiam Procuratorio Bernardini & aliorum minorum fratrum ſuorum in Balthaſarem Trincerium & Franciſcum Boyſium I. C. Rog. per Marchum de Priſianis an. 1491. 4. Nov. ſign. N.

Idem habitabat Mediol. in P. T. P. S. Alexandri in Zebedia, vt patet per Inſtrument. rog. per Bernardum de Boſſiis Mediol Not. an. 1511. die 7. Iunii, quo D. Ioannes Bonauentura, & Bernardus fratres de Burris, filii quondam D. Thadæi ſe obligant D. Bertolano de Bellinis ſign. 1.

Nobilis D. Bernardus de Burris, filius quondam

dam ſpectabilis D. Thadæi an. 1515. habitabat Mediol. in P. T. P. S. Alexandri in Zebedia, vti conſtat Inſtrumento confeſſionis ipſi factæ a Ven. Procuratore Fratrum Humiliat. S. Ambroſii ad Nemus Rog. per Ludouicum Choldirolum an. 1515. die 4. Dec. ſign. 2.

1520. 4. Iul. Idem Hic cum Ioanne Præſide Officio Salis, & aliis Burris a Franciſco Primo huius nominis, Francorum Rege, obtinuit confirmationem priuilegii immunitatis, quæ confirmatio data eſt Mediol. a. 1520. die 4. Iun. ſign. 3.

1523. 3. Mart. Idem Idem cum eſſet Corbettæ Cap. Pleb. Duc. Mediol. an. 1523. die 3. menſis Martii, condidit teſtamentum, quo inſtituit ſibi hæredes filios ſuos Brandam, Ioannem Franciſcum, D. Franciſci Ioſephi Proauum & Hieronymum, omnes fratres: quod teſtamentum rog. eſt per Iacobum de Venagono publ. Mediol. Not. ſign. 4.

1531. 30. Oct. D. Io. Franciſcus D. Fr. Ioſ. Proauus. Ioannes Franciſcus, D. Franciſci Ioſephi Proauus anno 1531. die 30. Octobris Corbettæ morabatur, vt probatur inſtrumento, quo D. Nicolaus de Curte negotiorum geſtor minorum ſcilicet DD. Hieronymi, & Ioannis Franciſci fratrum de Burris fil. quondam D. Bernardi, habitantium in dicto Corbettæ loco, inueſtiuit nomine locationis D. Ioannem Ambroſium de Ghiſulphis Rog. per Petrum Martyrem Spanzoram ſign. 5.

Anno

Digitized by Google

Anno pariter 1534. dié 14. Martii, DD. Branda Ioannes Franciſcus & Hieronymus, omnes fratres de Burris; fil. quondam D. Bernardi, omnesquè habitantes in locò Corbettæ cap. Pl. Duc. Mediol. fecerunt datum in dotem Iſabellæ eorum Sorori, vt ex Inſtrumento ideo rog. a Cæſare Cataneo publ. Mediol. Not. ſign. 6. 1534. d. 14. Martii Id.

Corbettæ degebat D. Ioannes Franciſcus de Burris, filius quondam Nobilis D. Bernardini anno 1543. 26. Iulii vt per Inſtrumentum rog. a Ioanna Maria a Comite publ. Mediol. Not. ſign. 7. 1543. 26. Iul. idem.

Idem per Inſtrumentum, quo Magnif. D. Io. Franciſcus, D. Franciſci Ioſephi Proauus an. 1554. vltimo Aprilis, ſe obligauit pro dote data a Magnif. D. Luchina de Rubeis Magnif. D. Brandæ eiusdem D. Franciſci fratri. Rog. per Fridericum de Scarauáziis publ. Mediol. Not. ſign. 8. 1554. 30. April. Idem

Anno quoque 1560. 22. Auguſti, idem Magnif. D. Ioannes Franciſcus filius quondam Magnifici D. Bernardi Burri, Corbettam incolebat, quod teſtatur Inſtrumentum venditionis ei factæ a Philippo de Caſate, Rog. per Lancellott. de Terzago Publ. Med. Not. ſign. 9. 1560. 22. Aug. Idem

Idem anno 1565. cum habitaret Mediol. P. C. P. S. Marcellini, celebrauit Inſtrumentum, quo continetur quemadmodum Magn. Dn. Io. Franciſcus Burrus filius 1565. 25. Sept. Idem

quon-

Digitized by Google

quondam Magnif. D. Bernardi, emit a D. Preſbytero Signorino de Burris, quædam bona immobilia. Rogatum eſt Inſtrumentum per Io. Bernardum Gazzurum publ. Mediol. Not. præfato anno die 25. Septembris ſign. 10.

1571. 12. Nou. Idem — In eodem quoque Corbettæ loco habitans idem Magn. D. Ioannes Franciſcus, filius quondam Magnif. D. Bernardi, emit quædam melioramenta a Stephano de Prandonibus, vt per Inſtrumentum hac de cauſa rogatum 1571. die 22. Novembris per Lancellottum de Terzago publ. Mediol. Not. ſign. 11.

1580. 11. Maii D. Bernhard D. Franc. Ioſ. Auus. — Ex Io. Franciſco natus eſt Bernardus D. Franciſci Ioſephi Auus, qui anno 1580. in dicto loco Corbettæ morabatur, vt oſtendit inſtrumentum, quo Magn. D. Franciſcus Reſta confitetur ſe recipiſſe a Magn. D. Bernardo Burro, filio quondam & hærede in ſolidum Magnif. D. Io. Franciſci, ſolutionem cuiusdam ficti libellarij Rog. per Paulum de Medicis publ. Mediol. Not. dicto anno, die 11. Maii ſign. 12.

1590. 2. Martii Idem — Eſt & Inſtrumentum aliud anni 1590. 2. Mart. quo Magn. D. Bernardus Burrus, filius quondam Magn. D. Io. Franciſci P. V. P. S. Martini corpus Mediol. releuatus eſt a quodam debito, rog. per Hieronymum Cribellum publ. Mediol. Not. ſign. 13.

1597. 18. Aprilis Idem — Anno 1597. 18. menſis Aprilis idem Bernardus Burrus habitabat Mediol. P. V. P. S. Martini ad Corpus. vt ex Inſtrumen-

to

to permutationis quorundam bonorum immobilium, factæ cum R. Presbytero Hieronymo Luciano, Sidriani Rectore. Rog. Per Iacobum Antonium Cerrutum. Not. Cancell. Archiepiſc. Mediol. Actuarium ſign. 14.

Magnificus D. Bernardus Burrus, 1605. 7. Iulii Idem
filius quondam Io. Franciſci habitanit Mediol. P. C. P. S. Simpliciani, vt ex Inſtrumento, quo M. R. Moniales S. Agnetis Mediol. confitentur ſe ab eo recipiſſe dotem ſpiritualem & reliqua pro eius filia Rog. per Martinum Cananam Curiæ Arch. Not. anno 1605. 7. Iulii ſign. 15.

Anno pariter 1611. die 22. Octobr. 1611. 22. Oct. Idem.
idem Magn. D. Bernardus Burrus, filius quond. Magn. D. Io. Franciſci Mediol. in P. C. P. S. Ioannis ad quatuor facies degebat, id quod arguit Inſtrumentum, quo M. R. Sacræ Virginis Monaſterii S. Auguſtini, & Petri Martyris P. Ludouicæ Mediol. confitentur, ſe ab eo recipiſſe ſolutionem dotis ſpiritualis, & reliquorum pro altera eius filia. Rog. per eundem Cauanam ſign. 16.

Idem an. 1621. 12. Auguſti degebat 1621. 12. Auguſti Idem
in loco Sidriani Ple. Corbettæ Duc. Mediol. prout in Inſtrumento recognitionis factæ inter D. Bernardum & Fabritium Melzium I. C. C. vbi dicitur D. Bernardus Burrus, filius quondam Io. Franciſci, habitans in loco Sidriani Ple. Corbettæ Duc. Mediol. Rog. per q. D. Balthaſſarem Cuſſonum olim Pub. Mediol. Not. &

a Pe-

a Petro Antonio Puſterla publ. Mediol. Not. ex pletum ſign. 17.

1632. 17. Septembr. D. Branda Burrus D. Franc. Ioſ. Pater. Ex Bernardo natus eſt Branda Burrus, Franciſci Ioſephi Pater, Phyſic. Coll. prout dicitur in Inſtrumento venditionis factæ a D. Anna Caſat ipſi D. Brandæ Burro Phyſ. Coll. Mediol. fil. quondam Bernardi P. V. P. Sanctæ Mariæ ad Portam Mediol. Rog. an. 1632. 15. Septemb per Io. Petrum Zuchium publ. Mediol. Not ſign. 18.

1637. 19. Sept. id. Idem habitabat Mediol. an. 1637. 19. Septembr. prout ex Inſtrumento Inueſtituræ factæ in Brianzolos, quod habet Phyſ. C. D. Branda Burrus fil. quondam D. Bernardi P. V. P. Sanctæ Mariæ ad Portam Mediol. Rog. per Carolum Caſtillioneum publ. Mediol. Not. ſign. 19.

1645. 4. Ian. Idem. Anno 1645. 4. Ianuar. idem Phyſ. C. D. Branda Burrus fil. quondam Bernardi P. V. P. Sanctæ Mariæ Secretæ Mediol. degebat, vt ex inſtrumento confeſſionis factæ a D. Laura Magdalena Cipranda; rog. per Carolum Blancum publ. Mediol. Not. ſign. 20.

1651. 10. Maii Idem. Aliud Inſtrumentum Inueſtituræ factæ an. 1651. 10. Maii in Patrem & fil. Rubeos, vbi dicitur D. Branda Burrus. Phyſ. Coll. Mediol. fil. quondam D. Bernardi P. V. P. Sanctæ Mariæ Pedonis Mediol. Rog. per Ioannem Baptiſtam Imponatum publ. Mediol. Not. ſign. 21.

Ex

Digitized by Google

Ex Branda natus eſt D. Franciſcus Ioſephus, vt ex fide Baptismatis.

NOMINA, COGNOMINA, ET DIGNITATES I. C. *Venerandi Collegii Mediolani, Equitum & Comitum.*

PEtrus Antonius Verrus.
Marcus Antonius Confalonerius.
Io. Baptiſta Foſſatus, Abbas vtriusque ſignaturæ S. D. N. Referen. Canon. S. Mariæ Scalenſis, ac Commendatarius S. Mariæ de Carugate.
Io. Baptiſta Beſutius ex Condominis Beſutii.
Petrus Paulus Confalonerius.
ANDREAS ALIFER Senator,
Iulius Dugnannus.
Gaſpar Alifer.
Franciſcus Billius Burgi Saroni, & Glarolarum Com. Abb. Sanctiſſ. Trinit. capitis lacus, vtriusque Signaturæ S. D. N. Refer. & Epiſcopus Papien.
ALOYSIVS CVSANVS Marchio Reg. & Præſes Excell Senatus.
HIERONYMVS MELTIVS Rotæ Romanæ Auditor.
FRANCISCVS VICECOMES Feudatarius Carbonariæ, & ex condominis Albizati, & pertinentiarum & Epiſcopus Cremonæ.
HIACYNTHVS ORRIGONVS Reg. Duc. Senator, & Phæud. Vedani Pleb. Caſtri Septii.

Digitized by Google

Hieronymus Vicomercatus ex Vicarii Generalibus in Dominio. Mediol.
Franciſcus Reſta.
Joſeph Cruceius ex LX. Decurionibus.
Marcus Antonius Caymus.
Io. Baptiſta Cribellus, Eques Religionis Immaculatæ Conceptionis B. V. M.
Ludovicus Moneta.
Carolus Pirovanus Conſultor S. Officii.
THEODORVS TRIVVLTIVS S. R. Æ. Diaconus, Cardinalis S. Cæſarii Provinciæ March. Legat. Sacr. Rom. Imperii Miſocchi, & Vallis Miſolcinæ, PRINCEPS, COMES Meltii & Gorgonzolæ, Dominus Cotonii, & Venzaghelli, Eques S. Iacobi, ac totius Mediol. Provinciæ pro R. C. M. D. N. Moderator. &c.
Iacobus Antonius Vicecomes Marchio & R. R. Prædicatorum in Ordinis.
ALPHONSVS LITTA S. Mediol. Eccleſiæ Archiepiſc. Sanctiſſ. D. Papæ Aſſiſtens, Marchio Gambolati, Comes Vallidæ, Abbas S. Iulii Dulcis Aquæ & S. Ioannis Evangeliſtæ Applani.
Io. Baptiſta Vicecomes Feudatarius Riotii, & ex LX. Decurionibus.
Hieronymus Aliprandus R. R. Capucinorum Ordinis.
Carolus Io. Iacobus Terzaghus vtriusque ſignaturæ S. D. N. Referendarius, & pro eo Gubernator Iani.

Io.

Io. Baptiſta Raynoldus I. V. Interpres in Gymnaſio Ticin.

BARTHOLOMÆVS ARESIVS Comes Caſtrilambri ex Feudatariis Plebis Seueſi, ex LX. Decurionibus, & in Supremo Italicarum Concilio Regens, ac Præſes Illuſtr. Magiſtratus Ordinar. Reddit. Status Mediol.

Hippolytus Boſſius.

Theodorus Therzaghus Protonotarius Apoſtolic.

Carolus Io. Stephanus Litta.

Io. Baptiſta Caſtrobeſutius Abbas Conſiſtorialis, Protonotar. Apoſt. & ex Condominis Beſutii.

CAROLVS ARCHINTVS Comes Taynati, & pertinentiarum, dominus Herbæ & terrarum adhærentium Plebis Incini, ex LX. Decurion. Conſultor. S. Offici, ac Quæſtor Illuſtr. Magiſtratus Ordinarii.

IOSEPH ARCONATVS Feudatarius Pleb. Dairaghi ac Quæſtor illuſt. Magiſtratus Ordinarii Status Mediol.

CAROLVS SEPTALA Epiſcopus Derthonæ.

Io. Baptiſta Landrianus.

Nicolaus Caſatus, Publ. Inſtitutionum interpres in Scholis Palatinis.

Io. Baptiſta Caſtillionæus.

Iacobus Cruceius,

Ægidius Boſſius ex Condominis Vallis Bodii.

Carolus Gallaratus, Marchio Cedrani, Cotii, Cerpendii & S. Angeli Lumellinæ & pertinentiarum & ex LX. Decurionibus.

Digitized by Google

Petrus Georgius Burrus.
Sfortia Brippius Marchio S. Mariæ in Prato, Caſalis Maio. hi, Surdi & Rancoli, Inſulæ Balbiæ & pertinentiarum in agro Laudenſi.
Barnabas Barbovius Comes Caſalis Morani, Condominus Pumenenghi & Calcianæ inferioris, ex LX. Decurionib. & Vicarius Prætorius annorum 656. 1657.
Aloyſius Cittadinus ex LX. Decurionibus.
Aloyſius Brippius R. L. Tenens.
Aſcanius Alifer.
Barnabas Vicecomes.
Flaminius Meltius.
Synodorus Baſilicapetri.
Franciſcus Pirovanus, Abbas Sanctorum Petri & Pauli de Clivate & Prior S. Nicolai de Piona & pertinent.
Carolus Franciſcus Beſutius ex Condominis Beſutii.
Alexander Maria Vicecomes.
Carolus Caſtrobeſutius ex Condominis Beſutii.
Carolus Franciſcus Caſtillionæus Cæſ. Comes Palatin.
Cæſar Vicecomes ex Feudatariis Crenæ, Albuciaghi & Cedrati.
Carolus Corius Comes & ex LX. Decurionibus.
Bartholomæus Capra.
Benedictus Cittadinus, Abbas S. Petri ad Ulmum.
Innocentius Corbetta.
Carolus Vicecomes

Io.

Digitized by Google

Io. Galeaz. Boſſius ex LX. Decurionibus.

Daneſius Caſatus Vicarius Proviſionum anni 1656.

Federicus Vicecomes.

Vitalianus Vicecomes Borromæus Comes, Dominus Biſſoni Principatus Papiæ, & Diviniani Agri Novarien. ex Condom. Albizati, & pertinen.

Ioannes Gluſſianus.

Philippus Pirovanus Marchio.

Guidus Antonius Mazenta.

HIERONYMUS DE TALENTIS DE FLORENTIA, Marchio Senator & ex Decurionibus.

Iacobus Attendulus Bologninus Comes.

Archangelus Latuada.

Hieronymus Cittadinus.

Io. Maria Corbetta.

Octauius Boſſius ex Condominis Vallis Bodii.

Hippolytus Piola.

Franciſc. Gluſſianus Aduocat. Conſiſtor. in Alma vrbe.

Ferrantes Cauenaghus Com.

Annibal Brippius.

Alexander Carcanus.

Hieronymus Aliprandus.

Otto Vicecomes.

Carolus Maria Carpanus.

Carolus Ciconia Comes.

Hieronymus Simonetta, Comes Turricellarum in Agro Parmenſi & Cæſar. Comes Palatinus.

Digitized by Google

Hieronymus Vicecomes.
Bartholomæus Carpanus.
Paulus Vicomercatus.
Aloyſius Pecchius Comes, & ex LX. Decurionibus.
Paulus Martinus Barzizius.
Io. Baptiſta Cauenaghus.
Pyrrhus Auguſtinus de Capitaneis.
Franciſcus Tonſus.
Iacobus Corius.
Oldradus Maria Lampugnanus.
Alexander Caſtillionaeus.
Io. Petrus Orrigonus ex LX Decurionibus.
Sfortia Meltius, Comes Burgi Mazentæ & pertinentiar.
Paulus Barbianus, Comes Belgiolosi.
Cæſar Burrus
Flaminius Cribellus Marchio.
Galeaz Arconatus Comes.
Ioſeph Vicomercatus.
Aloyſius Meltius.
Branda Caſtillionaeus Com.
Anton. Franc. Caſtilionæus.
Marc. Areſius.
Hieronymus Litta.
Io. Baptiſta della Porta.
Hieronymus Cuſanus. Abb.

Haec typis deſcripta ex exemplari Mediolani excuſo.

FRAN-

Digitized by Google

FRANCISCO IOSEPHO
BVRRO
SACRVM. *

ILLVSTRISSIME BVRRE.

Fatis factisque tuis & ſtemmate talis
Noſtri Phœnix Seculi, raræ Europæ progenies,
Nobile Italiæ depoſitum, ornamentum ſimul ac tormentum,
Exoptatum Argentinæ Oculiferium,
Aſtri Oenopontani deſiderium:
Extremum Naturæ conamen, opus, miraculum:
Potens Artifex
Spiritum concipere Mundi;
Plantas in cineres, manente cuiusuis figura, deducere
Earundem cineres,
Suis cum cuiusuis lineamentis Talismanicis ad eandem ſpeciem deducere,
Ignis beneficio rite ſuppoſiti balneo Mariæ:
Æſculapius felix, Vates ſagax,
Morbos quosuis ex vultu, vultum ex Aqua vaticinari,
morbidos ſoſpitare.
Vires cordis reparare auro, aurum parare hydrargyro;
Illo ſapientum Argento vivo ſepties mundato,

* Credo ego Friſchmannum plane ecſtaſi correptum fuiſſe, cum hæc ſcriberet.

Illa Mercuriali aqua, Metallorum materia,
Illa diſpoſitione perpetua, vitro illo perenni,
Illo incorrupto vitri oleo, prima illa materia,
Quo ſimul liquore Nobiliſſimo
Fiunt
Lampades perpetuo ardentes, Lucernæ continuo fulgore lucentes,
Calor innatus perpetuo vitalis.
Amplius expertus
(Et in hoc præmines ſolus, nec habes parem in orbe)
Talci duritiem liquefacere, admirando liquefacti oleo,
Abigere
Manuum, pedum, membrorum, ne pungant amplius, punctiones;
Abſtergere eodem
Corporis plagas, cicatrices, vultus næuos, maculas, cutis decora,
Addere eodem eidem
pulchrum habitum, novam formam, ſtatam ætatem, conſtantem vigorem,
Ad extremum vſque vitæ terminum.
Nouis vngentorum inuentis,
Ex intimis pretioſarum rerum potentiis,
Solerter compoſitorum,
Calculos ex pituita ſeroue contractos extrahere,
Et e ſtirpe, ne recreſcant, reuellere
Putridas cuiusuis viſceris intentiones delere tabidi:
Dare vſum

Sur-

Digitized by Google

Surdis aurium, cœcis oculorum, claudis pedum;
Reddere ſinciput inſanis ſanum
Enecare & eradicare gangrænam,
Redintegrare
Corruptis venere, vino, labe, tabe, catharro, deliquio, febri, tuſſi,
Sanguinem purum, temperatum, vegetum, ſalubrem, ambulatorium, vitalem, harmonicum, lenem
Vno dicam verbo
Deſperatis ſanitatem, moribundis vitam,
Sed diætetico medentis imperio obſequioſis.
Talis ipſe tuis hic ciuis factis, ac potiorum conſenſu;
Vnde
(Citra cuiusuis tamen medici obtrectationem:
Neque enim vnius laudatio eſt alterius vituperatio:
Neque iſta commendatio ex aliorum iniuria orta,
Neque tibi odium ex inuidia, ſed amorem ex merito paritura eſt,)
Prætereuntium digito monſtraris & diceris, hic eſt:
Ille artis, non profeſſæ quanquam, medicæ, Sol & Sal,
Chymicæ lux & dux, Hippocraticæ Rex & Lex, Galenicæ nox & nex,
Admirandæ Philoſophiæ de microcoſmi Magnete apex,
Succenturiatus, Naturæ opifex,
Plantarum, metallorum, lapidum, gemmarum, cinerum,
Formator & reformator igneus,

Digitized by Google

Vulcani ſocius, Iouis nepos, Solis ſoboles, Mercurii dextra, Martis pugnus,
Palladis caput, Lunæ oculus
Argonautarum ſignifer, Colchicæ diphteræ ductor & doctor;
Æſculanus & Argentinus Deus;
Inter Equites Philoſophus, & inter Philoſophos Eques,
Ex antiquiſſimo Equeſtrium Burrorum ortus ordine,
(Rariſſimo inter noſtri æui Equeſtres exemplo,
Quibus plerunque eiusmodi glorioſa videtur ingloria ſcientia)
Ægrotorum votum, iubar, aſylum, remedium,
Colluctator morborum, mortis Antagoniſta, ſanitatis cuſtos,
Medicorum Medicus, Archiater, Pater medendi,
Propria medentium confeſſione,
Qui citra æmulatum Tua in Te dona penitus norunt,
Prorſus vero alius aliorum ore,
Minorem forte
Quibus ſemper maior æmulandi cura,
Quibusue ſupra vulgi, tuæ videntur operationes, rationes,
Tuæ medicinæ Catholicæ, diabolicæ,
Quaſi iis adſint, cum ſint Eudæmones, Cacodæmones;
Vt fere iſtis inſolita imputantur, quia ignorantur.
Praue prorſus,
Quia praui non bene faciunt genii generi noſtro;
(Quam-

Digitized by Google

(Quamuis nonnunquam bona).
Tu vero omnibus prodes, obes nemini;
Plena ac prona manu das inopibus opes,
Miſeris ſolatia, ægreſcentibus conſilia, ægrotantibus remedia,
Gratis prorſus, ſed non ingratis.
Rediuiuo hic tibi opus Naudæo, talium defenſore quondam viuido
Quin &,
Grauiori tu nota Papæ, ſacrique Concilii calculo,
Nunc eius quaſi contemptor fori,
Mox,
Cauſa quanquam nondum dicta, lite nedum conteſtata,
Quaſi Hæreſiarcha * damnandus, igne comburendus,
Ne non perpetuum ignis aurifabri fomentum, ignis fiat pabulum.
O Dii Romani meliora pio, caſto, bono, benefico munifico Viro!
Hæc ſunt diuerſorum de te iudicia, ac vota hominum.
(Maligniorum rumores in Te & Me ſparſos hactenus non moror.
Stultia eſt inſectari quos laudant principes.)
Illa vero Reges, Principes, ſummi humanæ ſortis arbitri, iudicent,

Et

* Accuſabatur, quod Trinitatis ſacroſanctæ numerum augere, & ad eam quoque ſanctiſſimam virginem Mariam referre voluerit.

Digitized by Google

Et apud Romanorum iudicem intercedant,
Ne tantis pro munerib. morboſo hominum generi
datis, dandisque perpetim,
Tam immitis fiat retributio, diiudicatio;
Verum potius,
Vt illa animo iudicis forte ſubreptitie indita opinio,
Illa ſacri Concilii emiſſa & iactata fulmina
Hactenus metuenda & exequenda,
Expungantur.
Miſericordiæ opus ſeueritate melius eſt.
Vbi nullum publicum maleficium, ibi nullum ſupplicium.
Muſſitanda tamen cuncta hæc cenſet Burri Patientia,
Nullam eius generoſitas inde recipit contumeliam, nec iram,
Ne peccet iratus:
Peccare vero nolle triumphus eſt innocentiæ.
Dolor verecundi dolorum eſt acerrimus,
Hunc tamen fortior vincit Burri modeſtia,
Erumpentem comprimit,
Suæ quia Matri Romanæ iraſci honeſte nequit,
Nimia erga ipſam reuerentia.
Hoc Burros moderamine
Patiens ſimul ac fortis ſeipſum felicem facit,
Hunc quoque ſtilum moderatum; ac lenem.
Cauſa bona ſæpe corrumpitur male agendo:
Fit peior confidentia, flexu quodam melior.
Vnde cauſam hanc dicit aliam alius defenſor,
Vt reus citius abſolui queat;
Quod forte in hoc imitetur Diocletianum Imperatorem Papa,

Il-

Digitized by Google

Ille,

Ne arte Chymica ditati magis, populorum aliquin locupletiſſimi,

Ægyptii.

Nimiis freti pecuniæ opumque copiis,

Contra ipſum ac Romanos rebellarent,

Veterum de auri argentique fuſione ſcripta vndique conquiſita,

Totam cremare iuſſit per Ægyptum:

Hic,

Ne BVRRVS Romam, ſacrum Clericorum ordinem labefaceret eadem,

Ipſum vtriusque fuſorem ac fabricatorem * BVRRVM,

Acriorem D. Virginis amatorem

Aut eius duntaxat ſtatuam,

Cremare minatur,

Sed Papæ, Presbyterorum res ſalua, ac Roma incolumis ipſa eſt,

Illibatus SS. Trinitatis honor.

Huius aurificis opera inopes ſubleuat, perdit neminem.

Quadam eminentiori via opera Dei ſua opera ad Deum ducit opificem.

Ejus vero priuata eſt de D. Virgine, Chimiæ Præſide, Speculatio,

Hactenus innoxia, intra ſe fota, non ſparſa in vulgus;

Ipſe

* Olaus Borrichius poſſedit ducatum, a Burrho ſibi in Italia donatum, de quo adſeuerebat, ex auro chemico confectum cuſumque eſſe.

Digitized by Google

Ipſe vero
Exemplar antiquæ religionis, reuerendiſſimus ceremoniarum cultor,
Frequens ſacrorum auditor & actor:
Cætera,
Integer vitæ frontis, caſtitudinis, ſceleriſque purus,
Morum elegantia gratiſſimus, humaniſſimus;
Imitatus verba præeuntis & ſalutantis Angeli,
Quaſi indicatiua, quam apprecatiua,
Plus Presbyteris D. Virginem diligit, & altius effert,
Tanquam inter Dei dilectos, præcipuam dilectam & delectam,
Eſſet vt extraordinaria Dei mater & Martyr.
Moſes amico Dei colloquio fuit irradiatus, Dauid ad eiusdem nutum ſpectatus,
Daniel ſumme amatus, reliqui præcones diuinitus afflati,
Afflictiſſimi omnes:
Hæc vero,
Deitate inumbrata, vt ſanctum Sanctorum Schekina,
Sancta Sancti facta genitrix, proxima a Deo Trinuno,
Gratioſa, gratiam Dei longe extraordinariam conſecuta, inter mulieres
benedicta
Supra omnes fœminas celebranda;
Omnium afflictiſſimorum afflictiſſima, animam vſque vulnerata,
Cuius in amore aut honore ſi quiſquam errat nimio,
Sibi, non aliis, errat,
Erratque affectu piæ opinionis:
Qui error quando ſit damnabilis, nouit ille,
Qui nos omnes eſt iudicaturus.

Sed

Digitized by Google

Sed idem BVRRVS
Fatum Campanellæ & Gaffarelis in Philoſohia habet.
Idem ſentit incommodum, idem ſentiat commodum,
Idem ex occaſu oriens præſiditum;
Alter ille tormentis Neapolitanis, alter cenſuris Romanis conflictatus;
Ille illinc tandem ereptus, Galliæ & Liliis inſertus;
Hic iterum approbatus.
Idem,
Leni Liliorum ſucco delibutus, in Portu Galliæ totus erit,
Quod vnicum mali ſui Remedium remediorum promicondo,
Illuſtriſſimo BVRRO,
In hoc noui anni auſpicio ac frontiſpicio
Strænæ loco,
Opto, voueo, obuium quoque, qua paſſim, do,
Et vt dare velit, qui poteſt, apprecor;
Felicitatis eſt, poſſe, magnitudinis, velle.
Quid vero maius, quid optatius, quid tutius,
Optari, dari, dedicari, addici, fieri poſſit illi,
Qui
Præter ſecuritatem ac Potentioris clientelam,
Se penes habet omnes felicitatis fontes & fundos,
Probitatis caſtitatis, ciuilitatis, largitatis, ſanitatis, Scientiarum, diuitiarum, gloriæ, vitæ;
Niſi forte Tibi addicere libeat
Illam vnicam tuam ac dilectam inter filias hominum,
Tuam tuæque Chimiæ Patronam,

In

Digitized by Google

In medio maris balneo ardentem;
Cuius geminam heic imaginem, laborioſam, glorio-
ſam,
Picturam veluti loquentem
Strenæ additam meæ,
Eo, quo par eſt, animo, more, ac amore,
Suſcipere & ſuſpicere
Me vero credere velis,
Non hoc ſolum anni initio, ſed medio eius & ex-
tremo,
Pluribusque ſuperuenturis,
Quatenus mei in præſens ratio muneris,
Et mei permittit ſeruitium Domini,
Incorrupto ſtatus mei honore,
Tuis ſemper deſideriis ſtudioſiſſimum,
Tuæ ſolius virtutis, non adulationis, non commodi
ſtudio:
Vtriusque quippe affectu intactum ac maio-
rem.

F. R. C. R.

Calendis Ianuar. Anni cIↃ IↃc lx.

GER-

GERMANIA MILITE DESTITVTA,

ET

LITERATIS,

Sua ceu mole laborans,

AVTORE

GERMANO,*

COSMOPOLI,

Apud THEODORVM ELEVTHERIVM,

MDCLXXVII.

GERMANIA MILITE DESTITVTA,

ET

LITERATIS.

Sua ceu mole laborans

GErmaniam in Germania diu quæſiui, & tandem in Germania luctuoſum Germaniæ ſepulchrum inueni. Ite ad exſequias

(*) De vero huius ſcripti auctore nihil mihi conſtat. In Placcii Opere de Anonym, n. 598. legimus *Gra-*

Digitized by Google

quias Germaniæ, quotquot Almæ huic Parenti Gentium quondam domitrici, prima debetis cunabula: Ingemiſcite triſti Patriæ funeri, neque lachrymis, piis iuſti doloris teſtibus, imperate: Dolete Germaniam veſtram, vel *Romanis*, iſtis quondam *Rerum Dominis* formidabilem, multis nunc modis ab iſta Proauorum Virtute degenerem, & ad Maiorum memoriam profunde ſuſpirantem! Lugete eo magis, quo minus hoſtes exteri fatalem hanc ei plagam inflixerunt! Suis eheu! ipſa ſuccumbit malis, in ſua, proh dolor! ipſamet ſæuit viſcera: Grauius ſcilicet ſemper eſt, intra mænia quod geritur, bellum, & triſtiſſimus Ciuium in Ciues furor. Vis vnita vti fortior, ſic eadem diſſoluta debilior. Sed quænam quæſo iſta mala interna, quæ infauſtam Germaniæ ruinam contraxere. Modernam, triſtem illam, & nunquam non ſatis deplorandam Germaniæ faciem accuratius aliquantulum introſpicienti mihi, multa occurrunt mala, plures in Politicis morbi, plurimi in ſana ſtatus ratione næui, quos omnes perſequi, meum nunc Inſtitutum, & debitam ipſis Patriæ corruentis cineribus, quos adhuc exoſculor, pietatem excedit. Præſtat enim, imo boni eſt Ciuis, Vitia ſtatus, quorum deſperata eſt medela, prudenter tegere & diſſimulare, quam iis in vul-

Grunevvaldo, ſed neſcit cui, illud adſignari. Forte eſt ille ipſe Grunevvaldus, de quo Ruarus Epiſt. III. p. 15. 46. 47. agit. Opus integrum hic recudi curauimus, quod lectu non prorſus indignum eſt.

Digitized by Google

vulgus expoſitis nullam afferre Medicinam. Illuſtrius aliquod ex multis, quæ Germaniam noſtram afflixere, & adhucdum affligunt, malis, auguror eſſe nimiam iſtam, qua Germania impræſentiarum ſat ſuperque abundat literis incumbentium turbam, & onerosum ſatis Academiarum in Germania numerum: Cui nihilominus malo paratum adhuc eſſe Medicinam exiſtimo. Sed hoc de argumento antequam diſſerere incipiam, in ipſo ſtatim frontiſpicio dictum volo, tantum abeſſe, vt ipſas me literas, nobilioris ſeculi inſtrumenta, præſtanteſque earum Officinas, Academiarum nomine quæ veniunt, velim deſtructas, quin potius ſartas eas tectasque ſanctiſſime conſeruare omnimodo allaborem, cum iuxta prudens *Iuſtin. in Inſtit. Proœm.* monitum; *Imperatoriam Maieſtatem* & omnem Rempublicam, *non ſolum armis decoratam, ſed & Legibus oporteat eſſe armatam, vt vtrumque tempus & belli & pacis recte poſſit adminiſtrare, & cum parua etiam ſint arma foris, niſi ſit Conſilium domi.* Mihi tantum ſermo hic eſt de bonarum literarum abuſu, qui in tanta iis vacantium multitudine conſiſtit, vnde ſtudiorum eruditorumque vileſcit & æſtimatio & autoritas, neque nouum, rem optimam peſſimo ſæpius inquinari abuſu: Apes ſuum ex floribus mel, ex iisdem araneæ ſuum colligunt venenum: ex vno eodemque prato ſuum pecus pabulum ſalutiferum, & Ciconia omne inſecti genus colligit. Nolo hic iam penitus eorum ſubſcribere ſententiæ, qui ſtudia a-

Digitized by Google

nimos eneruare, & tam ad bellum, quam ad commercia & opificia exercenda (in quibus ſalus Reipublicæ, quæ ſuprema lex eſto temporibus tranquillis & turbatis conſiſtit) inutiles reddere aſſeuerant, quod tamen effatum ſano ſi accipiamus ſenſu, & dextra dignemur interpretatione, haud ita eſt abſurdum.) Negare interim nemo, niſi hoſpes in Hiſtoria, debet, Germaniam noſtram in ſummum decus & Autoritatis culmen eo præprimis tempore euectam, quo iſta in ſudore & ſanguine Virtus præualuit, quo gladio magis quam calamo pugnatum, quo armis potius quam lingua & ſcriptis, infirmis iſtis libertatis propugnatoribus, decertatum, vti veritatis huius aſſertorem ſiſtimus iſtum Politicorum Phœnicem *Tacitum in aureo iſto de mor. Germ. Libello.* Et quod magis eſt, eruditiſſimi iſto tempore Romani, quorum victricia arma vniuerſo Orbi erant terrori, indoctis tunc & rudibus adhuc Germanis, iugum, vti aliis gentibus, conſtans, imponere nunquam potuerunt. O felices ſua tunc ſorte Germanos! Moderna noſtra, doctis ſimul & gladiis rubigine obductis plena Germania, eximio iſto, quo olim polluit, nunc penes exteros, penitus fere eheu! excidit cenſu: Omnibus fere enim literis vacantibus, fieri non poteſt, tantos ſicut olim ita & nunc inſtrui exercitus. Prudentiſſime Cicero, Ariſtoteles, & alii Philoſophi ſtudia iudicarunt eſſe frenum, quo barbari, ſatis alias bellicoſi, & ad ambitioſam vsque audaciam inclinantes, retinendi, eorumque

ſic

ſic ſatis exuberans, armorum impetus ſufflaminandus, adeoque ipſis, vix ſentientibus, Alexandrinus iſte nodorum Gordiorum arbiter gladius a manibus extorquendus eſſet. Huc etiam credo reſpexiſſe pugnaciſſimos quondam Gothos, rogum flammis vndique iam conceptis ardentem, cui ingentem præclariſſimorum Librorum numerum concremandum iamiam erant impoſituri, ſubito exſtinguentes, hoſtibus ſuis eo magis ſe nocituros rati, quo plures iis libros, quibus ceu ſuauiſſimo Sirenum cantu ſopiti, armorum vſum paulatim dediſcant, relinquerent. Ille de Cælo qui cecidit Cato, cuius effata oraculorum ex Tripode Apollinis vicem obtinuere, iſtam Romanorum toti fere Orbi quondam ſtupendam Autoritatem, tunc præcipue labefactatam dicere conſueuit, quando ſtudia nimia & lingua Græca ſuum penes ipſos ſortita commercium: In armis Roma ſemper felicior, & in ſeptingentorum annorum ſpatio vſque ad Auguſtum Iani templum per tantum fuiſſe clauſum (quod pacis erat ſignum) iſtius temporis Annales referunt: Ille, quem dixi, Cato Senatui Romano autor aliquando fuit, teſte Hiſtoria Romana, vt tres Oratores Athenienſes domum remitteret, ne ſcilicet eloquentia illorum iuuenes ineſcati, armorum amorem pariter ac vſum in ſummum Reipublicæ detrimentum exuerent: Quantis enim ſermo, iuxta Poëtam promptus & iſto torrentior, polleat viribus, quanta gaudeat efficacia, Romana adhuc Roſtra, Tullii

 ſua-

ſuada reſonantia, teſtantur, & fabulæ, iſta Philoſophorum Myſteria, calculum adiiciunt, ad ſuauiſſimum Orphei Cantum & Muſicam ſyluas & prata circumiacentia ſaltaſſe, perhibentes. Quantus autem iſtius Eloquentiæ, cuius tanta eſt vis, cernitur abuſus, dum Oratores non minus interdum pro falſo quam pro vero, non minus contra Rempublicam quam pro ea vires eloquentiæ intendunt, populumque, canna mobiliorem, ſpecioſis iſtis verborum lenociniis captum; cæca quaſi obedientia nonnunquam ad ea abducunt, quæ cum maximo Reipublicæ detrimento videmus coniuncta (cuius rei Exempla in omni certe Hiſtoria non ignorantur.) Conqueritur ſuo iam tempore de hoc Eloquentiæ abuſu *Tullius in lib. de Orat.* neque aliter fieri poteſt in tanta tamque vili ſtudiorum ſtudiisq; vacantium, qua Germania laborat, vbertate & meſſe: Et cui quæſo bono, ſi rem ex vero metiamur, iſta literis incumbentium Academiarumque in Germania multitudo! Iſta quondam florentiſſima literarum inuentrix, cui artes & ſcientiæ ſua debent incunabula, Græcia, literarum felix olim alumna, ſuos ſed non plures ſeptem numero habuit doctos ſapientum nomine tunc temporis inſignitos: hodie vel ad ipſam Diogenis laternam, in tanta doctorum vndique affluentium luce, vix ſeptem numero indoctos anxie quæſitos in Germania reperies: ſunt enim ea; deploranda quidem, præſentis, quod agimus, ſeculi Fata, vt in eo omnes, ſolidis licet ſtudiis

vix

Digitized by Google

vix leuiter tincti, eruditionis famam ſtolida ambitione affectent, & duo (alia vt taceam mala,) præcipue ſunt, quæ ex iſta affluenti literatorum copia timore non vano metuenda: Primum eſt, ne inde aliquando mera ingruat barbaries, quæ, niſi egregie fallor (falli autem amore literarum in votis haberem) breui nos opprimet, niſi huic, quod tantas iam vires acquiſiuit, malo, in tempore, quod iuxta Comicum, rerum omnium eſt primum, obuiam eamus; & non eſt, quod longius iſtam, de qua modo dixi, barbariem arceſſamus; ipſa Literatorum affluens copia, & vilis vbertas non poteſt non literarum ſtudiorumq; generare contemptum, mox daturum progeniem vitioſiorem, iſtud ſcilicet, de quo nobis ſermo, triſte bonarum literarum exitium. En miſeram literarum genealogiam! Studia ſuum ipſorummet generant contemptum & barbariem! Nobiliſſimæ matris filias degeneres! Generoſi ſtemmatis ſurculos ſpurios! Florentiſſimæ ſtirpis ignobilia incrementa! Neque eſt, quod iſtum literarum contemptum aduenturum futurumq; metuamus, dolemus iam in Germania præſentem; quotus enim quisque ſolidis Philoſophiæ & moralis & ciuilis principiis imbutus, & literis elegantioribus (humaniores vulgo quæ audiunt) probe, vti par eſt, ſubactus, ad ſummos ſtudiorum honores aſpirat? Vix eorum reperies numero totidem, quot

Thebarum porta vel diuitis oſtia Nili.

Neque iniuria ille de hoc malo conqueſtus eſt,

 qui

qui paucos hodie doctos & multos reperiri Doctores aſſeuerat, quo de argumento latior dicendi campus ſeſe aperiret, niſi propoſiti me in-d ratio auocaret, & forſitan infra hoc de rei literariæ morbo paucis aliquid monebitur, iſtum enim iam tum præſentem bonarum Literarum in Germania contemptum pluribus probaturus, ſoli lucem accendere videbor, neque aliter fieri poteſt, quin ex iſta literatorum & doctorum multitudine & turba emergat contemptus: Quo enim quid pulchrius eo rarius, & quo quid vulgarius eo vilius: Gemmas, margaritas, & ea omnia, quibus impotens hominum libido pretium fecit, non niſi raritas commendat, & quæcunque tandem in aliquo habentur pretio, rara ut ſint neceſſe eſt. Pulcherrima quæque quotidiana vileſcunt: Nobiliſſima quæque, ſimul ac in aliqua nobis adeſſe copia incipiunt, ſpernuntur: odores ſuauiſſimi in nimia nobis copia obtruſi, nauſeam creant, & cibus nimiis inſtructus condimentis fit inſipidus. Inſtrumentum eo nobilius, quo ſecretior eius vſus: Ars eo excellentior, quo rarior eius cognitio: Commercium eo vtilius, quo magis ad monopolium accedit: Opificium eo felicius, quo minus communis eius eſt ſcientia & exercitium. Quanto olim in pretio & honore habiti fuerint docti, dum pretioſiſſima eorum adhuc aderat penuria, iſtius temporis Hiſtoria ſat ſuperque teſtatur, quæ iſtius ætatis Reges & Principes, ſplendidiſſimis legationibus Philoſophos in aulas inuitantes.

Digitized by Google

tes, eorumque amicitiam anxie ambientes nobis ſiſtit. Potentiſſimus quondam & omni rerum affluentia inſtructiſſimus Crœſus, Philoſopho Anacharſi, Regiam fere infra ſortem, ipſe ſua manu ſcripſit, ſe philoſophum iſtū in ſummam Conſiliarii vnici, Parentis & Præfecti omnium ſuarum regionum & opum ſpartam euecturum, ſi aulam Regiam ſuo non dedignaretur acceſſu, quam ſplendidiſſimam a tanto ſibi Rege humaniſſime oblatam prouinciam Philoſophus cenſorio ſatis ſupercilio reſpuens, Regi reſpondit: *Se malle diſcipulum inter Philoſophos, quam Regem eſſe inter barbaros*: *Teſte Gueuar. in Horolog. Princip.* Ecce illam olim quæ fuit doctorum ad miraculum vsque ſtupendam autoritatem & æſtimationem! Quis hodie tantam a Tanto ſibi Principe oblatam fortunam non haberet reuerentius! Quantæ modernis, corruptis iis temporibus, & de quibus omnis fere ſalus eſt conclamata, quantæ, inquam, ſpartarum Diuini Ciuilisque fori per media illegitima deprehenduntur ſollicitationes! Quanta non arte hodie ingenioſe ſatis petitur leuicula aliqua, & infra generoſam bonarum literarum ſortem poſita neſcio quæ præfectura? Vnde tamen vix ac ne vix quidem

- - - - Toga, calceus illis,
Et panis, fumusque domi. - - -

En triſtia, & nunquam non ſatis deploranda literarum Fata! Ecce *Nobile iſtud felicioris ſeculi depoſitum* ſtudia, ad tantas ſeculi moderni vitio anguſtias

guſtias redacta! Et fauorem, ultro quem merebantur, vndiquaque emendicantia! Quis non literarum, iiſque ſolide incumbentium vicem doleat! Olim res aliter ſeſe habebat, & *Literatis Literatorum nobilis inopia precium conciliabat.* Terreſtrium inſtar Deorum a populo adorabantur docti, eo præprimis tempore, quo fabularum adhuc inuolucris, ingenioſis iſtis prudentiæ ciuilis ſtudiorumque primordiis, ſua prodebant Myſteria, adeo vt in prouerbii vicem tunc abierit: *Hominem doctum idem eſſe in mundo, quod Iouem in cælo, & talem eſſe ſapientis animum, qualem mundi ſtatum ſuper Lunam, ſeu per illic eſſe ſerenum.* O aurea literarum ſecula, ad quorum memoriam dolentius moderni ſuſpirant literati! Et hoc eſt primum, quod ex tanta literatorum copia nobis oriri malum dixi, bonarum ſcilicet literarum contemptum, & triſtem quæ inde non poteſt non progenerari barbariem.

Alterum, quod vel maxime noſtris inde ceruicibus imminet malum, illud auguror, omnes in Republica Parentes (ſubditorum nomine alias, Idiomate Ciuitatem Latinam reſpuente, qui veniunt) tandem fore doctos, quod iis, qui ad clauum Reipublicæ ſedent, parum expedit, nam ſi ex rationibus Politicis, & iſta, vulgo ita quæ audit, Ratione ſtatus, penitus hoc diſcutiamus argumentum, deprehendemus, ſubditos (liceat nunc in foro Politico vocabulo alias minus Latino vti) doctos Rebuspublicis, earumque moderatoribus parum, vel nihil prodeſſe, quin potius iis

iis obeſſe: Conſueuere enim, magis quam par eſt, anxie in omnia inquirere, occulta Rerumpublicarum, & in vulgus alias nunquam eruptura, interdum etiam neceſſaria & ſumma ſtatus ratione excuſanda vitia curioſius notare, in ea quæ Politicis *arcana* (non dicam flagitia vocabulo Politice ſignificante) *dominationis* audiunt, perſpicacius iuſto penetrare, cæteris Ciuibus, prælaudabili iſto quo ducuntur obſequii ſtudio; Myſteria iſta Politica non aſſequentibus, detracta, iis quæ obtendi ſolet, ſtatus larua, nude & crude nimium ea exponere, *ſanctiſſimamque obſequii gloriam illis relictam*, ceu cæcam interpretari obedientiam: Et hoc eſt quod prudentiſſime *apud Tacitum monet Otho: In Politicis ac Polemicis tam neſcire quædam Ciues ac milites, quam ſcire oportet. Maieſtas*, enim *iſta Republicæ anima, ex eo præcipua elucet, quando non tam legibus quam Imperanti obſequium defertur*, vti elegantiſſime loquuntur Politici, *quam rationem Maieſtatis optime Terentius Eques Romanus ad Tiberium expreſſit Orat. apud Tacit. 6. Annal. cap. 8.* dum inquit, *Non eſt noſtrum æſtimare, quem ſupra cæteros, & quibus de cauſis extollas: Tibi ſummum rerum iudicium Dii dederunt, nobis obſequii gloria relicta eſt.* Verum ex Tripode Apollinis Oraculum, omniumque Ciuium animis æternis inſcribendum literis! Et vt paucis multa complectar, hæreticos & Theologicos & Politicos eruditiſſimos quoſque fuiſſe, omnium ſeculorum hiſtoria teſtatur; hi enim in Palæſtra & ſacra & Ciuili feruentiores reliquis videri volunt

ath-

Digitized by Google

athletæ. Cum ex aduerſo ab indoctis parentibus nihil hic metuendum, vtpote qui ſuo ſe pede metientes, omnem in obſequio gloriam reputant, *ab omni prorſus ambitione, iſta Rerumpublicarum peſte, remotiſſimi*, oculosque cornicum aliquo, vel minimo rerum nouarum ſtudio configere, religioni ſibi ducunt, id quod fundamentum eſt felicitatis in florenti Republica: Nam *in Rebus Ciuilibus mutatio etiam in melius ſuſpecta eſt, ob perturbationem, cum Ciuilia innitantur, conſenſu, fama & opinione, non demonſtratione nitantur, vti inquit, acutiſſimus Baco de Verulam, Cancellarius Angliæ in nouo ſcientiarum organo part. 2. aphor. XC.* Hinc eſt, quod videmus ſuo flore perennes, & cæteris ad inuidiam vsque felices Reſpublicas iſtas, in quibus parentes felicem hac ratione literarum ignorantiam profitentur, & a ſtudiis, gladio iſto Delphico, ad Rempublicam tam deſtruendam, quam conſeruandam parato, ſunt remotiſſimi, vti hoc ex regimine Turcarum, Moſcouitarum aliorumque non obſcure apparet, penes quos literas earumque ſcholas prohibitas, iſtarum Rerumpublicarum gnari referunt: de noſtris quondam proäuis *Tacit. de. mor. Germ.* teſtatur literarum ſecreta viros pariter ac fœminas ignoraſſe, ſed in hunc ſolem intuentibus credo oculorum aciem nobis hebeſcere. Verum ſatis de morbo, hoc Politico, videamus, vtrum & aliqua adhuc poſſit afferri medicina, quæ licet pro moderna Germaniæ facie, malo profundis iam radicibus inueterato, deſperatiſſima videri poſſet,

ten-

Digitized by Google

tentabo nihilominus aliquá, prima licet fronte violenta, ipſo tamen, vti ſpero, effectu ſalutaria ei afferre remedia.

PRIMVM ESTO:

P*Rincipes Germaniæ & Magiſtratum quemuis in ſuo territorio, Edicto in vulgus ſeueriſſime publicato, cauere, ne plures Ciuium literis incumbant, quam eiuſmodi ſtatus ratio requirit.* Sic enim fiet, vt numerus literatorum non ſuperet numerum dignitatum, quibus literati ornari debent, & hac ratione ſuus ſolida ſtudia manebis honos, neque audiemus iſtam ex Comico quærelam: *Multa egregia ingenia in occulto latere, & veluti theſaurum abſconditum Reipublica nihil prodeſſe.* Ea enim eſt literatorum in tanta nunc copia miſera ſatis conditio, & ad Orcum vsque execranda conſuetudo, vt alter alterum neſcio quibus artibus & machinationibus circumueniat, ex quo plerumque euenit vt indoctiores, Patronorum in Republica potentium fauore fulfulti, aliis, ſolida licet literarum cognitione inſtructis, ſed omnem rerum clandeſtinarum machinationem cane peius & angue fugientibus, palmam præripiant, & iuxta Poëtam, ſumma rerum faſtigia ſcandant, *nam ſic factum eſt*, & adhuc fit tota die, *quoties voluit fortuna iocari*: & hac ratione verum iſtud Politicorum: *Neſcire mundum, quam parua ſapientia regatur, & Dei prouidentiam hominumque ſtultitiam gubernare mundum.* Interim excellentiora ingenia

ſint

ſine vindice muſſant, & *Rebus gerendis, quibus demum Ingenia acuuntur & excoluntur, nunquam admota, ceu rubigine ferrum, conſumuntur. Omnes enim, qui in vmbra Philoſophantur, & ad res gerendas non accedunt, quod ſciunt, neſciunt, vti eleganter alicubi loquitur Seneca.* Ex prima hac, quam attuli, medela, egregia etiam oritur vtilitas, nimirum hac ratione Literatos, vtpote ſuæ quosque ſtatui Patriæ, ſtatusque eius Principiis, a teneris veluti vnguiculis, innutritos, Reipublicæ Patriæ, in partibus iis credendis gubernandæ, eo felicius poſtmodum admoueri; norunt enim præ aliis Reipublicæ iſtius & decrementa & incrementa, præterea expertum habent genium & ingenium Ciuium, mores incolarum, loci vel commoditatem vel incommoditatem, quæ omnia Rerumpublicarum conſeruandarum media feliciter ſatis ſuggerunt, vnde apparere poſſet, Reipublicæ Patriæ officia & dignitates, domeſticos, ſolida quatenus rerum ſcientia & experientia inſtructos, ſecurius ornare, quam extraneos, quod argumentum Politicum pluribus perſequi mei nunc non eſt inſtituti, quin potius ad alterum, malo huic literario quod opponi poſſe videtur, Remedium progredior, quod in eo ſitum eſſe auguror.

N*E cuiquam, cuiuscunque tandem ſit profeſſionis in Germania, præter literatos, facultas vel licentia liberos ſtudiis conſecrandi concedatur.* Literatorum enim liberos, ſub Cœlo & ſydere Muſis fa-

uentiore natos, haereditario quaſi iure ſapere, bonisque literis ſolide addiſcendis, caeteris eſſe feliciores, vanum non eſt augurium, quippe cum de genio ingenioque parentum liberos participare, prouida iſta rerum Parens Natura voluerit, id quod Lyricorum Princeps elegantur notat dum canit:

Fortes creantur fortibus & bonis.
Eſt in iuuencis, eſt in equis Patrum
Virtus, nec imbellem feroces
Progenerant Aquilæ columbam.

Præterea Educatio (cuius vti in omnibus, ſic & in ſalute literaria maximum eſt momentum) liberorum, a literatis procreatorum, elegantior, accuratior, & magis ad bonos mores compoſita eſſe conſueuit, qua ita liberi ducuntur, vt ignorent, naturâ an præceptis ſemina virtutum, præcioſiſſima iſta futuræ felicitatis & moralis & Ciuilis fundamenta, accipiant, & Educationis quantæ ſint vires, ille optime intellexiſſe videtur, qui eam alteram vocauit naturam: nam humani generis, ſicuti caeterorum omnium, praecipuam in ipſis cunabulis cuſtodiam eſſe nouimus, *vti pro more ſuo elegantiſſime hoc argumentum deducit nobilis Ingeniorum & Latii Antiſtes Barclaius in aureo de icone animorum libello; cui illud Græcia oraculum Plutarchus in optimo περὶ παίδων ἀγωγῆς libello calculum adiicit,*

Huius medelæ ſalutaris etiam effectus in eo erit, vt frenum iniiciatur iſtis ex plebe Viris, & neſcio cui interdum opificio addictis, ne ita te-

meq

mere & indiſtinĉte cum liberis ſuis ad ſtudia, ſacram velut ad anchoram, properent, nullo, nec ingeniorum delectu, nec iudicio adhibito, cum tamen non ex quouis ligno literarius fiat Mercurius, vnde ex iſtis interdum lignis non Mercurium, ſed Priapum, non Apollinem, ſed Mopſum ſculpi videmus: ne ſutor quæſo cum liberis ſuis vltra crepidas! generet ſartorem ſartor, ſutorum ſutor, opificem deniq; opifex, ſuo quiuis opificio & artificio honeſto ſat ſuperq; & vltra modernam literarum ſortem felix! & optandum ſane, iſtā olim quæ fuit penes Ægyptios, & noſtris adhuc temporibus vigere conſuetudinem, *qua quilibet opificis filius eiusdem opificii eſſe tenebatur* prudentiſſimo inſtituto, & ex alia adhuc ratione Politicá, quæ iſtam Reip. ſalutarem mercaturæ opificumque conſeruationem intendit, ne ſcilicet opifices eorumque filii quæſitis a Parentibus opibus fruentes, nec manibus victum quærentes, in luxum ſoluantur, qua ratione inprimis Bruggis Flandrorum Mercaturæ ac opificiorum interiiſſe vſum Politici emunctiores notant. Nobilitati & ſtudiis, ſua quippe quæ non deſtituuntur generoſitate, nihil habent commune ſtudia, iſtæ Muſarum artes, cum artibus Mechanicis: doleo certe vicem iſtorum Parentum qui ſuo miſere defraudantes genio, vnde filio ad ſtudia ſumptus erogentur, in emendicandis vndiquaque ſtipondiis, iſtis luxuriæ interdum Academicæ inſtrumentis, indefeſſi, poſtmodum filios, ex Academiis in Patriam reduces, ipſam parituros

ros Mineruam ſtolida vanitate augurantur, quos tamen, domum reuerſos, Republicæ, ſibi ſuisque oneri eſſe plerumque videmus: Hæc tandem egregia, ſi Diis placet, Cataſtrophe Luxuriantis iſtius ſtudiorum pruritus, cum Paterna ſorte ſatis fuiſſent felices paternum ſi amplexi fuiſſent vitæ genus & opiſicium; cui eos innutrire natura voluit, educatio potuit, ſana ratio, vitæ humanæ directrix ſuaſit. Τὴν τέχνην πᾶσα ἡ γῆ τρέφει; Græcorum olim erat adagium: artem quæuis alit terra, & penes Germanos in elegantis prouerbii vicem abiit: Opificio cuiuis honeſto aureum ſubſtratum eſſe fundamentum. Ein ehrlich Handwerck hat einen güldenen Boden; ſuo vti audit Idiomate.

Duabus hiſce medelis iam a me propoſitis duplicem volo annexam cautionem & exceptionem, quarum prior, vt, ſi aliquod præ cæteris excellens, quodque magnum aliquando ſpondeat virum, reperiatur ingenium, illud, infimæ licet originem debeat plebi, non tamen negligatur quin potius omnibus vel ex ærario publico ei erogandis ſubſidiis, literarum ſtudiis conſecretur, cum juxta Satyricorum Principem,

- - - Prudentia monſtret,
Summos paſſe viros, & magna exempla daturos
Veruecum in Patria, craſſoque ſub aëre naſci.

Verum hic accuratiſſime inſtituendus eſt ingeniorum delectus, ne in hunc numerum & ſortem recipiantur ingenia vulgaria, quorum ve-

 ber-

berrima iam vndiquaque eſt meſſis, quæque commerciis & opificiis exercendis felicius quam ſtudiis deſtinantur. Hunc ingeniorum delectum in ipſis etiam literatorum liberis haberi, neque illos indiſtincte ſtudiis conſecrari volo, nam cum a Parentum eruditione moribus & virtute illos interdum videamus degeneres, proſpiciendum, vt & iſti a ſtudiis remoueantur, ne ſordibus iſtorum nobiliſſima literarum ſtudia inquinentur, & videndum denique, vt ei vitæ generi, *quo trahit ſua quemque voluptas*, quisque etiam conſecretur, & vt paucis multa ſi non omnia complectar, ad duo præprimis in eligendis ad ſtudia ingeniis reſpiciendum, primo quidem ad Ingenii excellentiam, de qua iam dictum, & deinde ad innatam etiam probitatem, cum *ſtudia in homine malitioſo, qui*, iuxta Poetam, *nigra in candida vertit, ſint veluti gladius in manu furioſi, & titio ardens in manu eius qui cum rabie inſanit*, vti hieroglyphici hoc adumbrare ſolent, vtriusque enim triſtes ſatis experieris effectus. Hunc ingeniorum delectum iam tum ſuo tempore legis inſtar præſcripſit prudentiſſimus *Plato in libb. de Republ. & Morus in ſua Vtopia*. Inſtituto iam, ea qua dixi, ratione, ingeniorum delectu, quantus inde modernæ literatorum copiæ decedet numerus! quotus enim quisque eſt, in quo & ingenii excellentia & innata reperiatur probitas? rariſſimæ hæ ſunt dotes. & non niſi ſingulari exemplo in vnum idemque cadunt ſubiectum, neque immerito de homine, Diuinis iſtis dotibus inſtructo, illud Poëta exclames!

Ra-

Digitized by Google

Rara auis in terris, nigroque ſimillima Cygno!
Feliciores in habendo iſto ingeniorum delectu, præ cæteris, deprehendo iſtos, Acigniorum nomine Barclaio in Euphormione qui veniunt, ſua in hoc ſolo non priuandi laude. Habito hoc ingeniorum delectu, etiam illi malo medebimur, quo in teneris annis tot tantaque inutilia in felicem futuræ obliuionis ſpem addiſcimus, iſta vt poſtmodum non niſi ſpartæ alicui iam præfecti, demum ad illam quæ requiruntur ornandam diſcamus, quod cum detrimento plerumque illius coniunctum cuius negotia gerimus. Ad hunc porro Ingeniorum delectum vel in ipſis literarum ſeminariis, ſcholis ſcilicet triuialibus recte diſtinguendum, quoniam *experientia ...... & iudicio, iſto in Ciuilibus Duce & Luce* hinc ſcholas inferiores in Germania bene conſtitutas deſidero, iisque moderatores optimos quosque & eruditiſſimos, rerumque experientia pollentes præfici debere exiſtimo: hic enim fundamenta felicitatis & Literariæ & Ciuilis ponuntur, *& ſcholis triuialibus male conſtitutis recte applicabis Medicorum iſtud: Vitium in prima concoctione non corrigi in ſecunda: hic enim ſicuti in bello, non niſi ſemel peccare licet.* Quanto autem morbo hic Germaniam noſtram laborare, & quanta hic opus eſſe reformatione quis non videt? Quanta olim & quam curioſa ſcholæ moderatoris fuerit electio, *vel vnica Conſtantii Chlori Imperat. Epiſtola ad Eumenium ſcripta teſtatur, quæ exſtat in Lehm. Chron. ſpir. lib. 1.*

cap. 25. In Republica Romana ſcholæ erant in domibus Principum, vbi ad Reipublicæ curas per umbratica & ficta conſilia iuuentus exercebatur, *teſte Boxhorn. lib. 1. Polit. cap. 8. in explanat.* In celeberrima Venetorum Republica aliquot Principes exercent iuuenes, finguntur perſonæ, legationes, omnes conſilia conferunt, & Senator Præſes ea colligit, & quia maritimum eſt iſtorum Imperium, iuuenes ab iſtis Principibus nauibus publicis circa littora deuehuntur, vt portus, ſinus, regioneſque adiacentes noſcere diſcant: *Sic adeo a teneris aſſueſcere multum eſt!*

Altera Cautio & Exceptio eſt, quoſuis opibus & diuitiis affluentes, hiſce remediorum limitibus non circumſcribi, ſed poſſe eos ſeu ex literatis ſeu aliis oriundos pro lubitu ſtudii indulgere, quatenus nec Reipublicæ, nec ſibi ſuiſque ſunt oneri, & ſtudia non vtilitati vel lucro, ſed iucunditati habent, aliiſque ingeniis præſtantioribus non nocent.

Progredior ad tertium malo huic literario opponendum remedium, *quod in ſalutari Academiarum in Germania reductione ſitum eſſe arbitror*: nam cui quæſo bono tot in Germania Academiæ? Altera alteram deſtruit, numerus interdum docentium ſuperat numerum diſcentium, egregia rei literariæ harmonia! Id quod in tanta Academiarum copia neceſſarium eſt malum; fundata enim Academia, ſtatim quoque conſtituendi omnium, vti vocant, Facultatum Profeſſores, ſalaria iis, nec immerito, aſſignanda, Priuilegia im-

immunitatis ab ordinariis & neceſſariis Reipublicæ oneribus concedenda, neque de applauſu ſtudioſæ iuuentutis & frequentia vllo modo conſtat. Hinc eſt, quod plurimas in Germania Academias, a iuuentute literis vacante deſertas, Profeſſores in iis, deficientibus, tempore præprimis belli, ſalariis, miſeros, adeoque totam rei literariæ faciem ludibrio fere aliorum expoſitam videmus. Hi ſunt triſtes ſatis tantæ tamque oneroſæ Academiarum in Germania multitudinis effectus, quo minor iam earum foret numerus, eo facilior earum conſeruatio: Iſta quondam literarum ſtudiis florentiſſima, vti iam cœpimus dicere, Græcia, ſuas habuit Athenas, Italia Romam, Germania noſtra neſcio quot Athenis Athenarumque aſſeclis abundat, iisque vere ſua ceu mole laborat: ſi minor eſſet Academiarum numerus, pauciora haberemus Ingenia Theoretica quam Practica, quorum iſta Academiis, hæc Reipublicæ, rebusque gerendis vtilius multo cæteris deſtinata: Reducendæ iſtæ Germaniæ Athenæ ad numerum vel Pythagoreo iſto ſacro inferiorem, certe iſtum non excedentem. Sic & in Germania erit verum, *non cuiuis contingere Corinthum adire*, arcanum eſt in eo, quod hominibus perſuadeatur, extra Academias nullam eſſe ſalutem literariam, & neminem extra eas fieri poſſe doctum, æque ac olim erat arcanum, quando militibus perſuaſum fuit, neminem extra Romam ab exercitu Imperatorem poſſe coronari, ſed paulo poſt militibus

Digitized by Google

ars iſta egregie ſuboluit. Excellentiſſimus Scaliger, dies noctesque literis incumbere qui conſueuerat, ſæpiſſime dixit, ſe, ſi vel decem haberet filios, neminem tamen eorum literis deſtinaturum, ſed in loca peregrina, aulasque, fora iſta Politica, eos ablegaturum; *nullam enim eſſe Academiam præſtantiorem ea, in qua ſe ipſos homines excolerent, & manticaillud, quod in tergo videre, hoc eſt, ſe, ſuaque vitia agnoſcere, probe addiſcerent.* Diuinum prorſus effatum! De ratione vero reducendi iſtum exuberantem Academiarum numerum hic nihil addo, ne nimirum irritentur crabrones, cogitent hac de re iſti, quibus Academias & fundandi & reducendi poteſtas: ipſam reductionem ceu ſumme neceſſariam, & Reipublicæ Germanicæ vtiliſſimam me demonſtraſſe ſufficit: cui glorioſi Germaniæ Principes optime conſulent, ſi omni ſtudio & cunctis viribus in id erunt intenti, quo magis illa, per totam nunc fere Germaniam fracta & debilitata omnis generis commercia priſtino flori reſtituta, (*vnde ſuus Reipublicæ ſuccus & ſanguis*) inſtaurentur, quam quo Academiæ novæ inſtituantur. Galliæ Rex glorioſiſſimus qui ſuo toti nunc Europæ in Inſtitutis Politicis prælucet exemplo, hoc arcanum probe nouit, dum publico cauit edicto, ne omnibus in locis collegia, ſcholæque in regno ſuo inſtituantur, ne ſcilicet numerus hic in infinitum (vti loquuntur) procedat: ex aduerſo collegiis commerciarum, & omnis generis opificiorum (Manufacturen vulgo quæ audiunt)

ad-

adminicula nummaria, immunitates, & egregia concedit priuilegia, non ignarus, hac ratione optime conſuli Reipublicæ: nam *ſi ex priuatis ſubſidium Reipublicæ debet exſpectari, iuuandi prius ſunt priuati, vt iuuent poſtea Rempublicam.* Quantum hiſce temporibus ſtudium mercaturæ ſit in Gallia, quantis neruis & conſiliis Rex Galliæ ſtudeat augere negotiationes, parum de literis, earumque flore ſollicitus, notum illis, qui modernam Gallorum Rempublicam accuratius paullo habent cognitam: quinimo Reſpublica Belgica omnium maxime illuſtre hic nobis præbet exemplum, de qua *Grotius in Hiſtoria Belgica inquit: bodie poſt inſtitutam Indiæ mercaturam, maximam Reipublicæ Belgicæ poteſtatem facere mercatum*, id quod etiam de aliis Rebuſpublicis verum eſt, & quanta mercaturæ & negotiationes Rebuſpublicis ferant commoda, *inter cæteros eleganter etiam exponit Saauedra in Symb. Polit.* Auget mercatura numerum ciuium, inſtruit Rempubl. opibus, magna inde tributa & vectigalia in ærarium inferuntur: omnis generis opificia quoque non parum huc conferunt: in Anglia, Gallia & Belgica opifices magnam partem ciuium faciunt. Ingentem pecuniæ vim Gallis ſua quotannis offerunt opera Artifices opificesque, ſingulari nunc ſtudio, prudentiſſimoque conſilio Illuſtris alicuius Miniſtri Gallici ex Germania & Belgio in Galliam euocati & introducti, quibus opificiorum generibus Gallia antehac, maximo cum Regni incommodo caruerat;

Digitized by Google

rat; *nam licet Reſp. non ſit ſingulorum, ſed omnium, (quo ipſo differt a Familia) anima tamen eius eſt, vt ſinguli in eius vtilitatem conſpirent, vti eleganter loquuntur Politici.*

Quartam Mali huius medelam in omnimoda Studiorum reformatione pono, quæ, ſi ea, qua par eſt, methodo ſolidius addiſcerentur, & dotes literatorum cuiuis in ſua functione conuenientes & neceſſariæ probe examinarentur, tanta literatorum copia Remp. Germanicam non premeret, ne dicam opprimeret. Hoc vt breuiſſime, & totius Rei literariæ compendio, demonſtrem, Cardinales iſtæ bonarum literarum functiones, Facultatum nomine, vulgo quæ veniunt, probe perluſtrandæ. Has inter Principem merito obtinet locum iſta rebus diuinis deſtinata Profeſſio Theologia. Omnes, quotquot in ſacra hac deſudant palæſtra (deſudant autem plurimi) ſolidis primum ſanæ Philoſophiæ principiis probe imbutos, Philoſophiæ vero Carteſianæ, (quæ in Theologia aliquid monſtri alere videtur) & *Theologiæ Scholaſticæ, monſtroſæ iſtius infelicium diſtinctionum genitricis*, prorſus ignaros optarem, (harum enim in Theologicis felicem ſatis eſſe ignorantiam credo) aſt Philoſophiae Moralis peritiſſimos eos eſſe vellem, cum *totus Decalogus non niſi merum ſanæ rationis ſit dictamen, ſolum inde ſi excipias tertium præceptum, nec quidem totum, ſed tantummodo quatenus ibi præciſe determinatur dies ſeptimus cultui Diuino deſtinatus, cum ipſe cul-*

tus

tus Divinus, in ſe & ſua natura conſideratus, in iure Natura, moraliter accepto, ſatis ſit fundatus. Conſulatur hac de re Doctiſſimi Calixti de Theologia Morali liber egregius. Præterea ſacræ huius Palæſtræ athletas ſolida linguarum Orientalium, imprimis vero Græcæ, cognitione, accuratiſſima Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, Patrum & Theologiæ præprimis Polemicæ ſcientia inſtructiſſimos deſidero, ne eorum aduerſus diſſentientes in Fidei fundamentis (aliorũ enim diſſenſum cum cæteris conciliandum duco) ζῆλος prius quidem, ſed, iuxta Apoſtolum, οὐ κατ' ἐπίγνωσιν, ſeu cum ignorantia coniunctus videri poſſit. Præterea in omni Theologo Eloquentiam, ceu commodiſſimum Fidei propagandæ medium, quam maxime deſidero, &, licet interdum per aliqs, iſtis Eloquentiæ viribus haud inſtructos, Eccleſiæ veræ haud exigua accedant incrementa, hæc tamen exempla ſunt rariſſima, neque ad ea reſpiciendum, quin potius viæ ordinariæ inſiſtendum, qua Præpotens iſtud, quod adoramus, Numen non niſi per media agere conſuevit; iſta vero Eloquentia minime abutantur Theologi, alioquin Demagogos eos, Politicis omnibus palmam præripientes rerum experientia ſimul & Hiſtoria ſiſtit. Linguæ etiam Anglicanæ cognitionem in Theologo deſidero, theſaurus enim eruditionis Theologicæ in iſta lingua eſt abſconditus, & celebria ſatis ſcripta Theologica, in lucem quæ prodiere, & in omnium fere nunc verſantur manibus, iis certe, quorum no-

U 5 mina

Digitized by Google

mina præ ſe ferunt, non debentur authoribus, ſed ex lingua Anglicana in vernaculam noſtram ſunt translata, quod totum eſt librorum iſtorum myſterium, & optarem, iſtos, magni licet interdum nominis literarum plagiarios, candide agere, neque pro ſuis, aliunde quæ decerpſerunt, venditare: huius itaque linguæ peritus dulcius ex ipſo fonte bibet aquas. Non quoque foret abſurdum, Theologiæ Studioſos hanc in ſe ſuſcipere obligationem, vt iuſſu Magiſtratus in Moſcouiam, aliaque loca barbara, extra Eccleſiæ Chriſtianæ Pomœria conſtituta, abeant, ibique exemplo Jeſuitarum, in Chinam & Iaponiam qui mittuntur, Fidem & Religionem Chriſtianam profiteantur, vt & iſtæ, plus quam Cimmeriis hæreſium & ipſius adhuc Paganiſmi tenebris immenſæ gentes, Chriſtianæ Religionis dogmatibus paulatim imbutæ, in gremium Eccleſiæ laudabili exemplo alliciantur. Hiſce omnibus probe obſeruatis, non ita indiſtincte, & illotis quaſi manibus, omnes a ferula adhuc ſcholaſtica interdum calentes, ad hæc ſacra diſpenſanda admitterentur, neque tot vbique Theologaſtros vagabundos, & Apoſtolorum more in vniuerſum orbem euntes deprehenderemus, cum quibus præclare ageretur, ſi cum Paulo artem aulæa texendi, aut aliud Theologiæ πάρεργον, vnde panis eſſet, fumusque domi, profiterentur.

Ingredior iam veneranda Sacræ Themidos adyta, vbi quot & quanta præſupponat requiratque magnum iſtud, vixque exhauriendum JCti no-

nomen, nunc quidem dicere ſuperſedeo: *Operam hac in re meam occuparunt Eruditiſſimus Conringius in Epiſtolis, & Höpperus in egregio de vera quem edidit Jurisprudentia libro, ex quibus ſcriptis ſatis ſuperque apparet, ſolam Juris Romani cognitionem minime abſoluere ICtum.* Vellem tantum, ſcopo quod propius accedit noſtro, Profeſſores in Academiis, gradus & honores Academicos præprimis in Facultate, vti vocant, Iuridica, parcius conferre, ne iſtæ, olim quæ fuere dignitates, dignitatis nomẽ nunc plane exuant, aliorumq́ꝫ præprimis exterorum ludibrio expoſitæ vileſcant: & certe publica Imperii lege, iſte Doctores, Licentiatos & Magiſtros creandi prurit⁹ eſſet ſufflaminand⁹, ſerioq́ꝫ & ſedulo cauendum, ne, niſi dignis & merentibus iſta honoris ſymbola conferentur, qua ratione egregie iſti literatoris multitudini medebimur. Iſta, vulgo quæ vocatur Iuris Praxis innumeris quoque laborat næuis & vitiis, adeo vt ex hoc, ceu Ennii ſtercore, aurum, ſi quod adhuc ſupereſt, ſit colligendum. Hic ſtatim ſe nobis ſiſtunt ii, quorum humeris, ceu Atlante cœlum Praxis Iuris niti videtur, Aduocati ſcilicet, quorum certe nimia vbique quæ reperitur turba aliquid monſtri alere videtur, & metuendum profecto, ne magnum inde Reipublicæ Germanicæ aliquando ſuboriatur malum, adeo enim numerum ſuperant, vt pauciores ſint agricolæ, pauciores qui in mercatura verſantur, Regnumue cuſtodiant: vnde vero tanta illa gens viuit, & adeo ſplendide viuit, niſi ex iniuria populi, ex

clade

clade & ſanguine miſerorum! eo quidem maiori Reipublicæ detrimento, quod ſi inter Pauciores ſed ſpectati candoris aduocationum munus eſſet, tot illa ingenia quæ noxia calliditate ſe corrumpunt, melioribus ſtudiis ornarent Patriam, diſciplinas & artes aut proderent nouas, aut inuentas excolerent, quod ſi cui hiſce ſtomachum mouero, verba vltima non mea, ſed *Barclaii eſſe in Argenid. lib.* 3. profiteor. Vlterius hoc deducere poſſem niſi ſapienti iam ſat eſſet dictum: hos inter Iurisprudentiæ Morbos, felicem quondam deprædicare licet noſtram Germaniam, quæ omnes litium anfractus, omnes proceſſuum ambages, omnes iurgiorum latebras olim ignorans, ſuum cuique ius ſub dio de ſimplici, uti loquuntur, & plano tribuebat: *Eliguntur, inquit Tacitus de mor. Germ. in Conciliis Principes, qui iura per pagos vicoſque reddunt.* Uno eodemque tempore Proceſſus & inſtitutus erat & finitus, litium & principium & finem Sol oriens idemque Occidens aſpexit, quo nunc in Germaniæ angulo promptam iſtam quæſiueris Iuſtitiam: Æterna nunc ſunt iurgia, nam & modum & numerum prægreſſæ ſunt artes ac nomina, quibus miſerrimos clientes cauſarum Patroni & iudices nonnulli fruſtrantur, articulatim & lente hos diſcerpunt, ſemel qui perire poterant: ſic dubia ex dubiis ſerentur, & immani dilatione pereunt litigantes. Spiræ citius lites exſpirare, neque illam litium immortalitatem, peſſimo Orbis Chriſtiani exemplo, allegari poſſe, optandum ma-

Digitized by Google

magis quam ſperandum, moderna hac Cameræ Imperialis facie diminuto ſcilicet Aſſeſſorum, iudicium in Camera, auctoque Aduocatorum & Procuratorum (præpoſtero ſatis iuſtitiæ ordine) numero, vtroque ordinationem, quam vocant, Cameralem lædente: cui malo parata adhuc Medicina, ſi ſcilicet ad tenorem ordinationis Cameralis res tota iterum redigatur, & Aſſeſſoribus ſalaria aſſignata rite ſingulis annis exſoluantur. Amputandæ quoque omnes litibus ambages, & ſpatium conſtituendum, vltra quod nullis litibus fas ſit ſeneſcere, ſed allegas publicam Imperii vtilitatem? Qua non expedit, lites ſemper ita ſubito in Camera terminari, ſtatui enim cum ſtatu Imperii quando lis intercedit, tunc per illam dilationem, ad ſententiam vsque definitiuam, ſua cuique iura manent ſalua, &, vti loquuntur, in ſuſpenſo: verum hæc iniectio vti ex ea, ſibi quæ ſatis ingenioſa videtur, Aduocatorum ſchola prodiit, ita friuola ſatis & ſententiæ noſtræ nihil demit, quin potius, ſi rem ex vero metiamur, non publica, ſed priuata cuiusque in hoc cardine vertitur vtilitas, *Publicæ* enim, vti recte loquuntur, iſti moraliſtæ, *intereſt*, *lites terminari*, *ne iuſtitiæ finis*, qui eſt, vt ſuum cuique ius tribuatur, *enormiter ſatis lædatur*: Iſta autem vtilitas, quæ huic vel iſti parti ſiue ſtatui Imperii intercedit in eo, ne cauſa aliqua ſententia definitiua terminetur, pro publica vtilitate nequaquam eſt venditanda, quin potius ei e diametro

eſt

eſt contraria. Aduocati quoque ordinarii in omnibus Tribunalibus conſtituendi, & ſedulo cauendum, ne vltra certum certa lege determinandum Aduocatorum numerum, aliis vllus relinquatur locus; æqui bonique iudicia omnia ſunto, neque iuris teneantur apicibus, de quibus recte illud Comici exclames! *ſummum ius ſumma ſæpe iniuria!* Vellem quoque ſtudioſum iuris aliqua ſub Marte mereri ſtipendia, vt poſtmodum clauo Reipublicæ admotus ICtus ad militem, & miles ad ICtum poſſit appellare, ſic conſilia eorumque executio in vno eodemque adeſſent ſubiecto, nec miles deſideraret ICtum nec ICtus aliunde arceſſeret militem, quod cùm maximo ſæpe Republicæ incommodo coniunctum videmus: felicior ſcilicet eſt ſagittarius, qui tela & vibrat & iaculatur: vtilior eſt Architectus, qui ædificium & diſponit & ipſe exſtruit. Felicem hanc Martis ſtudiorumque coniunctionem in illuſtribus aliquot huius ſeculi viris Orbis Europæus ignorare non poteſt, qui ſuo ſibi iure iſtud *ex vtroque* ſymbolum vendicant. Herculi & Muſis olim apud Delphos communis fuit ara, quo ipſo ſapientes iſti, hanc de qua nobis ſermo, Martis Muſarumque conjunctionem innuere voluiſſe, vanum non videtur augurium, & hac ratione verum eſt, quod de ICtis ſuo iam tempore prædicat Tullius: *ICti domum eſſe oraculum ciuitatis, ex quo & pacis & belli conſilia eorumque executio peti poſſit.*

Abſolutis ita ex ſcopo noſtro ICtis ad ſaluti-

feros

feros Hippocratis filios mea nunc ſeſe vertit Oratio; Chirurgiam eos arctius cum ſtudio Medico coniungere vellem ne a chirurgo Medicus, & hic ab illo cum irreparabili interdum ſanitatis damno ſint ſeparati. Pharmacopolia non niſi a Medicis peritis medicamentis inſtrui, ab eorumque diſpoſitione dependere optarem. Chimiam, nobile iſtud largarum portionum compendium, reuerentius a nonnullis Medicorum haberi vellem: maiorem etiam, noſtro calculo, penes illorum nonnullos mereretur famam Chimicorum Rex & lex, Dux & Lux Burrhus. Studio Phyſico, vtpote quod anima eſt Medicorum, Medicos fere omnes me videre addictos placet, vellem tamen in hoc ſtudio non niſi ſolam attendi experientiam, quæ in Phyſicis nunc quidem, & recte vtramque facit Paginam. Anglicani hic præ cæteris feliciores, vti experientiſſimus *Boileus*, & alii in ſcholis Phyſico-Medicorum noti hic nobis ſunt exemplo. Philoſophia Ariſtotelis Practica, tam ciuilis quam moralis, vti optima, ſic Theoretica eiuſdem, in rebus quæ occupata naturalibus, modernis Phyſicis dudum ſorduit. Medicum, qui Italiam & Batauiam, iſtis ſtudiis florentiſſimas, non vidit, nihil vidiſſe exiſtimo: Italiam & Batauiam Medicorum Scholas recte dixeris. Poſtremo Medicis optarem, ne nimium Aphoriſmatibus Hippocratis, & artis ſuæ (quæ, ſi verum fateri volumus, incertis admodum nititur Principiis) Regulis addicti, id tentare negligant, cuius felicem vis morbi vehe-

men-

Digitized by Google

mens quandoque ſpondet euentum, ſæpe enim iuxta artis regulas quis moritur, irregulariter qui potuiſſet ſeruari, & vti Mathematici veritatem, ſic iſti quandoque ſanitatem ex contrariis elicere debent Principiis: eſt enim, triſte licet ſatis Medicorum priuilegium, quo ipſis impune homines occidere licet, quippe cum terra eorum errores tegere cogatur. Notum eſt illud Medici quondam Itali, de quodam ſuo ductu iuxta regulas artis mortuo effatum: *e morto Canonicamente, e con tutti gli ordini. Mortuum eſt Canonice, & iuxta omnes artis regulas*: Nolo iam facere meum iſtud Papæ Alexandri VI. qui, cum Romæ aliquando de Medicis recipientis deliberaretur, ubi per ſexcentos iam annos Roma iis fuerat deſtituta, reſpondit: *Expedire eos eſſe, ne mundus habitatoribus opprimatur*. Sed *euentum mortalitatis Medico imputari non debere*, recte & eleganter in iure Romano dicitur.

Hic ſubaudire mihi videor quosdam hanc ſtudiorum reformationem inique ferentes, & hoc veluti ulcere tacto incandeſcentes: opponent ſeſe ex hoc præprimis capite, tutius ſemper eſſe antiquis & diuturno temporum vſu receptis inhærere, quam mutationi nouationique ſtudere. Huic, quicquid eſt obiectionis, pro me reſpondebit eruditiſſimus *Baco de Verulam. in nouo ſuo ſcientiarum organo*: Cuius libri longe elegantiſſimi finis non niſi in eo eſt occupatus, vt illam, quam ego non niſi in limine ſalutaui, artium ſcientiarumque reformationem inſtituendam

dam accuratiſſime extincat, & quod de mutatione & nouatione ſemper periculoſa obiici poſſet, hoc de ciuilibus verum, vt ſupra ipſe monui. *In artibus* autem *&* *ſcientiis, tanquam in Metalli fodinis, omnia nouis operibus & vlterioribus progreſſibus circumſtrepere debent, vti elegantiſſime autor paulo ante citatus in ſcient. org. part. 2. aphor. XC.* Cum quo egregie conſentit quidam, nuper qui prodiit non vulgaris Linguæ Gallicæ cenſor, qui in Præfat. hoc de argumento ita. *Les arts & les ſciences ſont un païs vaſte, où il y a toûjours quelque choſe de nouveau à découvrir, & une mine riche, qu'on ne ſçauroit trop creuſer:* *& ſi lucri vel ex lotio*, ipſo Imperatore teſte, *bonus eſt odor, multo magis lumen & informatio ex re qualibet, vti eleganter iterum Baco de Verulam. in aphor. d. conficiend. hiſtor. aphor. 6.* Natura in perfectione ſui ſatis eſt ingenioſa, & ſemper laborat noua artibus & ſcientiis addere incrementa. Ille cuius gratia cæterarum rerum varietas & ornatus eſt inſtitutus, ille ad Diuinitatis memoriam ſpecimenque homo compoſitus, præcipue naſcitur in huius varietatis venuſtatem, nam non modo diuerſos in corporibus habitus ſortiti ſunt mortales, & animos adeo multis ſimul rebus idoneos, vt nulla pictura pluribus coloribus poſſit aut lineis delectare intuentes, quam quas in hominibus fata duxerunt, quæ virtutum aut vitiorum ſeries, quæ artium ſublimitas, quodue calliditatis ingenium non eſt in hoc ſapientiæ penetrali a natura reconditum!

Digitized by Google

Quintum remedium haud ita abſurde quis poneret in publica per totam Germaniam peregrinationum in regiones exteras prohibitione, nam & hinc iſta literatorum pluralitas refrenari poſſet: plurimam quippe peregrinantium partem conſtituere literatos, experientia docet, & optandum ſane, publica Imperii lege iſtum Germanorum in exteras auolandi regiones pruritum coërceri; eſt enim & hic illuſtris Reip. Germanicæ morbus: & vt cætera, ex hoc quæ promanant fonte, mala taceam, iſtis peregrinationibus nihil aliud efficitur, quam vt amorem exterorum induamus, & amorem Patriæ pernicioſo ſatis exemplo exuamus. Prouoco hic ad conſcientiam eorum, qui omnes famoſas orbis partes ſat ſuperque perluſtrarunt, annon ex peregrinationibus domum reuerſi, Patriæ, domeſticorumque morum & inſtitutorum tædium & faſtidium concipiant: Quæ res, quantum in Rep. det damni, prudentiæ Ciuilis ſcriptores docent, & ipſa rerum magiſtra experientia ſat ſuperque teſtatur; externa enim, neſcio quo fuco ſe adornant, & plerumque notis Patriæ rebus beatiora videntur. Prudentiſſimus Spartanorum Legislator Lycurgus ſuo iam tempore legem tulit, qua non tantum ciuibus ſuis omnes peregrinationes, ſed etiam peregrinis adytum in ciuitatem ſuam prohibuit, ne nouis moribus & ritibus, ipſa nouitate lædentibus, ciues inficerentur. Penes Athenienſes eandem

fuiſ-

fuiſſe legem iſtius æui Hiſtorici teſtantur. In Gallia & Anglia nemo Magnatum liberos ſuos, niſi cauſa prius ad Regem delata, eiusque conſenſu impetrato, extra Regni fines mittere audet. Auguſtus, teſte Tacito, Senatoribus & Equitibus illuſtribus vetuit proficiſci in Ægyptum, ne mores eorum induerent, & Tiberius Germanicum, quod eo cognoſcendæ antiquitatis cauſa profectus eſſet, increpuit in Senatu. De Cæſare refert Suetonius ſanxiſſe eum, ne quis Senatoris filius peregre proficiſceretur; ſic Auguſtus ſanxit, ne quis Senator extra Italiam, ſine ſuo permiſſu peregrinaretur. Non multum inde abludit prudentiſſimum Reip. Venetæ inſtitutum, quo peregrinationes ſatis ſunt reſtrictæ, & tantum non prohibitæ, vti notum illis, qui iſtam Remp. prudentiſſimis ſcitis inſtructam, accuratius aliquantulum habet cognitam. Vti vero publica Imperii lege hoc in regiones exteras peregrinandi ſtudium damnatum, ſic ex aduerſo omnibus literatis ſerio ſeduloque iniunctum optarem, vt Aulam Imperatoriam, quæ eſt Viennæ, adeant, ibique per aliquot annorum ſpatium commorantes ſolidam ſibi Imperii Romano Germanici & moderni in eo ſtatus notitiam acquirant, id quod maxime ſalutare foret Reipublicæ Germanicæ, quam deinde literatorum quisque in partibus ſibi credendis eo felicius adminiſtraret: quantum enim ſolida Imperii Romano-Germanici, & moderni in eo

Digitized by Google

ſtatus cognitio, ad bene feliciterque admini-ſtrandas particulares Germaniæ Reſpublicas conferat, notum illis, quos hæc notitia ad ſumma rerum euexit faſtigia. Omnem Germanicis rebus recte priuatim conſulturum Imperii totius ſtatum debere addiſcere inquit *doctiſſimus Conring. & deductis latius Epiſt.* 7. Huc itaque tendat ambitio noſtra, huc collimẽt noſtræ, in quas tanto propendemus feruore, peregrinationes, hiſce limitibus circumſcribatur ſtudium illud, quod Poeta Græcus eleganter & breuiter notat:

πολλῶν ἀνθρώπων ἴδεν ἄστεα καὶ νόον ἔγνω.

Neq; deeſt illuſtriſſimæ Aulæ Leopoldinæ, vnde noſtrā alam⁹ curioſitatē, affatim illa ſuggerit quæ in dignam nos trahere poſſunt admirationem: nihil nunc dicam de ſplendidiſſimis, Viennæ ſemper quæ conſpiciuntur, Regum Principumque legationibus: tacebo iam Illuſtres ſereniſſimorum Electorum & cæterorum Principum in Germania aulas, quarum perluſtratio ſua etiam non carebit vtilitate, & vel vnica ſereniſſimi Electoris Saxoniæ aula, quæ Dreſdæ eſt, alendæ peregrinantium curioſitati ſufficeret, de qua recte *Buno in Comment. ad Cluuer. Geogr.* edicit, Germanos maiori iure de Dresda illud, quod Hiſpani de ſua Seuilia: *Qui non vidit Seuilia non vidit mirabilia* iactare. Sereniſſimi Electoris Brandenburgici aula ſuo etiam non deſtituitur ſplendore, Cæteras etiam cæterorum Principum aulas perluſtrare operæ erit pretium, ne Germani

in

in ipſa Germania Patria noſtra ſimus hoſpites, & magis ea quæ ſupra nos quam quæ ad nos, vti quondam dixit Philoſophus, curemus, probe memores Diuini iſtius effati, *Omnes peregrinationes obſcuras eſſe iis, qui cum laude poſſunt viuere domi.* Sed & de hoc argumento ſapienti ſat.

Progredior *ad ſextum & vltimum Remedium, in ſeculi quod agimus genio ſitum*: Quæ propoſitio duobus nititur præſuppoſitis, quorum primum: *Omnia ſecula ſuum habere genium, qui mortalium animos in certa ſolet ſtudia inflectere*: Quædam ætates armis præcipue exercitæ, mox omnia in quietem compoſita: aliquando veluti in barbariem homines naſci, mox facilioribus animis manſueſcere, & poſt ſecula aliquot ad ſtipatum prima caligine Ingenium redire. Florentibus Græciæ rebus, quid ad humanitatem, omniumque artium & ſcientiarum, cognitionem gentibus illis defuiſſe exiſtimas? Succeſſu deinde temporis, in alias fortuna concedente terras, nulli ipſis Græcis dolentius ad maiorum memoriam ſuſpirabant, a quorum ingeniis exciderant. Romani Imperii vices, & quæ inde propius ad nos ætates ſunt multo certius mutabiles illos ſeculorum genios prodent, de quo Romanæ Hiſtoriæ perito nullum poteſt eſſe dubium. *Alterum præſuppoſitum eſt, prudentes Rerumpublicarum moderatores Rempublicam eiusque regimen attemperare ſemper tempori & genio ſeculi in quo viuunt*, imitatos hac in re nautas, ventis vndiquaque irruentibus gubernacula & vela nauis accommodantes,

Digitized by Google

tes, qua de re vlterior ex Politicis diſſertatio facilis mihi nunc eſſet, niſi verendum, ne nimis argumentum mihi vix ſentienti excreſcat. Hiſce iam ſic poſitis accuratius genium præſentis, quod agimus, ſeculi intuentibus, non tam Muſis quam Marti fauentem, non tam literarium quam Martialem eum eſſe apparebit, totus enim nunc mundus, quoque te vertas, *Arma virumque canit*. Prudentium itaque Reipublicæ Germanicæ moderatorum erit, Rempublicam, eiusque regimen genio ſeculi & tempori, plus Martem quam Muſas ſpiranti attemperare, & quod fiet, ſimilitudini literatorum, eo, quo diximus, modo medebuntur, & Marti in ſeculo Martiali maiore cum ſtudio litabunt, vbi ante omnia vetus illa, per totam nunc fere Germaniam ſi non penitus ſublata, certe langueſcens diſciplina militaris, (*quam matrem & nutricem Romanorum triumphorum vocat Val. Max.*) priſtino ſuo flori reſtituatur, quæ ſuo qot & quanta comprehendat ambitu, notum illis, qui bellandi artem proauis noſtris & Romanis præcipue vſitatam ex temporum ante actorum hiſtoria ſolide habent cognitam, & compendii inſtar hac de re conſuli poteſt *Lipſius in Ciuili doctr. lib. 3. cap. 13.* Armorum perpetuus a teneris ſtatim annis vſus & exercitium inſtaurandum; nam & his adeo a teneris aſſueſcere multum eſt: Nam *Germani noſtri ſeculi luxu eneruati, multum remiſerunt a priſtina virtute, & malunt proh dolor! in viſcera matris ſæuire quam extra eam pro ea bellare*, vti non

nemo

nemo hoc Germanorum Cacoëthes dolenter exprimit: neque tempore, quo Reſpublica in quietem compoſita, iſte armorum vſus ceſſare debet, ne ſcilicet deliciis & ocio pacis iuuentus, armis aſſueta, torpeſcat & eneruetur, inutilis poſtmodum ad bellum gerendum. Hinc Romani & Spartani, bellicoſiſſimæ quondam gentes, quam maxime expedire Reipublicæ putarunt, externum ſemper adeſſe hoſtem, ne aſſiduo iſti armorum exercitio innutrita eorum iuuentus, deficiente hoſte externo, vel Ciuilia moueret bella, vel etiam ocio pacis languida animum virilem penitus fere exueret. Prudentiſſimi Catonis effatum eſt, hoſtem externum iuuentuti Romanæ Cotis inſtar eſſe, ad quam fortitudo eius alias langueſcens ſemper acueretur. Sic cum grauiſſime Romæ aliquando deliberaretur, *an Carthago æmula Reipublica Romanæ exſcindenda eſſet nec ne*: Inter alios non exſcindendam eam ſuadebat Scipio Naſica, ex hac ſcilicet ratione, vt ex ea Romanæ iuuentuti relinqueretur metus, ne vitiis mollibus debilitata per ocium torpeſceret. *Plin. lib. 15. N. H. cap. 18. Conf. Freinsh. ſuppl. in Liu. lib. 49.* De Proauis noſtris *Tacitus d. mor. Germ.* teſtatur iuuentutem quondam Germanam, tempore pacis in Germania gentes alias bella gerentes quæſiuiſſe: *Si Ciuitas*, inquit, *longa pace & otio torpeat, plerique Nobilium adoleſcentium petunt vltro eas nationes quæ tum bellum aliquod gerunt. Ab iſto armorum vſu & exercitio nulla prorſus, vel Nobilium, vel literatorum,*

Digitized by Google

vel mercatorum, vel opificum, iuuentus immunis eſſe debet, hoc enim ipſo fieret, vt ingruente belli tempore, vbi Hannibal opinione citius interdum ad portas, quot Ciues, tot milites, imo tot Angelos tutelares haberemus. Militibus egregie de Republica merentibus, vti olim ſic & nunc decernenda trophæa, brabæa & eximia honorum ſymbola, *cum ii qui pro Republica glorioſam oppetiere mortem per famam in æternum viuere intelligantur*, vti eleganter & Politice ſatis inquit *Iuſtin. pr. Inſt. d. excuſ. tut. & Curat.* Præterea iis honorum monumentis non tantum ipſi, quibus decernuntur, viuentes, ſed & eorum æquales & ſeri qui veniunt Nepotes ad ambiendam ſimilem vel maiorem rerum gerendarum gloriam acutiſſime ſtimulantur. Nunquam Themiſtocles tantam Rerum geſtarum ſibi acquiſiuiſſet famam, niſi incitatus iſtis, quibus Miltiadem a Republica & Populo Athenienſi mactatum vidit honorum brabæis, hinc tantæ fuit ſtimulatus ambitione & æmulatione, vt neceſſariam pene amiſerit quietem, nunquam non ingeminans: *Miltiadis tropæa ſomnum mihi excutiunt teſte Corn. Nep. in vit. Themiſt.* Notum enim quantis famæ ambitio in animis hominũ polleat viribus. Romani quondam egregia militum facinora non tam auro & argento, (cuius non ſemper adeſt copia, neque tantam etiam in animis generoſis vim obtinet) quam iſtis brabæis & honorum ſignis ornarunt, vti ex iſtius temporis Hiſtoria pluribus refert *Saavedra in ſymb. Polit.* Præ-

terea

tereaper totam Germaniam, lege Imperii Publica, eorum, qui pro Patria glorioſe occubuerunt, militum liberis, largis proſpiciendum eſſet ſubſidiis, ad exemplum Celeberrimæ Reipublicæ Venetæ, quæ militum præclare de Republica meritorum liberis alimenta, puellis quidem largam ſatis dotem, & filiis annua ſtipendia concedit *teſte Bembo in Hiſt. Veneta. Nihil enim eſt, quod tantopere priuatorum in Rempublicam excitet affectum & fauorem quam ſi videant, poſteritatem eorum Reipublicæ eſſe curæ, & maximum in eo arcanum Politicum ponit Machiauellus:* Et certe hoc præprimis ſeculo militari tutius latera Principis ſtipantur milite, quam neſcio quot literatis, in vana rerum ſpeculatione, & inueniendâ forſitan Circuli quadratura miſere deſudantibus, nam iſtud, a quodam olim Philoſopho nude ex Balneo in Plateas & forum proſiliente quod fuit exclamatum εὕρηκα, εὕρηκα, Reipubl. nihil adfert vtilitatis, & famoſum iſtud ſpeculantium literatorum: *Noli turbare circulos*, a militibus non exauditur. Vana & inania hæc ſunt nomina: Omnes Principum difficultates quouis nodo Gordio implicatiores, arbiter tandem decidit gladius. *Virtus militaris præſtat cæteris omnibus, quæ enim res vitam aut tranquillum vſum habet ſine iſta? Patria, libertas, Ciues, atque adeo ipſi Reges in tutela ac præſidio bellica virtutis latent, vti eleganter* inquit *Tullius pro Mur.* Ius Canonicum (intelligo autem le Droict des Canons) quouis Ingenio, calamo ſcriptoue eſt

efficacius, & cum *bellum*, teſte Magno Grotio, *ſuſcipiamus propter pacem*, eo maiorem in ſeculo militari bellis rite gerendis curam adhibere oportet, finis enim belli pax eſt ſuauiſſima, quam ſi deſideramus, neque bellum detrectare poſſumus: ſtatus Imperii Romano-Germanici ex natura & indole Imperii magis pacem amare quam bellum credunt, *cuius rei duas affert rationes Politicus quidam non vulgaris, quarum primam in diffidentias ſtatuum erga ſe inuicem, & alteram in Militia Imperii non ſatis ordinata ponit.* In iure publico quando disquiritur, de cauſis cur ita deplumata ſit Aquila Romana, vt vix quarta eius pars ſuperſit, rerum Germanicarum ſcriptores inter alias rationes etiam afferunt negligentiam illorum olim Impp. qui ocium maluerunt quam bellum: addunt, expedire Imperio habere Impp. bellicoſos, vti probant exemplis Caroli M. Ottonum, Maximil. I. & Caroli V. qui bellicoſiſſimi fuerunt, & ſub quorum Regimine Romanum Imperium maxime floruerit. Notum eſt, non ſemel in Imperio eſſe deliberatũ de mediis inſtaurandorum Imperii finium & repetendorum ablatorum, vti factum a Frid. I. ratione Hungariæ a Carolo V. & Rudolpho II. teſtibus Imperii Receſſibus, imo ad quas Imperii amiſſas Prouincias reſtaurandas vigore Capitulationis Cæſareæ Imperator obligatur, *vti videre eſt ex Capitul. Caroli V. art. 9. & 10.* Imo iam ante Caroli V. tempora Imperatores iuramento eo fuiſſe adactos teſtatur de Friderico II. *Sigonius*

lib.

lib. 18. d. Regn. ital. Hiſce itaque recuperandis Imperii Prouinciis vnicum & adæquatum Remedium eſſe bellum, pro moderno ſcilicet, temporum & ſeculi genio, *plurimi Politici & inter eos ſummus Bœclerus in not. Imp. lib. 2. cap. 4.* ſtatuunt. Duobus maximis ad bellum Præſidiis Germania noſtra eſt inſtructiſſima: *Numero ſcilicet. Incolarum* (quorum maior in Germania quam in vllo Europæ Regno numerus, vti oſtendit *Lanſius in Orat. pro Germania*, præprimis ſi Germaniæ accenſeamus, vti accenſeri debet, Bohemiam) *& locis munitiſſimis*: Si iam accederet exercitus expeditus & exercitatus, inſuperabilem recte pronunciaueris Germaniam, ſed hoc eſt, quod incredibili Germaniæ damno deficit. Miles publicus non eſt in promptu, licet in Prouinciis ſit miles priuatus, quo Princeps quilibet ad Prouincias ſuas vtitur defendendas; hinc quando iam Hannibal ad portas, deliberatur interdum adhuc in Imperio de neceſſitate & forma belli, ſed dum deliberant Romani, Saguntus interdum capitur, conſcribitur poſtmodum tumultuarie miles inexercitatus, qui non vires habet, ſed pondus, & maius eſt impedimentum, quam auxilium, *vti eleganter loquitur Liuius, & ſcite Græculus monuit*, Χειρῶν δεῖ τῷ πολέμῳ χρῆς ἐν ὀνομάτων πολλῶν; Manibus opus eſt in bello, non multis nominibus. Ad erigendam hanc, quam optarem, publicam Imperii militiam, fortalitia in Imperio præter neceſſitatem non eſſent toleranda, præprimis ea, quæ ſpe-

ctant

ctant ad illos Imperii ſtatus, qui tempore ingruentis belli & neceſſitatis illis tuendis ſunt impares, vnde exempla Imperio ſatis luctuoſa præſto ſunt: acre iſtud in Politicis ingenium, *Machiauellus*, notanter in ſuo Principe vult, vnam ſaltem vrbem eſſe probe muniendam ad defentionem imbecillioris cuiusque Principis, & meretur hac de re inſpici Conringius in doctis ſuis ad Machiauelli Principem animaduerſionibus: idem *Machiauellus lib. 2. cap. 24. de Republ.* ſtatuit, Principem, potenti exercitu inſtructum, facile carere poſſe arcibus & fortalitiis, & vt alia, inde quæ proueniunt, incommoda nunc taceam, ſolam inde, noſtrum quæ facit ad ſcopum, vtilitatem proponam, nimirum milites inde præſidiarios poſſe militiæ Imperii publicæ addici: hinc Philipsburgum nuper ſingulari, quod Germania agnoſcit, fato, (& in quo armorum Imperialium gloria poſita) Imperio iterum adiectum, ſolo æquandum Sereniſſimus Elector Palatinus recte, nec tam in ſuam, quam publicam Imperii ſalutem & vtilitatem, totiusque Rheni ſecuritatem ſtatuit, & meretur hac de re legi Epiſtola Sereniſſimi Electoris Palatini, Comitiis Ratisbonenſibus adhuc durantibus inſinuata, & typis hoc ipſo anno prudenti conſilio impreſſa; cum, publicam quæ tangunt vtilitatem, publice etiam omnium oculis debeant exponi. Nihil nunc dicam de iſto, apprime quod inſtaurandæ publicæ huic Imperii militiæ inſeruire poſſet, remedio, Pauli Quarti, Pontificis

Rom.

Digitized by Google

Rom. Imperatori olim Galliarumque Regi, pactis induciis, ad bellum Turcis inferendum propoſito, quo præter rationem conficiendæ ex tanta Monaſteriorum copia pecuniæ, ad belli impenſas neceſſariæ, ex ſingulis etiam Monaſteriis decem monachos, robuſtos illos luxuriantis & ſupini otii fratres, eligendos; indeque exercitum multorum millium conficiendum Pontifex ſuaſit & demonſtrauit, vti pluribus hoc perſequitur *Lanſius in Oratione pro Italia*: Neque religioni mihi duco iſtud afferre remedium, quod ab ipſo quondam Pontifice ſerio multisque argumentis propoſitum. Optimi milites, vel ſtatibus priuatis, vel, quod maximum eſt Germaniæ malum, penes exteros militant, *& Dominationi alienæ ſanguinem commodant*, *vti loquitur Tacitus in Agric.* Hinc fit, Imperium domi ſæpius non habere milites, *cum tamen multo ſit Reſp. beatior, quæ domi poſſit habere milites iuxta effatum Conringii in not. ad Machiauell.* Notanter de hoc malo conqueritur *Waſſenberg. in Aurifod. ſua Gallica, ordin. Imp. Rom. reſer. & obſtructa*: *parum*, inquit, *ſapienter mihi illi Principes agere videntur, qui promptiſſimum & ferociſſimum Iuuentutis ſuæ alienæ ambitioni, potentiæque, ſibi etiam ad extremum imminenti, famulari & ſeruire conniuent aut permittant, impoſterum infirmiores ſuiſmet viribus obruendi, mucronibus ſuiſmet iugulandi; huc uſque Waſſenbergii quot verba fere tot pondera. Huic enormi Germaniæ malo in eo eſt parata Medicina, ſi publica Imperii lege Germani a militia exterorum, ad*

ad exemplum Hiſpaniæ, Galliæ & Angliæ *abſtrahantur, publicato per totam Germaniam edicto, ne Germani externa ſequantur caſtra.* Glorioſiſſimus Imperator Carolus Quintus ſalutare hoc remedium ſuo iam tempore animo voluit, concepitque, verum hoc inter grauamina anno 1552. Ferdinando I. tradita fuit numeratum, exiſtimatumque, libertati Germaniæ hoc adverſari. Fateor quidem, expedire, ſi habeamus militem in exteris bellis, ſi modo ſuccurreret Matri laboranti. In Comitiis Ratisbonenſibus, Anno 54. hoc, quod agimus ſeculo, deliberatum grauiſſime de eo, quomodo ſecuritas Imperii domi forisque ſit conſeruanda, vbi Sereniſſimi Electoris Brandenburgici votum, intar alia ſaluberrima, in medium allata remedia, etiam hoc intendit, vt perpetuus miles in Imperio alatur, qui non tam in numero, quam robore conſiſteret, cui ſalarium ordinarium & certum præberetur. Hoc etiam conſilium videre licet in *Addition. Burgold. ad Limn. enud.* Doctiſſimus *Boeclerus*, qui ſummo in Politicis vſus iudicio, hunc perpetui militis in Imperio defectum ponit inter mala & defectus Imperii, quibus damnum in præſens, metus in poſterum debetur, *vti apparet ex illius notitia S. R. Imperii lib. 24. cap. 2.* Notat eundem militis ordinarii & perpetui defectum *lib. 15. ubi agit de militia S. R. Imperii cap. 1.* Hoc defectu in Imperio reſtaurato, non tam externum & mercenarium, quam domeſticum haberemus militem, quem illi longe præferendum ex grauiſſi-

mis

Digitized by Google

miſrationibus euincunt Politici, & Machiauellus. Venetos milite mercenario hodie (non ita olim) vtentes, hoc nomine reprehendit, demonſtratque, ſemper male eos rem geſſiſſe milite mercenario, licet hoc ex ſcopo Reip. Venetæ, qui eſt, pacem potius amare, quam bellum, excuſationem aliquam admittat: porro militia Imperii hac ratione erecta & ſtabilita, miles non tam emeretur, quam legeretur, neque tot purgamenta vrbium ſuarum, quibus ob egeſtatem & flagitia maxima peccandi neceſſitudo eſt, aſſueti latrociniis, bellorumque inſoliti ad ſtrepentis tympani ſonum confluentes militiæ addicerentur: *Et vt tandem paucis multa complectar, inſtaurato in Imperio milite publico & perpetuo, facillime in vſum reuocari poſſet & delectus & diſciplina militaris, quorum alterum parandis, alterum formandis inſeruit militibus: quæ duo probæ Germanaque militiæ & fundamenta & firmamenta (vti Lipſio in Ciuili Doctrina lib. 5. cap. 9. audiunt) maximo cum Germaniæ damno adhuc deſunt nobis.* Hoc remedium vti ſaluberrimum, ita ei quam maxime obſtare puto, primo diffidentiam & Æmulationem inter Status imperii, & deinde odium Tributorum, vnde etiam alias ſero & tarde conſcribitur miles, Deinde ſero etiam ad luſtrationes mittuntur milites, cui malo videtur remedium eſſe poſitum ſuperiori ſeculo, quo ſancitum eſt conſtitutum de ſubſidiis Circulorum mutuis mittendis, verum hæc & alia in Imperio noſtro ſalutariter eſſe conſtituta, eo magis dolemus, quo minus ea

fer-

Digitized by Google

ſeruaſſi videmus. Cum ergo ita male res noſtræ domi ſint conſtitutæ, hinc fœdera cum exteris, & interdum etiam hoſtibus Imperii inimus, quibus alias maximo cum Imperii emolumento carere poſſemus: *Nam non præter rem dubitant Politici, an priuilegium hoc ſtatuum ineundi fœdera cum exteris ſit e re Imperii?* Sæpius certe iſta fœdera cauſam dediſſe motibus& bellis ciuilibus hiſtoria nos docet. Sed reuertendum eo, vnde paululum ſumus digreſſi. Maximum eſt Maieſtati in armis præſidium poſitum, id quod ingenioſiſſimus Saauedra in Symb. Polit. eleganter notat in Aquila, quam tribus a natura inſtructam dotibus præſidia Majeſtatis in Regibus & Principibus adumbrare dicit, *& quidem per oculorum aciem indigitari perſpicacitatem in delictis indagandis & coërcendis, per lenitatem alarum promptam & paratam conſiliorum executionem, per robur denique vngularum arma contra hoſtes. Hæc perſpicaciſſimi Saauedræ Aquilam in noſtram Romanam, ob defectum harum Aquilæ dotium antehac deplumatam, votis nunc transfero Aquilam, nec non Illuſtriſſimis Reip. Germaniæ Moderatoribus illam calamo animitus votiuo exopto, ſic Aquila Romana Solem nec pluribus imparem fixo oculorum obtutu intuebitur, & ſolida ſibi Maieſtatis præſidia in tribus iſtis Aquilæ dotibus collocabit.*

Quo in pio voto pius Germaniæ Ciuis deſino, telam diſſertationis huius, præter opinionem quæ excreuit, abrumpens. Fateor vltimam argumento huic Politico manum a me hunc qui-

dem

dem non eſſe impoſitam, digitum enim ad fontem hunc Politicum tantum intendere volui, exequantur alii, quibus æque ac mihi ſalus Patriæ curæ cordique, cœptam à me bono, quod precor, omine telam, ſic hæc diſſertatio, auroræ inſtar, diem annunciantis, prodibit. Aſt ſi qua in re erudito, & rem ex vero æſtimanti Lectori ex aſſe non ſatisfecero, *triſti mortalitatis privilegio, errare aliquando licere*, munitum me novi, neque homo humani quicquam à me alienum puto, præprimis cum in peregrinatione adhuc diſtentus, nullaque ſuppellectile libraria inſtructus, hoc, quicquid eſt, conceptus Politici non niſi rudi & impolito delineaverim calamo. *Finio cum incomparabili Grotio: Si qua in hac Diſſertatione pietati & bonis moribus adverſa, ea nec dicta ſunto.*

FORCIANAE QUAESTIONES, in quibus varia Italorum Ingenia explicentur, auctore PHILALETHE POLYTOPIENSI * Ciue.

Neapoli excudebat Martinus de Raguſia 1536. plag. 3. 8vo.

QUare *Forcianas quæſtiones* adpellitet auctor perſonatus, in fronte voluminis huius ad *Fran-*

* Nomen fictum eſſe, nullus dubito. Nonnulli putant ſub hac larua Landum Hortenſium latere. Placcius Anon. n. 2099. a. omittit hanc primam ſed men-

Franciſcum Turchium, Patricium Lucenſem perſcripti nobis exponit. Nempe autor *Forum* profectus fuerat, locum illum amœniſſimum & ad ſtudia recolenda longe peropportunum. Tunc contigit, vt cum aliis inter oliueta quædam obambulans, in hunc ſermonem incideret, nempe unde tanta ingeniorum diuerſitas, tamque multiplices naturæ exiſterent, ita vt vix duo aut tria paria inuenire liceat, quæ non plane ſint diſſimili ingenio. Pulcre omnibus placuit hic diſcurſus, & ſinguli pro viribus ſymbolas conferebant. Erant vero tum in conloquentium tum audientium Numero *Martinus* & *Ludouicus Bonuiſii*, fratres, *Hieronymus Arnolphinus*, *Io. Guidiccionus*, *Bernardinus Cinamus*, *Martinus Giltus*, *Vinc. & Joannes Bonuiſii. Nicol. Turchius*, *Annibal Crucaius*, *Jul. Quercens*, *Vinc. Guinigius*. Nec deerant mulieres, quæ vt natura ſunt curioſæ, & libenter noua exaudiunt, ita & hic partim commiſcent conloquia, partim aliorum diſcurſus promtiſſime auribus excipiunt. In earum numero ſunt *Clara Cinama*, *Catharina Sbarra*, *Margarita Bernardini*, *Camilla Bernardi Guinigia*, *Catharina Bonuiſia*. Hic omnia liberrime proponuntur; nihil vitiorum reticetur, vt mirer, qui fœtus ille tam liberiori facie prodire potuerit. Sed Italis nonnullis vt plurimum placuiſſe, ex *Antiochi Lo-*
uinii

mendoſiſſime excuſam Neapolitanam editionem, & Francofurtenſem de An. 1610. 8v. adducit: proſtat quoque editio Baſileenſis de A. 1543. 8v.

Digitized by Google

nini ſermone in fine adiecto non immerito coniicimus: Ita enim ille ad *Franciſcum Turchium*: Legeram hunc libellum ſemel atque iterum, fuique partim ſtyli dulcedine, partim ipſa narra- „ tionis varietate ita captus, vt omnino mecum „ deliberarim, ſtudioſis omnibus tam vtilem & „ elegantem libellum vel CAPITIS PERICULO „ communicare ne pili quidem facio cuiusquam „ minas (modo fructus aliquis conſtet) hac vero „ lectione vberrimum quisque percipiet. Sic „ graphice Italicarum nationum ingenia deſcri- „ bit, & tam acute diſputat. Sed nunc audiamus „ ediſſerentes. „

diverſitas Italorum in litterarum ſtudiis.

Primus eſt *Ludouicus*, qui de Va- „ riis apud Italos ſtudiorum generi- „ bus ita ediſſerit: Amatis vos *Mediolanenſes* (adloquitur Crucæium) iu- „ riſprudentiam eique cum blattis & „ tineis certanti & opem & lucem multam attu- „ liſtis atque latinis litteris, quod nemo ante vos „ fecit, illuſtraſtis. Amant *Florentini* eam Philo- „ ſophiæ partem, qua principes rerum cauſæ tra- „ duntur, plurimi faciunt *Calabri* Græcas literas, „ *Neapolitani* Ethruſcas, *Lucenſes* divinas, *Veronenſes* politiores, *Vicentini* eam Philoſophiæ par- „ tem, quam augentes latinam linguam mora- „ lem nominarunt, *Bononienſes* Mathematicas diſ- „ ciplinas, *Veneti* rem Muſicam, *Ferrarienſes*, *Patavini*, ac *Salernitani* Medicinam, *Senenſes* Diale- „ cticorum argutias, præſertim ſi ab ea ſecta tra- „ dantur quam nominalium appellant. *Peru*- „

Digitized by Google

„ſini ius Pontificium, *Mantuani* Hebræorum literas, *Papienſes* Sophiſtarum nugas. „In exercenda vero mercatura, „quantam, Dii boni, diſſimilitudi„nem perſpicio. Sunt *Florentini* „callidi, atque ne vel minimam iacturam faciant, quosuis labores & quæuis incommoda li„benter perferunt. Hanc vero *Lucenſes* negli„gentius, ac minore cupiditate exercent, & da„tam fidem nunquam fallunt. *Genuenſes* o„mnium hominum auidiſſimi, ac laborum to„lerantiſſimi, lucri faciendi gratia, deſertiſſimas „ac remotiſſimas quasque regiones adeunt. *Ve„neti* vero aliam habent exercendæ mercaturæ „rationem. Sunt enim excelſiore animo in „hac re præditi, vel lucrum referunt vel inſi„gne detrimentum accipiunt, præſentique pe„cunia & emunt & diſtrahunt. Cæteris vero I„taliæ mercatoribus ſatis eſt obſtrinxiſſe fidem. „*Mediolanenſes* tam mirabili ſunt ingenuitate, „tantoque animi candore, vt rei venalis vitium „(ſi quod ineſt) palam indicent, mallentque „mori, quam adſtrictam fidem non „liberare. A mercatura ad militiam „propero, inter quas non ni„hil eſt affinitatis, dum alius alium anteuer„tit, præripitque lucrum. In hac ſtrenui ſunt „*Peruſini*, rapaces *Piceni*, præcipites *Calabri*, fortes „ſed inconſulti *Emiliani*, norunt ſtratagemata o„mnia *Spoletini*, crudeles *Ferrarienſes* & *Placentini*, „felices *Senenſes*, truces *Romani*, probantur *Man„tuani* equites, pedites non item. Animoſi *Bo-*

In mercatura.

in militia.

Digitized by Google

nonienſes, ſed imperatori exercitus parum o-„ bedientes. Intrepidi *Mediolanenſes*, ſed ſuis„ plus mali inferunt, quam hoſtibus. Mariti-„ mis prælijs nulli cedunt *Genuenſes*, terreſtri-„ bus vero, veluti languidæ pecudes ſunt, ubi„ ſtrepitum tormenti bellici ſenſerint, illico ani-„ mus timore obſtupuit, neque pes neque mens„ ſatis ſuum officium facit, diceres Niobe ſtupi-„ diores factos, aut pulchre appotos eſſe. *Cre*-„ *monenſes* pugnæ ordinem eleganter conſti-„ tuunt atque belliſſime acies inſtituunt. Nul-„ li melius *Neapolitanis*, hoſtem adoriun-„ tur, inſtant, premunt, ac dextra læua-„ que feriunt optime, ſuſtinent impetum, atque„ vrgentibus reſiſtunt. *Fauentini* premunt cæ„ dentes, ictus incutiunt, incuſſos deuitant. Per-„ iucundum eſt ſpectaculum intueri *Forolinienſes*„ ad ducum ſigna dimicare ac proferre gradum.„ Non poteſt autem ſatis narrari, quanta dexte-„ ritate *Pyſtorienſes* Clypeo ictus ex-„ cipiant, ac contemnant. Acrius„ in hoſtem inſurgunt *Laudenſes*, *Pa*-„ *rmiſ*ini vero & *Veronenſes* optime inſident equis,„ vrgent ſtimulis, ac frenis moderantur, atque„ omnem in partem circumflectunt. Nulli melius„ *Firmanis* militib9 tela ingerunt, aut vibrant lan„ ceas, ac torquent haſtas. *Papienſes* nunquam„ niſi prorſus deſperata victoria de fuga cogitant. Fugientes inſequuntur ſtrenue, mactant, diri-„ piunt, profligant. *Vicentini* ſæpenumero deſpe-„ rata victoria ad vindictæ ſpem animum accen-„ dunt. Sunt *Veneti* in apparandis claſſibus, ex-„

Y 3 truen-

„truendis arcibus, muniendis caſtris, locandiſ-
„que præſidiis peritiſſimi, *Brixienſes* excellunt
„extruendis vallibus, compingendis aggeribus,
„euacuandis foſſis, ſuffodiendis cuniculis, & fa-
„bricandis Machinis; *Bergomates* vero confin-
„gendis dolis, comportandis commeatibus, lo-
„candiſque inſidiis. Cognoui *Lucenſes* meos
„bene ciuitates obſidere, admouere Machinas,
„fremere tormentis, perfodere muros, concute-
„re turres, ac primos ſemper occupare mœnia.
„*Pratenſes* & qui Politianum montem habitant,
„ſpoliant templa, vaſtant agros, diripiunt vrbes
„ac incendia parant, *Piſcienſes*, *Collenſes*, & reliqua
„Ethruriæ fex ſtuprant viduas, rapiunt virgines,
„ac cædibus omnia replent. *Florentini* autem,
„id tantum in præliis ſpectant, vt victoria po-
„tiantur, ad prædam minime auidi. Sunt au-
„tem optimi exploratores. Poſteaquam bellato-
„res commemorauimus, non alienum fortaſſe
„fuerit de iis pariter diſſerere, quæ ad conficien-
„da bella pertinere exiſtimo (niſi vobis mole-
„ſtum ſit) quod certe nolim. Inſtrumenta ve-
„ro, quæ ad conſerenda prælia faciunt, neceſſe
„eſt etiam e variis locis comportare. Afferunt
„pecunias *Veneti*, quibus abundant, *Ferrarienſes*
„ſulphureum puluerem & bellica tormenta, Ga-
„leas *Medialanenſes*, Equos *Neapolitani*, Carros
„*Placentini*, Clipeos *Parmenſes*, Tentoria *Cremo-
„nenſes*, Enſes *Taruiſii* ſarauallum, Lanceas *Pa-
„pienſes*, Calcaria *Viterbienſes*. Afferunt *Piſto-
„rienſes* optimos pugiones, *Vicentini* & *Bononien-*

Digitized by Google

ſes ea præbent arma, quibus vulnera fiunt cir- „
cularia & omnium peſtilentiſſima. *Lauden-* „
ſes præbent commeatum, *Mediolanenſes* vero & „
Neapolitani plus cæteris bellorum incommo- „
da perferunt. „

Tum Arnolphinus loquitur, „ de Italorum diuerſitate hunc in- „ modum: „

p. 6. in ratione victus.

Si vlla in re viſi ſunt vnquam mihi inter ſe „
diſcrepare Itali, certe in ratione victus diſcre- „
pant. Cognoui primum *Neapolitanos* ſummo „
ſplendore & plus ſaccari abſumere quam panis, „
caulibus præterea libentiſſime veſci. *Floren-* „
tinos parcos, non auaritia neque inopia, ſed na- „
tura, mira tamen ſunt munditie, habent in de- „
liciis paruos quoſdam caſeos, qui a menſe Mar- „
tio nomen traxerunt, dictique ſunt Martioli- „
ni. *Lucenſes* in victu quemadmodum in ple- „
riſque aliis rebus auream illam mediocritatem, „
quæ tantopere placet peripateticis, ſectantur, „
delectantur ii plurimum quibuſdam piris, ea „
eſſe puto, quæ olim Tiberiana dicebantur. Te- „
nuiſſimi ſunt *Genuenſes* nullaque munditie, vi- „
ctitant *Mantuani* vilibus phaſellis. *Ferrarienſes* „
raro peregrinos ad eorum menſas admittunt, „
quo conſilio id agant, non facile dixerim. Vi- „
ctitant *Patauini* piſciculis minutis obolo emptis, „
Veneti paruo obſonantur, tenuiter viuunt *Areti-* „
ni, ſplendide *Senenſes*, caſeiſque recentibus mi- „
rum in modum delectantur. Copioſi *Medio-* „
lanenſes & iis rebus frequenter vtuntur, quæ ad „
irritandam ciborum appetentiam faciunt. *Pa-* „

Digitized by Google

„*pienſes* veſcuntur libenter lactucis, cæpis, atque „aliis. *Nouocomenſes* infinitis epulis menſas in„ſtruunt, atque edendi nullum finem faciunt, „butiro veſcuntur cupidiſſime, atque ſtrenui „ſunt potatores, Lacticiniorum & omnis generis „fructuum frequens eſt vſus apud *Placentinos*. „Magnifice admodum viuunt *Veronenſes*. Ba„ſilice *Vicentini*, Delectantur anſeribus *Ariminen*„*ſes*, ficubus *Piceni* & ſuilla carne, appetunt *Tar*„*uiſini* ranunculos & cancros, lauta eſt *Bononien*„*ſium* menſa, ei tamen lautitia & ſplendore *Cre*„*monenſis* non cedit, vtrique vero farciminibus „delectantur. Piſce quam carne lubentius ve„ſcitur *Peruſinus* (modo ex eorum lacu prodierit) „cæteros contemnit. *Aſtenſes* opipare viuunt, „*Laudenſes* copioſi, ſed inconditi, *Terdonenſes* ac „*Nouarienſes* nimium acribus delectantur. *Pe*„*demontani* omnes in victu gallicanum neſcio „quid redolent. *Anconitani* ſordidi ſunt. Re„liquas Italiæ nationes perſequi non eſt conſi„lium, tum quod non ſatis cognitæ ſint, tum vt „ſit etiam alia quæ deſiderantur narrandi otium, „ſed prorſus animi pendeo quid nunc perſe„quar, equidem deſiderium veſtris obſequen„di ſtudiis animum meum diuerſe trahit, „rapitque modo in hanc modo in illam partem, „Cuperet Guinigius primum expediri variam „orationem. Sed me Turchius acriter vrget, „vt varietatem veſtitus ediſſeram, quod certe „libenter facio, tum quod ei ſcio me rem gra„tam facturum, tum quod pauciſſimis me poſſe

expe-

expedire confidam. Olim ſplendidiſſime veſtiebant *Mediolanenſes*, „ ſed poſtquam Carolus Cæſar in eam vrbem tetram & monſtroſam „ Beſtiam immiſit, ita conſumti & „ exhauſti ſunt, vt veſtimentorum ſplendorem „ omnium maxime oderint, & quemadmodum „ ante illa duriſſima Antoniana tempora nihil „ aliud fere cogitabant, quam de mutandis veſtibus, „ nunc alia cogitant, ac mente verſant. Non „ potuit tamen illa Leuiana rabies tantum perdere, „ neque illa inexhauſta deprædandi libidine „ tantum expilare, quin a re familiari adhuc „ belle parati ſint, atque ita veſtiant, quemadmodum „ decere exiſtimant. Et certe niſi illa Antonii „ Leuæ ſtudia egregios quoſdam imitatores „ inueniſſent, meo quidem iudicio, nulli cederent. „ *Neapolitani* nimios exercent in veſtitu „ ſumtus; *Genuenſium* veſtitum perelegantem „ iudico, neque ſagati ſunt neque togati. Ferme „ oblitus eram *Venetorum*. Ii togati omnes. „ Decet quidem ille habitus adulta ætate homines, „ Iuuenes vero (ſi quid ego iudico) minime. „ vtuntur panno, quem ipſi vulgo Venetum appellant, „ ita probe confecto, vt perpetuo durare „ exiſtimes, ſæpiſſime vero eas veſtes geſtant „ nepotes, quas olim tritaui geſtarunt. Noctu „ autem dum ſcortantur, ac potant, Hiſpanicis „ palliolis vtuntur. *Ferrarienſes* ac *Mantuani* nihil „ tam diligenter curant, quam vt pileos habeant „ aureis quibuſdam fruſtillis adornatos; at- „

in Veſtium varietate. p. 7.

„ que nutanti capite incedunt, ſeque quouis ho-
„ nore dignos exiſtimant, *Lucenſes* neque ſuper-
„ bo neque abiecto veſtitu vtuntur. *Florenti-*
„ *norum* habitus mihi quidem ridiculus videtur.
„ Reliquos omitto, ne nimius ſim.

In oratione. „ Placet nunc variam orationem ag-
„ gredi, in qua (ſi quid iudico) po-
„ tiſſimum differunt, atque ſe viciſſim deludunt.
„ Irridentur *Mediolanenſes* a multis, ipſi interim
„ multos deludunt. *Neapolitani Calabros*, *Calabri*
„ *Appulos*, *Appuli Hidruntinos*, hos autem omnes *Ro-*
„ *mani*, *Romanos Hetruſci*. *Hetruſci* vero quanquam
„ cœteris excellant, effugere tamen non poſſunt,
„ quin & ipſi ridiculi ſint, aut ſaltem, quin ſe mu-
„ tuo lacerent. Multa ſane perperam pronun-
„ tiant & *Florentini* & *Lucenſes*. Rudis videtur
„ plerisque *Mediolanenſium* oratio, explicant illi
„ tamen facile animi ſui conceptiones, neque
„ quicquam emendicati, aut affectati habent.
„ Tardi ſunt *Veneti*, eorumque pronunciatione
„ nihil putidius. Ridicula *Genuenſium* neq; literis
„ conſignari poteſt. Jucundiſſima *Senenſis*, non
„ minus iucunditatis aut fortaſſe plus *Florentina*
„ haberet, ſi voces non ingurgitaret, aut non i-
„ ta palato lingua iungeretur. Qui vult Muſas lo-
„ quentes audire, is eos *Lucenſes* audiat, qui non
„ peregre fuerint. Sunt *Ferrarienſes* oratione pla-
„ ne ferrea, id eſt, vt ego interpretor indefeſſa. Du-
„ riter pronuntiant *Bergomates* ac *Brixienſes*, face-
„ ta eſt *Peruſina*, non omnino inſuauis eſt *Bono-*
„ *nienſis*, celerius loquuntur *Spoletini*, Verſuti
ſunt

ſunt in oratione *Fulginates*. balbi *Nouocomenſes*, „ graues *Capuani*, ſuperbi *Romani*, feſtiui *Piſtorienſes* ac *Pratenſes*, non vacat dicteriis *Conſentina*, „ plena faſtidii & iactantiæ *Neapolitana*. Prompti ſunt *Narnienſes*, mandaces *Piceni*, Leues *Umbri*, Vacat Lenociniis omnibus *Nouarienſis*, lapides loquuntur *Appuli*. Afferunt incredibilem „ moleſtiam *Pedemontani*, omnium vero peramoeni ſunt, qui *Politianũ* montem „ incolunt. Aperiam nunc quæ ſit „ in conſilio aut dando aut accipiendo diſſimilitudo. Præſtant „ conſilio *Mediolanenſes*, ſed aliorum „ gratia potius quam ſua. Sunt nullo conſilio „ *Genuenſes*, Rumor eſt *Venetos* abundare, Sunt „ perutili conſilio *Lucenſes*, idque aperte indicarunt, cum in tanto totius Italiæ ardore, tot hoſtibus circumſepti ſuam libertatem, ad quam „ nati videntur, ſemper tutati ſint, nulla quidem, „ aut capitis aut fortunarum ratione habita. Quis „ porro non vehementer admiretur? Quis callida „ conſilia non ſtupeat? Equidem quotiescunque „ cogito quanta prudentia ingruentes procellas „ euitarint, quanta ſolertia impendentia pericula effugerint, adducor in ſtuporem. *Lucanis* „ vero ſummum eſt ſtudium, eos eludere, qui „ conſilii captandi gratia adeunt, ipſi vero omnia „ inconſulte & temere faciunt. *Brutii* optimo „ ſunt conſilio, ſed vt incommodent, ac perniciem afferant, in rebus quæ ſunt magnæ deliberationis dictu mirum quam ſtupidi ſint, iiſdem plane dotibus inſtructi ſunt *Volſci*, niſi „

In conſilio dando & accipiendo. *p. 8.*

quod

Digitized by Google

uod ad cædes ac furta paulo propenſiores
nt. *Piſani* bono quidem ſunt conſilio, ſed
arum conſtanti, ſi quis diuerſum ab eis ſen-
erit, mox acquieſcunt, rurſus ſi aliter ſuadeas
nutabunt conſilium, illud in cauſa fuit, quod
am duram ac diuturnam obſidionem ad ex-
tremum vſque non pertulerint. *Placentini* v-
trisque abundant conſiliis, ſcilicet, ſalutaribus
ac pernicioſis, non facile tamen ab eis impe-
tres peſtilens conſilium, apud *Regienſes* neque
conſilii copiam invenias. Si ſequare *Mutinen-
ſium* conſilia, raro cedet infeliciter, ſunt enim
peracutiſſimo ingenio & voluntate plane bo-
na. Prouidi ſunt *Florentini* (ſi vnumquemque
ſeorſum accipias) ſi vero ſimul coniuncti ſint,
non admodum mihi illorum conſilia proba-
buntur, feliciter cedunt *Senenſium* conſilia, Subi-
ta ſunt *Peruſinorum*, ſalutaria *Ferrarienſium*, fideli
ſunt conſilio *Veronenſes*. Semper ambigui
ſunt in conſiliis aut dandis aut accipiendis
Patauini. Sunt pertinaces in eo quod coepe-
rint conſilio *Bergomates*, reſpuunt omnium
conſilia *Neapolitani*, ſunt conſultiſſimi *Bononien-
ſes*, ego vero ſum minimo conſilio, qui tam du-
ra tractare cœperim, neque miror ſi Ludoui-
cus poſteaquam rei difficultatem ſenſit, nullis
„ precibus adduci potuit, vt inchoa-
... moribus. „ tum ſermonem perficeret. Sunt
„ *Lucenſes* etiam aduerſus hoſtes mi-
ti ingenio, facilique natura. *Mediolanenſes* fa-
cile acceptas iniurias condonant (modo com-
me-

Digitized by Google

meritam poenam deprecentur) alioqui probę, „ iniurias vlciſcuntur. Sunt *Neapolitani* in- „ iuriarum ſtrenui vltores, ſimili ingenio „ ſunt *Ferrarienſes* & *Placentini*, ægre condo- „ nant *Florentini*, diſſimulant odia *Peruſi-* „ *ni*, vlciſcuntur auorum ſuorum iniurias *Fulgi-* „ *nates*. Fingunt condonare *Veneti*, obliuiſcun- „ tur iniuriarum *Mutinenſes* ac *Regienſes*, occulta „ ſunt *Picenorum* odia, aperte oderunt *Cremonen-* „ *ſes*. Tanta ſunt animi magnitudine *Senenſes*, „ vt vix agnoſcant iniurias, ſunt. obſcurius ini- „ qui *Romani*, *Aſtenſes* facile quaſcunque iniurias „ deuorant, *Papienſes* faciles ſunt ad ſuſcipien- „ dam indignationem, faciles etiam ad depo- „ nendam, *Bononienſes* ad miſericordiam propen- „ ſiores ſunt. Ignoſcunt libenter *Nouocomenſes*, „ ſi quid in eos pecces, faciliores etiam *Laudenſes* „ ſenties, (modo te ſupplicem offeras.) Sunt „ autem beneficiorum maxime memores & grati „ *Lucenſes*, *Mediolanenſes*, *Florentini*, *Senenſes*, *Nea-* „ *politani*, *Veronenſes*, *Brixienſes*, obliuioſi vero *Ge-* „ *nuenſes*, *Veneti*, *Patauini*, *Nurſini*, *Appuli* (*Brunduſi-* „ *ni* præſertim.) Erat omnino conſilium hanc „ partem plenius attingere, poſteaquam reſciui, „ Italos male audire apud Tranſalpinos, malæ „ mentis, maliſque animi, poteram ego me hercu- „ les multos recenſere populos, qui voluntaria „ obliuione grauiſſimas quaſcunq; „ iniurias conterant. Poſteaquam, „ de odio egimus, par eſt, vt etiam, „ de *amore* tractemus, ſubſequetur mox quibus „

[illegible]

Le-

„ Lenociniis adamatas ad amorem
„ pelliciant: pax ſit pudicis auri- p. 9.
„ bus, ſi quid forte minus pudicum
„ effluet. *Mediolanenſes* ſunt Italorum omnium
„ minus Zelotypi, nec admodum obſtinate a-
„ mant, cupiunt carnariam, oderunt pinguia-
„ riam, amant vero maxime, quæ ſunt procerio-
„ re ſtatura, *Mantuani* in amata foemina, ſi bene
„ choreas ducat nihil præterea deſiderant, ſunt
„ tamen ſatis induſtriæ. *Florentini* illud pri-
„ mum requirunt, vt ſumma ſit modeſtiæ fama,
„ non ſit loquax, terram modeſte intueatur, ne-
„ que hac aut illac curſitet, ſed domi veluti co-
„ chlea lateat. *Neapolitani* fumoſas imagines
„ quærunt, neque amant, niſi ſit elato animo at-
„ que omnium perditiſſime amant. *Lucenſes*,
„ cum ſint in amore omnium dicam conſtantiſ-
„ ſimi? an pertinaciſſimi? eandem etiam perti-
„ naciam in fœmina expetunt, cupiunt præte-
„ rea, ſit in ea ſumma grauitas, cum humanitate
„ coniuncta, habeatque optimam corporis con-
„ ſtitutionem. Sunt *Veneti* omnium libidino-
„ ſiſſimi, ſine delectu amant, ſunt etiam in amo-
„ re nulla conſtantia, modo illam depereant, ve-
„ rum neque huic neque illi fidem ſeruant, vbi
„ potiti fuerint, ſtatim deſpiciunt, eandem non
„ ſæpe adeunt. Cognoui *Ferrarienſes* amoribus
„ deditiſſimos, atque ardoris impatientiſſimos,
„ ſibi tamen in amore plus ſatis placentes, nulli
„ riuales impatientius ferunt. Sunt egregii
„ formarum ſpectatores *Senenſes*, atque vt ama-

ra.

ta potiantur, nihil intentatum relinquunt, cu-„
piunt autem quæ ſit proceriore ſtatura. *Peru-*„
ſini quas amant, cupiunt audentiores eſſe, expe-„
dunt in fœminis dentium candorem, & caſios „
oculos. *Brixienſes* timidulas præcipue commen-„
dant, cum tamen pleræque omnes ſint excelſi „
animi. *Calabri* in ea quam deperennt, quæ-„
runt cutis candorem, rubore circumfuſum. *Pa-*„
tauini in muliere deſiderant exiguas Papillas, „
id eſt cauſæ, quod illic complures fœminas „
comperies, quæ plantaginis ſucco ne nimium „
excreſcant, ſedulo dent operam. Non abhor-„
rent a fœminis *Vicentini*, & in ea quam amant, „
nihil præter miram elegantiam quærunt. Sunt „
magni amatores *Genuenſes*, atque vt amata po-„
tiantur nullum aut fortunæ, aut capitis diſcri-„
men recuſant ſubire; ſi ſe ſperni intelligant, „
perpetuo lugent, amant vero, quæ ſunt craſſio-„
ribus lacertis, rubicundiore vultu, ac pleniore „
pectore. *Veronenſes* neque nimium facilem, „
neque nimium difficilem, *Mutinenſes*, pulchras „
non putant, niſi belliſſime vultum ceruſſa & „
purpuriſſo infecerint. Fide ſunt *Bononienſes* in „
amore ſingulari & adamatam mirandum in „
modum colunt, neque ſunt admodum Zeloty-„
pi, largiſſime donant (ſi potiantur) alioqui ni-„
hil extorquebunt, *Placentini* deſpiciunt maxi-„
ma quæque, vt amata fruantur, ſi Zelotypiæ „
morbo corripiantur, mox adamatam iugulant, „
in ea vero iucunditatem, potius quam pulchri-„
tudinem expetunt, *Cremonenſis* cupit canora „
voce,

„voce, fidibus doctam, oculis nigris, *Rauenn*...
„volunt dicto audientem eſſe, alioqui non ...
„mant, *Vrbinates* amant facundas & vrbanas, ...
„derunt vero maxime ignauas, ſi in Zelotyp...
„morbum forte cadant, mox recludunt, dilige...
„tius adſervant ac minis perterrefaciunt. *Rom*...
„ſiue mavultis Romanenſes, graue & maieſtate...
„quandam quæ ſe ferentem expetunt, ſi fiant Z...
„lotypi in profluentem Tyberim deturbant. *T*...
„*rentini* pinguiores volunt, garrulas, feſtiu...
„candidas, & quæ cultiore veſtitu delectentur ...
„quem (ſi rei familiaris anguſtia pateretur) ſu...
„ſuapte natura propenſiſſimæ. *Monopolitani* e...
„fœminas inprimis commendant, quæ pau...
„habiliores ſint, voce ſuaui, lingua celeri. *Piſ*...
„nihil in fœmina tam ardenter cupiunt, quam ...
„ingenua ſit, bonis moribus prædita, ſimplici ...
„aperto animo. *Cortonenſes* paticham adora...
„neque vnquam amari ſibi perſuadent, ſi tr...
„antur, cœlum digito contingunt, ſi ſpe fruſtra...
tur, tanto corripiuntur furore, vt ſe plerumq...
„terimant. *Piſtorienſes* quanquam ſint fact...
„liſſimi ac domeſticis cædibus intenti non ...
„horrent tamen ab amoribus, cupiunt auten...
„rubicundas eſſe, manibus oblongis, tenuio...
„bus lacertis, ventre tereti, neque nimium ...
„quaces neque plane mutas adde in eos male...
„nimatos quos ipſi oderint, raro autem Ze...
„typiæ morbo afficiuntur, neque tam ...
„denter amant, vt ſi aliquando eam diuerſ...

Ei

ctionis intellexerint, quin mox,„ veluti peſtem fugiant. *Sauonenſes*„ vero, etſi Genuenſibus finitimi,„ ſint, habent tamen diſſimile ingenium, amant,„ pulchre ornatas, vultus nitorem, optimum„ colorem, oderunt quæ peregrinos odores ſpi-„ rant, rarius coeunt, rei domeſticæ diligentio-„ rem curam habent, liberos melius inſtituunt,„ miniſtros etiam multo maiore indulgentia tra-„ ctant. *Viterbienſes*, vbi illos cœpit ſatietas, quæ-„ ſtum producunt. Sunt autem ad expu-„ gnandam fœminarum pudicitiam mire ap-„ poſiti, dolis & technis rem agunt. Reſtat mo-„ do narrem quibus modis a-„ morem ſibi concilient. Quemad-„ modum varia ſunt amantium in-„ genia, ita etiam variis artibus in-„ ſtructi, ſperant ſe voti compotes„ futuros. *Neapolitani* dum bene inſident equo, at-„ que ſumma corporis dexteritate nunc in hanc„ nunc in illam partem flectunt, dum ſplendide„ veſtiunt, haſtiludia exercent atque opobalſa-„ ma ſpirant. Student placere *Mediolanenſes* op-„ piparis conuiuiis ſi ſe negligi ſentiant conti-„ nuo, maledictis lacerant, Gallico morbo infe-„ ctam paſſim euulgant. *Ferrarienſes* dum ama„ tam in cœlum ferunt, choreis *Mantuani*, *Peruſi*-„ *ni* minis ac blaſphemiis, *Veneti* illa ſua magnifi-„ centia, iactantia, *Bononienſes* donis, *Florentini*,„ Rithmis, *Senenſes* dum falſas lacrimulas vi ex-„ primunt, *Lucenſes* pertinaciter amando, *Vicen*-„

p. 105

In amore concili-ando.

„*tini* perpetua conſectatione, *Veronenſes* obſe-
„quiis, *Romani* iocis, *Cremonenſes* cantilenis, *Are-*
„*tini* facetiis. Si quid pecco, date quæſo veni-
„am, non licuit enim omnem Italiam ita dili-
„genter perluſtrare: vt nihil me
„*In excipiendis hoſpitibus.* poſſit fallere. Tum excipien-
„dorum hoſpitum varii mores e-
„*p. n.* narrantur: Occurrunt primum
„*Calabri*, ii ſunt in peregrinos offi-
„cioſi. (Si ſit cum iis faciendi lucri ſpes aliqua)
„alioqui quantum poſſunt vitant, aut donant,
„quæ ſpernunt & oderunt. Amant peregri-
„num *Neapolitani*, ſi quippiam habeat in ſe exi-
„mium & excellens, *Lucenſes* vero, non ſolum a-
„mant, ſed reuerentur, atque omni officii gene-
„re complectuntur, cauentque ne quid ſe in-
„commodi patiatur. *Florentini* ſunt officioſi, &
„re & conſilio iuuant, neque commodum vl-
„lum reſpectant, ſi diutius apud illos fueris, &
„ſenſus & fortunas omnes aperiunt. *Senenſes*
„non minore contentione pro externorum di-
„gnitate certant quam pro aris & focis. Sunt
„verbis officioſi *Veneti*, *Aſtenſes* nihil non faciunt,
„quo ſibi exterorum hominum beneuolentiam
„concilient. Simili ſunt ingenio *Vercellenſes*,
„certant ſimul de promerenda hoſpitum bene-
„uolentia. Agreſtes ſunt *Spoletini* & *Nurſini*, in-
„hoſpitales *Patauini* ſi commodum non ſpe-
„ctent, oderunt *Bergomates*, *Veronenſes* nihil a-
„liud ſtudent, quam vt hoſpites omni officio ac
„potius pietate complectantur, *Mediolanenſes* et-
iam

iam ſuo magno incommodo ſunt officioſi, *Pa-pienſes* non ita. Inhoſpitales *Genuenſes* etiam in eos quorum ipſi benignitatem aliquando experti fuerint. Cum *Ferrarienſibus* etiamſi il-lic ſeculum agas, nihil tibi poterit eſſe domeſti-ci vſus. *Mantuani* hoſpites deglubunt. *Par-menſes* benigne quidem excipiunt, ſed mox fa-ſtidiunt, nimium ſeueri ſunt *Placentini*. Nul-li prolixius peregrinos accipiunt *Mutinenſibus*. Amant quidem *Nouocomenſes*, nulla tamen of-ficia aut ſtudia (etiam ſi vehementer indige-ant, conferunt. Infenſi ſunt *Pi-ſani*. Nouus interlocutor *Gilius* ac-cedit de foeminis ſic ediſſerens; A noſtris *Lucenſibus* auſpicabor, quæ certe ſunt & pudicitia inſignes, & optimæ matres familias, adde, ap-parandorum conuiuiorum doctiſſimæ. *Senen-ſes* ſunt egregia forma, moribus laudatiſſimis, graues etiam & ſapientiores quam auſim deſi-derare. Petrarchæ, Dantis, huius farinæ ſcri-ptoribus, maxime delectantur. Peregrinos, omnibus demerentur officiis. *Florentinæ* deli-catiſſimæ ſunt, ſuendi peritiſſimæ & cæteris in-dulgentius, liberos, miniſtros, familiam deni-que omnem tractant. *Piſtorienſes* lingua di-ſertiſſima, neque grauantur admodum copiam ſui facere, etiam nulla lucri ſpe oſtentata. Ma-ntuanæ ſæpe memorabiles impoſturas faciunt, *Pe-rugine* forma præſtantiſſima, moribus non com-mendis, ab amorib⁹ non omnino abhorren-

De Italicarum fœminarum ingeniis diuerſis.

„ tes, omne illarum ſtudium, tergendis ac bene
„ manibus eluendis, piſcatione etiam maxime
„ delectantur. *Nouocomenſes*, maritos plane bea-
„ tos faciunt, dum capiti vervecina diademata
„ imponunt. *Romanæ* grauitatem & religionem
„ multam præ ſe ferunt, iis tamen ſtudiis dele-
„ ctantur, quibus pleræque omnes. *Caietanæ* a-
„ moribus vsque adeo deditæ, vt ſæpe maritos
„ deſerant, per ſe quidem pulchræ; natiuam ta-
„ men pulchritudinem, quantum poſſunt, ad-
„ iuuant. *Capuanæ* ſuperbæ, arrogantes, nec
„ forma, nec moribus, nec opibus inſignes. *Co-
„ ſentinæ* obſtinatæ ac fallaces, pereleganti iudi-
„ cio & ingenio viſæ ſunt mihi. *Neapolitanæ* an-
„ cillarum gregem ſecum ducunt, rem domeſti-
„ cam diligentius curant, & amatores ſuos reli-
„ gioſiſſime colunt. *Beneuentanæ* forma ſunt ru-
„ ſticana. *Brundiſinæ* facie liberali, ſed inertiſſi-
„ mæ. Quo ſint *Picenæ* in externos animo, non
„ facile iudices, ſiquidem nimium diligenter aſ-
„ ſeruantur. *Bononienſes* corpore ſucculento,
„ colore ſubaquilo, lachrimarum, ac ſuſpirio-
„ rum, (neſcio an iniquo meo fato acciderit)
„ auidiores certe, quam ego fuiſſem vnquam ſu-
„ ſpicatus. *Ferrarienſes* amatores ſuos ſpoliant,
„ mutilant, lacerant, *Mutinenſes* facili, benigna-
„ que natura, *Rauennates* non ſinunt omnino a-
„ matores ſuos deſperare, vndique ſemper ſpem
„ aliquam iniiciunt, ſunt plenæ humanitatis &
„ colore muſtelino. *Ceſennates* paulo rapaces.
„ *Piſaurinæ* & *Vrbinates*, (quanquam videantur a-
gre-

greſtem naturam præ ſe ferre,) nullæ tamen be-„ nignius aut prolixius peregrinos excipiunt. „ *Parmenſes* & *Placentinæ* ſunt plane ſimili inge- „ nio, id eſt, vt ego interpretor, auaro, duro & dif-„ ficili. Arridebunt *Papienſes*, ſi crumenam ha- „ beas pecuniis refertam, alioqui caſtitatem præ-„ claram fingent. *Mediolenſes*, ſi oris figura, cæ- „ teris non præſtant, laterum tamen firmitate, „ corporis habitu, ac ingenii felicitate nulli ce- „ dunt. Pauciſſimas comperies, quarum pudi- „ citiam montibus aureis expugnes. Sunt *Me-*„ *diolanenſes* acupictores clariſſimæ, oecono-„ miam optime exercent, iucunda eſt illarum „ conſuetudo. ſunt perurbanæ & facetæ, ſunt in „ eos propenſæ qui aut doctrinæ, aut bellicis lau-„ dibus excellunt, Petaces ſunt *Pedemontanæ*, ſu- „ perſtitioſæ *Laudenſes*, Luxui addictiores *Cre-*„ *monenſes*. Externorum non minus amantes „ quam ſuorum *Vercellenſes*. Sunt *Genuenſes* fa-„ laces, loquaces, plenæ confidentia, cæterum e-„ gregia forma, amantium ſuorum ſtudiis ad- „ modum obſequentes eos crebris munuſculis „ donant, raro expilant, non facile recludi pati- „ untur, amant enim hac atque illac circumcur-„ ſandi libertatem, ſuos lubentius quam alienos „ complectuntur, circumferunt libenter roſas „ ac beneolentes flores, humaniſſime ſalutant „ quoscunque habuerint obuios. Sunt *Venetæ*, „ ingenio mirum in modum vario, cupiunt fla- „ uos capillos, & cutis candorem multo ſibi com-„ parant artificio, ſunt quidem forma bona, ſed „ ge-

Digitized by Google

,, geſtus & mores plane meretricios habent, ſunt
,, tibiis breuioribus, illic, tu multas offendes, quæ
,, lucri gratia ſe proſtent, multas item quæ ſolum
,, amoris quadam abundantia libenter aſſentan-
,, tur, nimio luxu diffluunt, voluptatibus dedi-
,, tiſſimæ, oratione ſunt placidiſſima ac lenoci-
,, niis plena, ſi ſe amore capi ſinant, (quod ſæ-
,, piſſime fit) nullum omnino diſcrimen faciunt
,, pulcher an deformis, ſplendido an obſcuro lo-
,, co natus ſit. *Taruiſinæ* iiſdem fere moribus,
,, quibus Venetæ ſunt, minore tamen corporis
,, elegantia & cultu. Sunt mirum in modum
,, Zelotypæ (ſi quem amare cœperint.) Amant
,, prudentiſſime & conſtanter *Vicentinæ*, *Cremen-*
,, *ſes* & *Bergomates* fallunt ac ludificant ſæpiſſime
,, amatores. *Veronenſes* ſunt ſatis pudicæ, gra-
,, ues & gratioſæ. Facinus me hercle indignum
,, eſſet, ſi *Brixianas* ſilentio prætercam, quæ om-
,, nium belliſſime rem familiarem curant & tam
,, egregie filant. Non minore pœna mulctan-
,, dus eſſem, ſi *Aretinarum* obliuiſcerer. Quæ o-
,, mnium tenaciſſime amant, & ſæpe cantilenis
,, amatorum ſuorum laudes celebrant, optimas
,, textrices cognoui *Fauentinas* & *Forolìuienſes*: ar-
,, denter amant *Eugubinæ*, auaras cognoui *Anco-*
,, *nitanas*, placidisſimas *Aſtenſes*. *Terdonenſes* &
,, *Nouarienſes* fœminæ ſunt multa induſtria, ne-
,, que illarum amplexibus fruere niſi virtutibus
,, ornatus acceſſeris. Tedet me hercules tam
,, prolixæ narrationis, & memoriæ ſenſus me de-

ficit

ficit, ſcio me multa prætériſſe, ſed tamen pru- „
dens ac ſciens præterii. „

Hiſce ita finitis, fœminæ quoque in cathedram aſcendunt, & qua pollentoris volubilitate nonnihil de ſuo adiiciunt. Sed ſermonem inſtituunt illæ non de Italorum ingeniis, ſed de ſe: & *Camilla* præcipue oſtendere conatur, ſexum fœminei generis in collatione ad virorum dignitatem pari eſſe excellentia, aut ſuperiores etiam. Vnde illuſtres fœminas à ſcriptoribus veteribus paſſim commemoratas ordine recenſet, factaque earum ſimul breuiſſimis exponit. Inprimis Camilla fœminas Italicas muſicæ artis peritiſſimas eſſe adſeuerat. *Nobis certe*, inquit, „
illa, *non deſunt muſicæ, quæ poſſint velut Timotheus* „
iſte veſter Alexandros ad furorem impellere, impulſos „
rurſus comprimere: ſunt quæ tibiis, ægrotantibus me- „
dicinam faciant. Erant non diu Mediolani, quæ fa- „
cile poſſent muſicis concentibus mæſtitia & ſtupore au- „
ditores replere, deinde mæſtitiam illam in lætitiam ver- „
tere, poſtremo animos ita permouere, vt ad petulan- „
tiores corporis motus atque inſanas geſti- „
culationes deuenirent. Recenſet deinde quæ in arte poetica, philoſophia, cauſſis agendis & arte oratoria, bello, pictura, pudicitia aliisque virtutibus enituerunt: ſed nuda ſolum nomina recenſentur, vt ea hic excerpere non opus exiſtimem: Deinde vt fœminas viris ſuperiores eſſe contendat, his argumentis vtitur, quod Eua vitam, Adamus e contrario terram ſignificet: quod Eua in illo amœniſſi-

p. 18.

Digitized by Google

mo deliciarum loco facta, Adam vero in agro: quod ſacræ litteræ tradant, fœminam vniuerſo orbi ſalutem perpepiſſe, quod Habraamo impetratum ſit, vt Saræ vxoris impetrata faceret, quod nulla fœmina quamtumuis ære alieno oppreſſa in carcerem detrudatur. Denique hæc adiicit: p. 19.
„ *Nonne*, exclamat, mathematici omnes plus eſ-
„ ſe in noſtris corporibus proportionis adfir-
„ mant? præter id nobis quidem caro eſt mol-
„ lior & tenera magis, cutis candidior, venter ro-
„ tundus, craſſiora fœmora, barba genas non in-
„ fuſcat, dentes ſunt & minutiores, & candidio-
„ res, pectus, humeri, tota denique corporis no-
„ ſtri conſtitutio præſtantior eſt. Ad poſtremum conantur priores conlocutores diuerſitatis ingeniorum cauſſam indagare, ſed cum ſe hoc cum ignariſſimis ſcire non obſcure profiteantur, quæſtionem iſtam in medio relinquunt. Itaque reliqua ſecure prætermittimus: contenti, nobis varia Italorum ingenia fuiſſe ingenue detecta.

Diſcurſus Hiſtorico-Politicus

de

VERI HISTORICI OFFICIO, ERRORIBVS SCRIPTVRIENTIVM,

Auctore

ERICHO BERINGERO Philyreo.

Hanouiæ typ. Iac. Hennii 1614. plag. 7. 8v.

IN tres partes diſtribuitur opus, in cuius prima ſe-

ſectione de veri Hiſtorici officio docte ac eleganter ediſſerit. Nimirum hanc hiſtoriæ nobis conditionem præſcribit, vt ſit *iucunda* primum, quæ natiuo verborum ac ſententiarum colore pertincta ſit, deinde vtilis, vt quid factum ſit, quo conſilio & euentu explicemus, cauſſas itidem atque caſus vel ſapientiæ vel temeritatis recenſeamus, ac ex iis, quid ſequendum, quid fugiendum ſit, addiſcamus: tum & *vera* eſſe debet hiſtoria, non fabuloſa, vt in poetis, nec veroſimilis vt in argumento, ſed certa, explorata, nudaque ac fuco omni adfectusque ſuſpicione deſtituta. Exponit causſas auctor, quæ potiſſimum veritatem impediant in hiſtoria conſcribenda, & exemplis rem egregie inluſtrat. Illud vero fieri vel ex *inſcitia*, cum eiusmodi hiſtorici neque res ipſas tractarunt, neque rebus gerendis & conſiliis interfuerunt, neque etiam cum iis, quibus publicarum rerum incumbit tractatio, fuerunt converſati. Ita enim fieri putat, vt quoniam cauſſas rerum geſtarum, conſilia, euenta, & exitus ignorant, ea quæ ſcitu & memoria ſunt digniſſima, turpiter omittant, & vel foeda erroris oſcitantia ex ignauiſſimi cuiusque rumuſculis hiſtorias contexant, imo meras nugas; vel etiam excogitent atque effingant, quicquid temere in buccam venerit. Huc refert auctor illud, quod apud *Iacobum Schopperum*, Altdorfenſem legimus, fuiſſe Heydelbergæ quendam, qui in monte oppido illi

p. 14.

p. 17.

Digitized by Google

adiacente conſtitutus ſudo & ſereno
p. 19. cœlo Coloniam vsque proſpexerit: I-
ſtiusmodi hiſtoricis non immerito an-
„numeraueris Continuationes illas hiſtoricarum
„relationum: quibus tanta ſæpe frigiditas in-
„eſt. quæ & Caſpias niues & Rhipeam glaciem
„ſuperare poſſit. Harum enim compilatores,
„(quos inter ficto & adſciticio nomine claret Ia-
„cobus Francus) quem vt & Mercurium Gallo-
„Belgicum & id genus rhapſodicos ſcriptores a-
„lios, vtinam vanitatis & mendaciorum puduiſ-
„ſet, ſicuti nominis, publicarum rerum inſcien-
„tiſſimi, & politico iudicio deſtituti, incerta &
„inexplorata plurima cumulant, & vel ægri ſo-
„mnia pro veris hiſtoriis enarrant: ſatis eſſe pu-
„tantes, ſi promiſcuæ plebis ſermonibus ac cen-
„ſuris iactentur & probentur; nec etiam expen-
„dentes ſecum, quam lubricum ſit, fidem igna-
„uiſſimo cuique accommodare: qui conductus
„pecunia mauult incertiſſimos rumuſculos præ-
„ſcribere, ne de ſalario periclitetur, quam oppe-
„riri euentum, vt certiora perſcribat.
p. 20. Eiusdem criminis reus poſtulatur *Petrus Crinitus*, qui *Beliſarium* occœ-
catum & oſtiatim mendicaſſe adfirmarit, cum
tamen nec Procopius ipſius Beliſari ſcriba præ-
cipuus, nec alii huius rei mentio-
p. 22. nem faciant. Simili credulitate er-
raſſe *Zonaram* in vita. Anaſtaſii, &
Ægidium Perrinum, in vita Iuſtiniani, qui Iuſti-
num Imp. Boum & porcorum paſtioni aliquan-
do

do deditum fuiſſe ſcribant: cum tamen verius ſit, hoc ei exprobratum ab hoſtibus Thracii nominis, quorum agros inuadens, equilia, boues & pecora populabundus e paſcuis intrepidus abduxerit. Vel *fieri ex ambitione*, quod *Paulo Iouio* obiectum fuiſſe narratur, qui cum ob hiſtoricæ ſuæ narrationis falſitatem reprehenderetur, minime hanc inficias iſſe fertur, & nihil quidem cauſſæ dixiſſe, ſed reſpondiſſe tantum, illud ſe conſolari, quod elapſo centum annorum ſpatio nemo ſuperſtiturus ſit, qui contrarium poſſet adſerere. vel *ex praiudicio*, idque in multis rebus, tum maxime in religionis negotio patere adfirmat, Hinc eam de hæreticis, vt vocant, commentandi inlicenſioſius exiſtere licentiam, vt nonnullos eorum non pudeat ſcitu per neceſſaria ſubticere, incerta, quandoque & inſulſa, imo falſa & efficta temere effutire: quin imo nefas arbitrari, honora de aduerſariis enunciare, fas licitumque aduerſus illos maledictis velitare & mendaciis. vel *ex metu periculi* ab eo ſibi impendentis, cuius aut vitia enarranda, aut res minus prudenter geſtæ referendæ ſint; vel *ſpe præmiorum*, qui mercede conducti falſa ſcribant, atque ita venalem exponant hiſtoriam vel *odio aut fauore* & gratia, cum vnius aut alterius falſa perſcribimus, vera occultamus: quæ omnia veluti in faſciculum colligit, boni hiſtorici munus

p. 24.

25.

p. 29.

p. 34.

nus ſic commendans: *gnarus ſit rerum, de quib⁹ ſcri-*
„pturus eſt, ambitione non ſpexetur, non item præiudicio:
„metu careat, nullis corrumpatur muneribus: non odio,
„non amicitiæ aut fauori quidquam tribuat, non quid
„huic aut illi placiturum ſit, ſecum cogitans, ſed vt ex Co-
„mico Lucianus dicebat, ficum ficum ligonem ligonem
„nominans, id quod actum eſt, exponat.

Quibus præmiſſis pergit in ſecunda ſectione auctor, æui ſui ſcriptores ad has propoſitas regulas examinare. Primum de *relationibus hebdomadariis*

p. 42.

„(Auiſen) auſpicium facit, ſic ediſſerens: *Eſt*
„quidem laudabile atque egregium inſtitutum, ſingu-
„lis ſeptimanis, & quoties volueris, vndique te ſcire
„poſſe, quid hic & alibi etiam extra chriſtianitatem ad
„vtrumque mundi vsque terminum fiat & agatur. Sed
„quam varia & ſibi inuicem contraria plerumque rela-
„tiones illæ ſint, quam etiam incerta quandoque & du-
„bia, dum ſæpe vſu venit, vt quod ante octiduum pro
„conſtanti, certo & vero fuit aſſertum, id tam paruo
„poſtea interiecto tempore rurſum negetur & omnino
„falſum deprehendatur: ſigillatim vero quam
„fraudulenter & ex adfectu plerumque
„ſcribatur -- Inter illos autem fabula-
„rum & mendaciorum concinnatores

p. 45.

„pergit idem haud poſtremum obtinet locum, qui com-
„menticium IACOBI FRANCI nomen ipſemet ſibi ad-
„finxit. Nam ſi omnia, quæ ad hiſtoricam deſcriptio-
„nem requiruntur, examines, & ad animum reuoces, ne
„minimum quidem indicium in infelicibus illis chartis
„inuenies, quod veræ hiſtoriæ conueniens ſit & reſpon-
„deat.

Digitized by Google

deat.-- fabulatorem illum Iac. Francum inſatiabile ſcribendi cacoethes ita ſemper egit, vt plus temporis in rerum nouarum relationibus conſuendis, quam propriæ profeſſionis genere inſumpſerit. Illis quippe tantum impendit operæ, vt conſuetudinis iſtius veluti habitu contracto, ne in ſuggeſto quidem temperare ſibi potuerit, ſed etiam concionibus ad populum habitis nugamenta id genus ut plurimum immiſcuerit. De eodem Franco adnotat auctor noſter, quod, cum An. 1583. ſub *Ludo*- *p. 46.*
uico Electore Palatino Heydelbergæ ad D. Petri ædem concionatoris munere functus eſt, eo audaciæ proceſſerit, vt non dubitarit *Sleidani* viri accuratiſſimi hiſtoriam continuando pertexere: hanc continuationem typis & prelo iam commiſſam fuiſſe, ſed deinde cura & auſpicio Principis Io. Caſimiri Centones iſtos non iniuria ſupreſſos. Por- *p. 48.*
ro auctor de Franco adnotat, ipſum Heidelbergæ dimiſſum Francofurti ad Moenum delituiſſe, ibique pro more ſuo ſcripturiendo chartas illinere non deſtitiſſe: quo vero fabulas & mendacia tanto ſecurius diſſeminare in vulgus liceret, Iacobi Franci nomen commentum eſſe, & multis dehinc annis, quicquid vel auditione perceperit ab aliis, vel ipſe ſomniauerit, quam abſurdum etiam fuerit, abſque omni diſcrimine conſignaſſe ac prelo ſubieciſſe, & huiusmodi relationes a famoſis libellis non abſimiles pronunciat auctor, propterea quod multos

pro-

Digitized by Google

præclaræ exiſtimationis viros ſugillent & malitioſe traducant. Progreditur auctor dehinc ad *Michaelem Euzingerum* Coloniæ deliteſcentem, & nihilo elegantius de iſthoc viro percenſet, quin pari paſſu cum Franco ambulare ipſum contendit. Ne vero fruſtra hæc omnia dixiſſe videatur auctor noſter, nonnulla in Franci hiſtoricis monimentis occurrentia examinat. Iacobus enim Francus in relatione de A. 1595. habita ſequentem exponit narrationẽ: „*Die quarto menſis Martii, inquit Francus, horribilis & monſtroſus Bacharaci ad Rhenũ edebatur partus: qui antica quidem parte & ſurſũ repræſentabat hominem: poſtica vero & deorſum genuinum referebat ſerpentem. Caudam quippe trahebat ad longitudinem vlnarum trium, nec diutius erat ſuperſtes monſtrum illud, quam officium illud ſuum, ad quod ob omnipotente Deo erat ordinatum, fuiſſet exſecutum. Ipſis namque Bacchanalibus, cum Pater eius Dei hominumque contemptor, ſubſannator, & ebrietati ad inſaniam vsque deditus beluo hoſpitium ſiue tabernam fuiſſet ingreſſus, vt beluationi & luſui pro more indulgeret, atque ipſa etiam vxor partui iam vicina accederet, vt eum ab impia hac vita dehortando domum deduceret, tantum quidem abfuit, vt dehortatione ſua quippiam profecerit mulier, vt maritus non tantum verberibus male eam acceperit, ſed & ſcelerato & inquieto animo in hac proruperit verba: debere eam cum vino illo diabolo, quem in vtero geſtaret ſuo, & a quo licitum ipſi eſſet parturienti ſuppetias exſpectare,* de-

p. 52.

p. 54.

domum faceſſere: ſin minus, paratum ſe eſſe gladio ipſam confodere. Ad quæ mulier. Si viuum, inquit, gero diabolum, eſto ſane. Et cum dicto domum ſe contulit, marito in taberna luſui & beluationi relicto. Ea ita domum reuerſa partionis experiebatur dolores, & abominabile iſtud portentum, quod omnibus magnum incutiebat terrorem. Sed cum beluo ille cum ludendo, tum luxuriando ſatis ſibi indulſiſſet, placuit & ipſi domum aliquando repetere. Quamprimum igitur conclaue illud, in quo puerpera cum foetu continebatur, fuit ingreſſus, ecce foetus eleuauit ſe, & falconis inſtar in ipſum inſiliit, ac cauda ſua ſpiris ita eum implicuit & pupugit, vt puſtularum vbique plenus vitam tandem miſere exhalare neceſſum habuerit. Ac dum ipſa etiam puerpera fatis interim conceſſit, mirabilis quoque partus ille euanuit. Hactenus Francus. Subnectit vero auctor noſter in huius rei veritatem diligentiſſime inquiſitam fuiſſe etiam apud Electoratorios officiales, ſed nihil de monſtroſo eiuſmodi partu inaudiuiſſe: & mera eſſe mendacia atque nugas. In aliis recentiorum hiſtoricorum erroribus itidem retegendis non indiligens eſt auctor. De *Mercurio Gallo Belgico* hæc adfert: *Quam turpiter hic in multis erret, & limites transgrediendo excedat, id omnibus qui in mundo vel parum ſaltem verſati ſunt, plus quam manifeſtum eſt. Hoc certe præ cæteris etiam habet præcipuum quod incogitanter, prorſus & malitioſe, nec non impudenti & effreni cum audacia, prout quidque ab aliis ipſi fuit inſuſuratum, præcipuos & ſummæ dignitatis viros iniurioſe impetere.* *p. 58.*

&

& contaminari non veritur. Subſe-
p. 60. quitur Italus *Cæſar Campana*, de cu-
„ ius hiſtoricis conatibus ſentit hoc
„modo; *hiſtoriam vniuerſalem ſcribere tentauit:*
„*eam tamen ſiquis preſſius intueatur, liquido deprehen-*
„*det, maximam eum partem fabularum Iacobi Franci*
„*in italicam transtuliſſe linguam & friuolas ipſius nu-*
gas vnice fuiſſe ſecutum. Ex infinitis mendaciis
vnicum commemorat auctor, eo ſane in loco, v-
bi de Principis *Chriſtiani Anhaltini* expeditione
gallica, quam A. 1591. Electoris Saxoniæ ſuaſu &
auctoritate ſubierat, diſſerit, falſam prorſus enu-
merationem eorum inſtitui officialium, quorum
operæ in expeditione illa a Celſitudine ipſius
fuerint conductæ; dum & eos recenſeat, qui
partim in Equitatu iſto non fuerunt, partim in
Galliam pedem intulerunt nullum, nec vn-
quam oculis eam vſurparunt. Sed eo progre-
di impudentiæ, obſeruante auctore noſtro, vt
adfirmare non dubitet, *Iodocum* quoque illum
Comitem de *Mansfeld* cæcum & lumine caſſum in
militiam iſtam conſcriptum, certoque officio
defunctum eſſe. Quæ manifeſto falſa ſint, ex
Iacobo Franco deprompta, nec alio excogitata
fine, quam vt Principem incogitantiæ ex eo ar-
guerent, quod digno & indigno mu-
p. 62. nus adſignarit. Sed audiamus,
quæ auctoris noſtri ſententia ſit de
„*Dauide Chytræo: doctus ac prudens paſſim audit: hic*
„*chronicon Saxonicum edidit, cui hiſtoria par omnino*
„*fuerat, ſolidius ponere fundamentum. Et quidem ſi in-*

Digitized by Google

*ſi intra propoſitos ſibi limites materiæ inſtitutæ ſe con- ,,
tineret, credi poſſet, eum negotio illi tractando ſatis ,,
fuiſſe, & de rebus Vandalicis non ſcripſiſſe incommode. ,,
Id enim rei, quam tractandam ſuſceperat, fuit argu- ,,
mentum. Ac cum extra oleam & vineam vagatur, ,,
atque tantum ſibi ſumit ocii, vt Vandalicis Gallica Bel-
gica & Polonica admiſceat; tum vero grauiter hallu- ,,
cinatur, atque in eos impingit errores, quos partim in ,,
Polonicis præſertim de MAGNO REGNI ILLIVS CAN-
CELLARIO, quem non leuiter perſtrinxerat, deleti- ,,
lem ſpongiam ſumere iuſſus correxit, partim vero, & ,,
quidem in rebus gallicis correcturum ſe & limatius, ,,
de his ſcripturum promiſiſſe fertur. Ac vt alia tace- ,,
am, cum in expeditionis gallicæ A. 1587. ſuſceptæ men- ,,
tionem incidit, id duntaxat abſq; omni diſquiſitione & ,,
inueſtigatione ſecutus eſt, quod ab aliquibus ex male- ,,
uolo animo ad concitandam Germanicæ nationi inui- ,,
diam & ſugillandam famam atque exiſtimationem ge- ,,
neroſi & incluti Domini FABIANI BVRGGRAFII ,,
a DHONA ad ipſum fuerat perſcriptum, & alias quo- ,,
que in vulgus abſque fundamento illo diſſeminatum. ,,
Quod ſi hac de re, vti par erat, ſcriptores Gallicos, ,,
quibus tamen & ipſis inter ſe non conuenit, dum de ex- ,,
peditione illa diſſimilia, imo etiam contraria referunt, ,,
antea euoluiſſet paulum, aut vero illud perlegiſſet ſcri- ,,
ptum, quod magnanimus, & fortiſſimus heros CHA- ,,
STILLIONEVS beatæ recordationis (qui expeditioni ,,
iſti ipſemet interfuit, & de hac multo rectius aliis, qui ,,
in germania deliteſcentes longe ſatis fuerunt diſſiti, ſcri- ,,
bere potuit) per Ant. Sadeelem Heydelbergam perferri ,,
curauit: haud dubie infelicis iſtius exitus cauſſas & cir- ,,*

Digitized by Google

„cumſtantias ſæpe commemoratæ expeditionis longe a-
„lias, & cum his ſimul quoque deprehenſurus fuiſſet, i-
„pſi Burggrauio a Dhona nullam omnino culpam impu-
„tari, ſed debitam potius & condignam cum prudentiæ
„tum magnaminitatis ſpectatiſſimarum in heroe illo
„virtutum adſignari laudem. Quæ omnia ex proto-
collis gallicis & fide digniſſimis rerum cotidie obtingen-
„tium conſignationibus quæ etiamnum præ manibus
„ſunt, liquidiſſime oſtendi poſſent, ſi in publicum emitte-
„rentur. -- Sed præter hæc illud quoque in Chytræo
„forte culpaueris, quod affectibus plus iuſto indulgere
„videatur. Nam cum in eius, cui fauet, mentionem
„incidit, Deum immortalem, quam ambitioſus eſt et-
„iam in Minutiis quibusuis, quæ ad gratiam & laudes
„eius facere poſſe videntur, recenſendis. Contra ſi de
„eo inſtituenda narratio, aduerſus quem præiudicio ali-
„quo eſt occupatus: tantum abeſt, vt debitis eum ornet
„encomiis, vt etiam veras ipſius laudes & res præclare
„geſtas ſilentio, quantum quidem in ipſo eſt, perpetuo ob-
„literet. Nam vt de immodicis illis præconiis, quibus
„non dicam in Magnates & principes, ſed in mediocris
„etiam ſortis homines inſurgit, nihil iam verborum fa-
„ciam, quam leuiter quæſo perſtringit & quaſi ſicco
„pede tranſit chriſtianiſſimi & nunquam ſatis laudati
„Principis CHRISTIANI I. ELECTORIS Saxoniæ
„laudes? ſic enim de hoc ſcribit: Chriſtianus dux Sa-
„xoniæ Elector iuuenis firmo & robuſto corporis habitu
„præditus cum trigeſimum primum ætatis annum vix
„compleuiſſet, in ægritudinem lethalem incidens, magno
„cum militum in Galliam profectorum dolore exſtinctus
„eſt; &c. quo in loco plurima animaduertenda ſunt.
Nam

Digitized by Google

*Nam & ætatis & robuſti corporis tantum meminit. Ce- „
terum animi virtutes, quæ in hoc Principe ſummæ fue- „
runt, & quibus nulli maiorum ſuorum ceſſit, iuſtitiam „
dico, magnanimitatem, prudentiam, liberalitatem, „
moderationem, & clementiam, & quod in his fami- „
liam ducit, veræ & orthodoxæ religionis adſerendæ & „
propagandæ ſtudium indefeſſum malitioſe diſſimulat. „
Et vt verbi aſperitate ſiue duritia inuidiam magis au- „
geat, non quidem ex hac vita eum migraſſe, non ad bea- „
torum ſedes euocatum, & quæ huius generis molliora „
vſurpare poterat, ſed* EXSTINCTVM *eſſe ſcribit.* EX- „
STINCTVM *vero, Chytræe dicere audes eum, cuius „
non anima tantum corporis liberata ergaſtulo & in A- „
brahæ ſinum ab angelis deportata, Dei omnipotentis, „
quem ad extremum vsque halitum vnice & conſtanter „
coluit, auguſtiſſimo conſpectu & conſortio fruitur, & „
lætitia nullis vnquam ſæculorum finibus terminanda „
perfunditur: ſed & egregiæ ac plus quam heroicæ vir- „
tutes in bonorum omniũ animis etiam- „
num inhærent. - Sed* EXSTINCTVM „ p. 68.
*Chytræus ait Chriſtianum magno cum „
militum in Galliam profectorum dolore. quo ipſo „
gallicanam illam expeditionem, vnanimi procerum „
conſenſu & matura de hac habita deliberatione pro a- „
vertendis patriæ imminentibus periculis & ad infrin- „
gendam ſociis armis Hiſpani & Pontificis tyrannidem „
A. 1591. ſuſceptam haud dubie perſtringit -- minime „
diſſimulandum, quod militum duntaxat doloris ex „
Chriſtiani obitu concepti meminit, at omnes tangit „
in quibus aliquid pietatis & germanæ virtutis eſt. - Si- „
cuti nec ex eo magnam ab illuſtriſſimis Saxoniæ admi- „*

 niſtra-

Digitized by Google

„niſtratoribus gratiam ſperare debes, (Chytræe) quod
„ſcribis, eos MANDATA DE RELIGIONE ET EXOR-
„CISMO à CHRISTIANO PROPOSITA ABROGASSE, ET
„PASTORES ECCLESIARVM PLVRIMOS, QVI EDICTIS
„ILLIS NON PARVERANT, IN EXILIVM PAVLO ANTE
„ILLIVS OBITVM PVLSOS RESTITVISSE. *Nam ſi*
„*mandatis ſ. edictis illis nihil decernebatur aliud, quam*
„*vt vera & orthodoxa propagaretur religio, abomi-*
„*nandi contra errores, & cum his inprimis Exorciſ-*
„*mus exſcinderetur, & veſanorum denique atque o-*
„*mnia turbantium clamatorum nimia illa calumniandi*
„*cohiberetur licentia, & plus iuſto elatum deprimere-*
„*tur ſupercilium theologicum, nihil cauſſæ fuit, cur in*
„*Deum & magiſtratum contra conſcientiam refracta-*
„*rii & oppidò pauci paſtorculi ab exilio reuocari & in*
„*priſtinum ſtatum reponi, aut illa Chri-*
p. 76. „*ſtianiſſima mandata abrogari debuerint.*

De *Emanuele Metterano* itidem au-
„ctor nonnulla addit: *Edita eſt*, inquit, *paucis ab*
„*hinc annis hiſtoria Belgica, germanice & latine con-*
„*ſcripta, cuius auctor mihi quidem notus non eſt, ipſe*
„*tamen Emanuelem Metteranum ſe indigitauit. Is*
„*cum de rebus in Belgio geſtis tractat, multa ſcribit vti-*
„*lia, praeclara & notata digna; atque inter eos, qui ali-*
„*quot abhinc annis memorabile quid litteris commen-*
„*darunt, non poſtremum obtinet locum imo nemini eſt ſe-*
„*cundus. At in rebus gallicis, ſicuti a multis exiſtima-*
„*tur, & Gallorum quoque abunde teſtantur ſcripta*
„*(quæ tamen & ipſa non vsque adeo conſentiunt) in*
„*deuium quandoque errorem deducitur. Rerum ve-*
„*ro germanicarum nullam habet certam cognitionem.*

Quod

Digitized by Google

Quod lector vel ex vnico hoc deprehendet. Notum „ eſt, quid A. 1566. in Comitiis Auguſtanis cum Frideri- „ co III. Electore Palatino fuerit actum. Ob eam enim „ quam tuebatur religionem, ita aduerſariorum odiis „ fuit expoſitus, vt in conſilium itum fuerit, eum non tan- „ tum de Electorali ſtatu, dignitate & officio deponendi, „ verum etiam, ſi quorundam voluntati & votis euentus „ reſpondiſſet, in præſentiſſimum corporis & vitæ peri- „ culum adducendi. Hoc tam arduum & memorabile „ factum Metteranus ad Sereniſſ. illius nepotem Frideri- „ cum IV. Electorem accommodans ita exponit, ac ſi A. „ 1594. Ratisbonæ in Comitiis id obtigiſſet: vt ita in loci, „ temporis & perſonæ circumſtantiis errauerit.„ Qua occaſione auctor hiſtoriam illam de Friderico III. plenius ex aliis monimentis adducit atque exponit.

Tandem tertia ſectio ſubſequitur, eaque vltima, in qua varia præcepta continentur non prorſus ſpernenda, cauſſasque errantium Hiſtoricorum exponit, nempe quod nos ipſos cognoſcere nihil adnitamur: ne philavtiæ quid tribuamus: licentioſiorem animi impetum refrenemus, aliaque, quæ vt facillime ad exſequendum vel fugiendum proponuntur, ita difficulter admodum obſeruare ea omnia licet.

Digitized by Google

VIRO CLARISSIMO
D. FRIDR. BENED. CARPZOVIO
Reip. Lipſ. Senatori præſtantiſſimo

IACOB TOLLIVS* S.

EXcuſare ſi velim negligentiam meam, vix poſſim, Carpzoui, vir Ampliſſime, quæ eo minus veniæ meretur, quo tua erga me humanitas prolixior fuit. Sed hac confiſus eadem abuſus ſum. Quare in confitentem reum ſtatue, quicquid viſum fuerit pœnarum. Non defugiam, quæ me ſcio meruiſſe. Quod ſi vero ignoſcere malueris, more tuo feceris, & me eo magis ad accuratiorem officii cultum excitaueris. Sed vt aliquid de itinere meo, luſtrata Hungaria, obſeruatisque rebus haud incurioſis in metalli fodinis ſimul & vrbibus ac agris, tum & Viennenſi Bibliotheca, gazaq; cæſarea. retuli quam plurima, quæ fuſius in epiſtolis Italicis exponam, quarum vnam tuo nomini, niſi audacia mea diſpliceat, inſcribam. Hoc tantum apponam, mille ducentos verſus Gregorii Nazianzeni

* Legiſti, lector, non ſine voluptate credo (Tolli epiſtolas Itinerarias Henninii cura editas atque exornatas: ſed neque hæ diſplicebunt epiſtolæ itinerariæ quæ innocentes ſunt, nec cuiusquam facile perſtringunt nomen, nec de Weſtphalorum moribus percenſent. Tollii vitam leges aliquando a me ſeorſim editam.

ni ineditos * a me deſcriptos, quos latinitate donare animus eſt, & Cæſari conſecrare, cuius mihi clementia deſcribendi facultatem permiſit. Expreſſi & quadraginta gemmas e cæſarea gaza in cera itidem edendas: nec non alia a me deſcripta ſunt inedita Chemica: *collati Lucretius*, & *Achmetis Onirocritica* cum 4. codicibus MSS. vnde infinitus errorum numerus tolli & lacunarum ſuppleri poſſunt. *Bibliotheca Budana* ** a me perluſtrata eſt tota, ſed pro theſauro carbones inueni. Nullus enim fere alicuius notæ bonæ codex in ea MSS. ita vt ſæpe optarim in honorem Matthiæ Coruini, vt idem ineptus, qui Budam rapuit, has quoque reliquias abſumpſiſſet. Sic illi fama manſiſſet integra. Venetiis *Longinum* aliquot tantum locis cum MS. conferre licuit. *Artemidorum* cum bonis Codd. duobus conferre volentem inciuilis Læti Bibliothecarii ludificatio deſtituit. Huc nudius tertius adueniens ſtatim ſalutatum iui virum litt. & human. Magliabechium, qui mihi e veſtigio tuas oſtendit litteras quibus tibi memoriam mei nec dum excidiſſe elegantiſſima tua humanitas oſtendit, & ho-

* editi ſunt a Tollio in Inſignibus itinerarii Italici.

** Itaque eſt, quod fidem habeamus Petro Lambecio itidem adſerenti, nihil eximii in hac bibliotheca delitefcere. Quod vero olim difficulter credebamus, exiſtimantes, Lambecium, puluere nimio ac vetuſtate deterritum eſſe, quo minus omnia accurate excuteret.

die poſt meridiem, vt ad ſalutandum Ser. Magnum Ducem admitterer effecit, a quo ſingulari cum fauoris demonſtratione exceptus ſum. Viennæ vero paulo ante diſceſſum a Cæſare non minus clementer dimiſſus ſum, cuius verba plena clementiæ & honoris cum volente deo litteris meis inſeram. Doleo mihi iam tempus deeſſe prolixiore epiſtola tibi ſatisfaciendi, verum proxima occaſione, perluſtrata Laurentiana bibliotheca, debitum exſoluam. Sed ad Fellerum noſtrum directa epiſtola. Quum enim alterutri veſtrum ſcribo, optime Carpzoui, vtrique me ſcribere puto: quare & hanc cum viro illo celeb. communices velim, eumque cum Herrichio, Ammanno cæteriſque meis verbis amiciſſime ſalutes. Vale, Dab. Florentiæ d. IV. Non. Octob. CIϽIϽC LXXXVII. raptim vt vides.

D Ammanno V. Excell. velim ſignifices, Ciazium in Iſtria agere, & Bononienſem alterum defunctum. Magliabechius & Redius plurima vos ſalute impertiunt.

Viro Conſultiſſimo Spectatiſſimoque

D. FRIDR. BENED. CARPZOVIO.

IAC. TOLLIVS S.

DEcreueram has ad celeb. D. Fellerum noſtrum exarare, verum quia nihil intereſſe putarem, vtrius nomen pagina præferret, & quia mihi de viri amiciſſimi candore, non in malam hoc ab ipſo partem acceptum iri ſpondebam, mutaui conſilium, tuumque, vir ampliſſi-

pliſſime, nomen prætuli, quo melius hæ præferrentur. Quarto præteriti menſis die, ſiue vt latinius loquar IV. Non. Octobr. litteras ad te dedi cum Fellero noſtro communicandas. Sane vt verum fatear, quod mearum litterarum exempla plerumque nulla ſeruem, non adeo accurate ſcio, quid ſcripſerim, niſi de Hungarico itinere aliqua & de Cæſaris clementiſſima dimiſſione itinere Italico, Bibl. S. Marci Venetiis perluſtratione, atque vt puto, nonnulla de hac Medicea vel addidi vel promiſi. Vidi vero hic non hanc vnam, ſed ante aliquot dies *Abbatiæ Florentinæ bibliothecam* excutiens tam antiquos græcos aliquot codices offendi, vt Medicæos ſuperarent magis quam æquarent. Erant inter cæteros nonnulla Gregorii Nazianzeni & Dionyſii Areopagitæ litteris quadratis: antiquisſimus codex epiſtolarum Pauli, Herodotus & Thucydides 800. minimum annorum aliique plures. His ego incitatus omnium eius bibl. codicum indicem confeci, editurus ſuo tempore ac loco. Interim nonnulla hic e MSS. deſcripſi, inſcriptiones aliquot gr. & lat. collegi, & quod primarium duco, liberalitate Ser. Pr. Magn. Ducis adiutus in deſcribendo iam totus ſum opere ſeu codice & corpore veteris chirurgiæ græcæ, in quo multa *inedita Archigenis, Heliodori, Apollonii Cizienſis, Sorani, Rufi, Ephesii* & aliorum. Edam eum volente deo partim cum mea, partim cum Vidi Vide, qui ex his nonnulla excerpſit, verſione & notis. Fortean & *Diſcoridem* (exiſtimo autem eſſe ψευδεπίγρα-

Digitized by Google

φον) περὶ ἁπλῶν φαρμάκων deſcribam in eundem finem: & ſi nec dum editum eſt, quod indagare hactenus non licuit, *Lexicon Harpocraticum*, & alterum inſtrumentorum medicorum. Hærebo hic igitur menſes duos, antequam romam abeam. De Gregorii Nazianzeni 1200 verſibus ἀνεκδότοις me indicium feciſſe arbitror. Non ego reip. litterariæ diligentia mea deero vel cura : modo ingenio illos æquare queam. Rem vero mihi gratisſimam Cel. D. Fellerus fecerit, ſi & ipſe elegiam latinam , & Herrichius noſter græcam ad magnum ducem ſcripſerit, quæ huius commiſſi mihi laboris laudes contineant , quasque ipſe tradam. Mentio etiam honorifica Apollonii Baslecti qui Ser. Pr. a ſecretis Cameræ eſt, cuiusque commendatio mihi plurimum profluit, fieri poterit. Noſti vir ampliſſ. ac ſpectatiſſ. huiusmodi laudibus principes ad maiora reip. litt. commoda procuranda excitari. Sed eſt aliquid, animo agito, quod ſi perfecero , nec Herrichio fecerit, nec vtrique noſtrum fuerit dedecori. norte vel mihi dari velim , ſi non illa grauior cauſſa elegias iſtas expreſſerit. Mitto vero gratulatorium ſermonem his diebus raptim conſcribillatum potius quam compoſitum, ad Archid. Ioſephum R. Hung. Hær. qui nullo ſuo merito amicis hic meis placuit, vt editionem imperarint magis, quam impetrarint. Reſponſum Anton. Magliabechio commendari poterit, qui bona fide tradet. Hic vos omnes plurimi facit, aut vt verius loquar, amat. Eſt enim omnium

litte-

Digitized by Google

litteratorum amantiſſimus. Eſt mihi hic cum Redio & Noruesio viris eruditisſimis familiaritas. Vtor & opera Saluini lit. Græc. profeſſoris in deſcribendis græc. codicibus. Deus ſane mihi adeſt, ita omnia proſpere cadunt, quod vos omnes ſolide gauiſuros ſcio. Quod ſi autem his in locis aliquid cuipiam veſtrum præſtare officium queam, vehementer vos rogo, vt ne operæ parcatis meæ. Nullum enim laborem lubentius ſuſcipio, quam qui amicorum commodis inſeruit. Vale mi Carpzoui & vti te atque cl. Fellerum, Herrichium, Ammannum, Græuium, amicosque cæteros plurimum amo, ita & me redamare dignemini, in vtroque etiam peto. Salutem illis plurimam meis verbis dici velim. Iterum tertioque vale. Dab. Florentiæ Eid. Nou. CIϽIϽC LXXXVII.

Celeberr. & Eruditiſſ. Viro

D. IOACHIMO FELLERO Prof. Poeſeos & Bibl. Lipſ. Præfecto & Cuſtodi primario.

IACOB. TOLLIVS. S. P. D.

AB humanitate omni eſſem alienisſimus, Fellere vir præſtantisſime, ſi tui eſſem immemor. Quare ne longius ſilentium meum malam in partem accipias rogo, verum potius, vti facis, benigne interpretare. Diſtuli enim gratiarum hanc pertenacem licet, ex ſincerisſimo animo profectam actionem in illud tempus, quod aliquid officii ſuppeditaret adiu-

iumentum. Hodie igitur, cum iam pluries tentaſſem, ſed ab occaſione commoda deſtituerer, cum Perilluſtri & Excell. viro D. Daniele Neſſelio ICto & S. C. M. a conſiliis ac bibliotheca aulica de præclaris tuis ingenii dotibus & deſiderio contrahendæ cum ipſo amicitiæ, inſtituendique commercii litterarii fuſius egi. Quæ quidem tua voluntas, Vir celeberrime, eidem viro exc. fuit longe gratisſima: vti ipſe eſt, item ac vos Lipſienſes ad omnem humanitatem factus. Huic certe debeo, quod iam quartum Biblioth. Cæſaream & Budenſem perluſtrarim: vnde quoscunque deſidero codicis gr. & latinos vtendos fruendos accipio & domi vtor. Quid ego, poſtquam a vobis diſceſſi, toto itinere viderim, perluſtrarim, cognouerim, tam multa tam pulchra tam præclara ſunt, Fellere celeberrime, vt vix ipſe mei compos ſim, & imbecillitatem quandam ſentiā ingenii capere omnia nequeuntis, quum ſingula in memoriam reuocare conor. Dresda ſola me adhuc tantum non in ſtuporem conii-cit. Iam vero Boiohemia ſcatet miraculis naturæ: & habet ars, qui cum contendat acerrime. Pinacotheca illic cæſaris eſt nobiliſſima, inſignis item in Colleg. Ieſuit. bibliotheca. Nec humanitas hic a me cuiusquam deſiderata eſt. P. Balbinus inter alios comiter valde me excepit, & Ammannum virum Excell. plurimum ſaluere ſuis verbis iuſſit, deditque mihi abiturienti hiſtoriam ſuam curioſam Pich. dono. P. Wolf litteras etiam commendacias dedit, ne quid deſi-

de-

derare poſſim comitatis & officii. Hic vero ſummæ dignitatis proceres mirifica me complectuntur beniuolentia. Ipſe Auguſtiſſimus Imperator ab Archiepiſcopo Pragenſi cuncta edoctus, qui cum perdiu de Chemia egeram, ſæpius de me egit cum medico ſuo D BECKERO permiſitque vt gazophylacium & numos antiquos inſpicerem. Proxima ſeptimana extrema Budam cogito, inde cum volente deo aurifodinas hungariæ luſtraturus. Promiſſæ iam ſunt ab camera aulica litteræ commendaticiæ ad montanum, vt vocant, comitem, ne quid m.æ ſubtrahatur deſitue omnia cognoſcendi cupiditati. Hæc ſunt, quæ non tam ſignificari merebantur, vir Clariſſ. qnam adiungi debito gratiarum agundarum officio, quas ſi prolixius & vt tua erga me ſingularis exigit humanitas, accuratius agere iam velim, tempus me deficiat pluribus forte ſcribundis litteris occupatiſſimum. Habeo tamen habeboque ſemper prolixiſſime referamque aliquando cum bonis diis, vt antiqui illi loquebantur, aliquanto opportunius. Vale vir mihi plurimum colende, & ni graue eſt, viris eximiis, Ammanno Grauio Herrichio Leſſero, Wolfio, Sommio, Werckhoſteckio & item amaunenſi illi noſtro, qui mihi in græcis deſcribundis gratiſſimam operam manumque commodauit, Sal. pl. d. cito. Dab. Viennæ CIƆ IƆCLXXXVII. V. Kal. Maias.

Continentur hoc faſci-
culo.

I. Recenſio operum hiſtoricorum Thuaneorum, a Io. Petro Titio conſcripta.

II. Eubuli Theosdati Sarckmaſii Iudicia de nouiſſimis prudentiæ ciuilis ſcriptoribus.

III. Gentis Burrhorum Notitia.

IV. Monimentum Fr. Ioſ. Burrho ſacrum, a Io. Friſchmanno ἀνονύμως erectum.

V. Germania milite deſtituta & litteratis ceu mode laborans.

VI. Philalethis Polytopienſis Forcianæ quæſtiones, in quibus varia Italorum ingenia explicantur.

VII. Erichi Beringeri diſcurſus de veri hiſtorici officio.

VIII. Epiſtolae III. Iacobi Tollii ex manuſcriptis editæ.

Digitized by Google

NOVA LIBRORUM RARIORUM CONLECTIO,

QVI

VEL INTEGRI INSERVNTVR,

VEL

ADCVRATE RECENSENTVR.

FASCICVLVS TERTIVS.



HALIS MAGDEBVRG.

IN OFFICINA RENGERIANA.

A. O. R. CIƆIƆCCX.

Digitized by Google

Digitized by Google

IN IAC. AVG. THVANI Hiſtoriarum Libros Notationes,

Auctore

IO. BAPTISTA GALLO I. C. *

Ingolſtadii typis Ederianis per Eliſabetham Angermayrinam 1614. 4.

plag. 10.

Duodecim capitibus opus hoc auctor abſolvit, & in unoquoque reum ſceleris agit Thuanum. Primo itaque capite demonſtrare conatur, *vaniſſimam eſſe Thuani*

 ni

* Controverſantur viri docti de hujus opuſculi vero auctore, nonnulli ex ſtyli laſcivia *Iacobum Gretſerum* agnoſcunt, plurimi vero idque rectius *Ioanni de Machaudo* ſive *Macaldo* Jeſuitæ gallo. Quod ſi catalogo Heinſiano p. 323. n. 468. credimus, animadvertere licet, hoc ipſum ſcriptum etiam Ingolſtadii eodem anno ſub nomine *Iacobi Cellarii* prodiiſſe. Quod ad ipſum librum attinet, omnis ira, omnis ſiniſterior adfectus in Thuani viri innocentiſſimi hiſtoriam effunditur, nec aliud facile

ni hiſtoriam, idque ideo, quod in opere ſuo omnes impotentis animi adfectus prodat, & modo in pontifices romanos, modo in reges chriſtianiſſimos invehatur non alia de cauſa, quam quod hi in hæreticos animadverterint. Thuanum, ait, in Gviſianam domum ſtylum cumprimis ſtringere, & vix foliolum eſſe, vbi inſanum eius in hæreticos amorem non liceat arguere, Melanchthonem, Oſiandrum, Scaligerum, Bucerum, velut delicias ſuas diſſvaviari, contra agere cen-

ſorem

facile invidiæ argumentum adfertur, quam quod hæreticos (Proteſtantes) vbique conlaudaverit, catholicos contra conviciis adfecerit, & eorum male facta publico expoſuerit, virtutes eorum & eximia facta reticendo, aut oblique commendando. Hæ vero ſchedæ infames veluti pernicioſæ & mendaciis pleniſſimæ ex decreto Pariſienſis Curiæ manu carnificis exuſtæ ſunt. Quod ſatis argumento ſit, quantopere ipſis etiam gallis hoc opus diſplicuerit, eiusque rei cauſas in promptu eſſe exiſtimo. Namque auctor in hac ſcheda nimium Pontificis auctoritati tribuit, & ipſos quidem reges chriſtianiſſimos huius Imperio ſubiectos contra Thuanum aſſerit, quod gens gallica liberior paullulum ferre non potuit. Accedit quod Regum chriſtianiſſimo-

rum,

Digitized by Google

ſorem catholicorum, eorumque dicta & facta etiam præclare geſta elevare. Optimus Thuanus in hiſtoria ſua perſcripſerat, hæc omnia ex *actis ipſis & iis, quæ iam tum quidem recentibus adhuc odiis ſcripta ſunt, verum ad optimorum poſtea Virorum fidem a ſe ex penſa citra livorem & amorem petita eſſe*, id quod auctor mire exagitat, & nihil eorum quicquam præſtitiſſe affirmat: non eſſe hanc ſcriptam hiſtoriam citra livorem aut amorem, cum factionis hæreticæ partiarium agat, Calviniſtarum aliorumque doctrinam

Bb 2

rum, Pontificum item & papicolarum ſcelera, a Thuano ſparſim commemorata, in vnum quidem volumen colligat & lectori in compendio repræſentet, ſed minus ſolide refutet: & mea quidem ſententia minus recte ordini ſuo conſuluit homo inprudentiſſimus, quod omnia papicolarum ſcelera, fraudes, dolos ex Thuano tam fideliter excerpſerit, forte vt labore anxie inquirendi hæc in Thuano ſuperſedere in poſterum liceat. Nec parum hoc diſtat a Ieſuitarum inſtituto, cum libidinoſos priſci ſæculi auctores caſtrant, reſectis iis, quæ caſtum animum offendere poſſunt, & ad finem operis adiectis, vt vno quaſi intuitu perlegere liceat, quæ in auctore ſparſim & cum multo labore conquirenda

nam, pietatem, innocentiam, conſtantiam pleno ore collaudet, omnia, per vim aut fraudem ab Henrico II. Franciſco II. Carolo IX. geſta contendat, Guiſios turbarum omnium cauſam decernat: Neque ex actis genuinis depromptam hiſtoriam, cum ex iis depromſerit, quæ calentibus adhuc odiis ſcripta ſint, ut ipſe Thuanus fateatur: nec ad optimorum Virorum fidem expenſa, cum catholicos ubique perſtringat: *Henricus IV.*, pergit auctor, *plurimorum hominum querimoniis monitum ac interpellatum de hujus hiſtoriæ vanitate, ſevere edixiſſe Thuano, eam ut recognoſceret, & innumeris mendis purgaret, quod ab eo tentatum eſſe dicunt poſteriore editione, quanquam Lutherani & Calviniſtæ priorem ut plenio-* *rem*

---

quirenda erant. Interim lectorem de omnibus ſecurum jubeo: nihil gratiæ Thuano decedet, ſtat fides operis inconcuſſa; nihil quicquam refutavit eorum, quæ Thuanus ſcripſit, niſi forte lectori ſatis fore exiſtimavit auctor Pſeudonymus, ubi in confutando Thuano his utitur verbis: *hæc calumnia eſt, hæc ex Proteſtantium libellis non Catholicorum aliter ſentientium exſcripſiſti, hæc aliter ſe habent, ſed nunc exponere nihil attinet.*

Digitized by Google

rem & magis ad guſtum ſuum h.e. convi-ciis in catholicos omnes longe impudentio-ribus refertiſſimam iterum prœlo commi-ſerunt. Tum auctor aliquos nominat libros ex quibus forte Thuanus hiſtori-am compilaverit; nempe *Paſſavantium*, Thuano eo gratiorem, quod & Bezam ciet auctorem, & artificioſe ridiculus ſit, & Licetum abbatem lancinet elegantiſ-ſime, & *Tigrim*, cuius ipſe Thuanus lib. XV. mentionem faciat. Præterea gra-viter fert auctor, quod Thuanus de Bren-tio Senatore ſcripſit, eum in *Guiſiano-rum gratiam ſeverius quendam Rothoma-genſem inſtitorem plecti iuſſiſſe.* Neque hoc placet auctori, quæ de Ponſenatio & Albaſpinæo in hæreticos agentibus commemorantur a Thuano: ex quibus pateat, Thuanum hæreſi patrocinari. Cum Thuanus Henricum VIII. comme-morat, ac dicit, illum, ſi ſequiores & pru-dentiores pontifices nactus fuiſſet, ſpon-te ipſorum poteſtati ſe ſubiecturum fu-iſſe: illud vero ferre noſter non poteſt, & debacchatur in Henricum his verbis: *Eum, qui ſacras virgines & innumeros*

Digitized by Google

hominesreligioſæ continentiæ voto adſtri-ctos, ne ſolus turpiter viuere diceretur, ſolutos ad innuptas nuptias conuolare iuſſit, eum, qui ſacrum patrimonium omne vſurparet, paucisque annis in profundiſſimum ſuarum voluptatum gurgitem profuderat, qui denique Thomæ Cantuarienſis archiepiſcopi ſacrum mauſoleum expilarat, & quod longe omnium ſceleratiſſimum iudico, ſacros cineres ſuccenderat, & lite quaſi viuo intentata, mulctam fœdiſſimam irrogarat. Eandem vanitatem olere, quæ Thuanus de Hermanno archiepiſcopo Colonienſi referat, virum fuiſſe miti ingenio, qui ſuorum periculo potius, quam rei familiaris ac dignitatis diſpendio territus, vltro archiepiſcopatu ceſſerit. Varia etiam mendaciorum genera Thuani hiſtoriis inſperſa eſſe, quorſum refert, Nantolium Lenocuriis ereptum malis artibus Ioannis Cardinalis Lotharingi: Marcheſias per vim Longavallio poſſeſſore deiecto, ceſſiſſe Carolo Cardinali Ioannis nepoti, quæ certiſſimis tabulis conſtet iuſto pretio coempta.

CAP.

Digitized by Google

CAP. II. *Thuanum velut ſcriptorem hæreticorum admiratorem repræſentat.* Nempe ægris auctor adſpicit oculis elogia, quæ Melanchthoni, Camerario, Sleidano, Gerbelio, Cuſpiniano, Ionæ aliiſque ex merito ſunt attributa a Thuano. Vnde furibundus in innocentes illos debacchatur, & elogia graviſſimis contumeliis commutat. Audiamus, quid de *Ph. Melanchthone* ſentiat: ita ille: *Melanchthon Lutheri anteſignanus, atheiſmorum ingenioſus artifex, qui vt aliquando lateret, Hippophilum Melangaum* * *dixit.* Nihilo pulcrius de Schleidano iudicat: *Schleidanus Calviniſta, mendaciorum loquaciſſimus historiam ſcripſit Thuanicæ quam ſimillimam, eam olim Carolus V. Imperator* ** *mendis & mendaciis refertam eſſe confirmavit. Quin etiam cum Cominei hiſtoriam donaret latinitate, ea*

 pla-

* Creditur ſub hoc nomine *Compendium theologiæ* prodiiſſe, ſed librum ego nunquam vidi.

** Non memini me hæc in aliis ſcriptoribus legere, quod Pſeudonymus impudenter finxit: quamvis non ignotum ſit, Carolum V. perlecta Schleidani hiſtoria dixiſſe; *aut Sleidanus fuit meus Cancellarius, aut Cancellarii fuerunt mei proditores.*

Digitized by Google

plagiarius impudens ſubtraxit omnia, quæ catholicam pietatem ſapiebant. Beatus Rhenanus auctori noſtro audit *improbus interpolator veterum Patrum, quos falſiſſimis adnotationibus fœde corruperit. Nam qui Renani ſcripta legerit, quem cum Eraſmo potius componat, inveniet neminem. Adeo vterque veteris pietatis oſor eſt, amator novitatis: vtrique ſacra omnia & religioſa diſplicent: incertum, vter improbius veterum patrum auctoritatem elevet.* de *Scaligero* ſic; *at Scaligerum quod Thuanus laudat, non ægre fero: fuit enim in illo homine non vulgaris litterarum humaniorum cognitio. Verum cum ei divini ingenii hominem & rara morum probitate vocat, quis veri amans ferat? ignota nimirum eſt cuiquam Ioſ. Scaligeri arrogantia? qui præ ſe neminem quidquam ſciviſſe cenſet, de quo Ariſtophaneum illud iure dici poteſt,* ἀκόλαστον ἔχει γλῶτταν, αἰσχίστην νόσον. De Iſaaco Caſaubono hæc recitat: *hunc poteſt ſuo iure Thuanus à bonarum artium ſcientia commendare: at quis ferat eum dicentem, Caſaubonum a chriſtianiſſimo Rege Geneva evocatum Academiæ*

demiæ Pariſienſi reſtaurandæ? apage mihi reſtauratorem hunc, quam academia nunquam ſivit apud ſe docere, ne cum bonis litteris hæreſeos virus, ut fit, in iuvenum animos ſenſim demitteret, experta olim, quantum detrimenti iuventus catholica cepiſſet in Rami ſcholis: Plura non recenſeo cum hæc ſatis virulentum auctoris animum teſtentur.

CAP. III. *Thuanicas quaſdam loquendi formulas* continet, ex quibus illius religionem ac mentem coniectare liceat: Illud maxime notat auctor, quod Calvinianorum more Apoſtolos, martyres *ſanctorum* nomine non adpellitet: quod hæreticorum miniſtros *Paſtores* eccleſiarum vocet, qui fures potius dicendi eſſent, quibus non ſit commiſſa gregis cura ab ſummo paſtore & Epiſcopo animarum: Quod *eccleſias fana* dicat; quod *catholicos* ſæpe numero *Pontificios* nominet, quod *Cœnæ* nomen pro auguſtiſſimo ſacramento adhibeat: quod hæreticos *ſtudiis theologicis adprime imbutos* dicat, & ob *religionem* ſupplicio adfectos, quos tamen conſtet ob *hæreſin* damnatos fu-

Digitized by Google

iſſe, nec perverſum de DEO ſenſum *re-ligionem* dici poſſe: minus etiam latine de Proteſtantibus adfirmari poſſe, *eos ſumma conſtantia mortem oppetiiſſe.*

CAP. IV. *Collecta a Thuano apophtegmata repræſentat*, nempe collegiſſe Thuanum, ait, impie vel ridicule dicta, aut confi-cta à malevolis, hinc non abs re virum quendam dicere ſolitum, hiſtoriam Thuani quaſi ſupplementum quoddam Rabeleſii ſibi videri. Male habet aucto-rem, quando Thuanus Lib. XI. refert, Hadrianum IV. dicere conſveviſſe: *non videre ſe, quomodo qui faſtigium Pontifi-catus maximi tenerent, ſaluti ſuæ conſu-lere poſſent: & id etiam aliquando a Marcello Cervino, miſeram pontificum ro-manorum conditionem deplorante repeti-tum eſſe*: id vero non tam dictum ab Hadriano, quam confictum potius a Thuano vel alio hæretico contendit. Nec arridet auctori, quod Thuanus lib. X. his verbis adducit: *Cum Corneus quidam Santacii fraude in hoſtium manus deve-niſſet, fertur Iulius III. dicterio ſe & Cor-neò digno, facta ad Santacii nomen, quod*

italia

Digitized by Google

italia lingua obſcurum ac nullius virtutis ſanctum ſonat, alluſione triſtem nuncium more ſuo excepiſſe: mirari ſe nimirum, qui Comicus, qui minime veros ſanctos ac ne DEVM ipſum quidem crederet, ſe temere Santacio credidiſſet, & fidem eius promiſſis tam inconſiderate adhibuiſſet. Verum hæc Iulium aut veroſimilius Thuanum de Iulio commentum eſſe. Nihilo religioſius videtur auctori, quod itentidem Thuanus refert Lib. III. dictum a Iohanne Mendoza Sorbonenſibus theologia, cum hi Petro Çaſtellano controverſiam moviſſent, quod de ignibus expiatoriis dubitare viſus eſſet. Neque ferre poteſt auctor, quæ Thuanus lib. XII. de Cardinali Caraffa memorat. *Is cum Lutetiam,* inquit *Thuanus, tanquam pontificis legatus ingrederetur, & ſignum crucis, ut fit, ederet, verborum quæ proferri non eſt loco, ut erat ſecuro de numine animo, & ſummus religionis deriſor, occurſante paſſim populo, & in genua ad ipſius conſpectum procumbente, ſæpius ſecreta murmuratione hæc verba ingeminabat: Quandoquidem iſte populus vult decipi, deci-*

Digitized by Google

decipiatur. Quæ forte niſi ſummus religionis deriſor ſtylo non conſignaſſet. Hic in mentem venit auctori, hæc non ab ipſo Thuano, ſed a Lutherano vel Calviniſta adjecta fore, ſed ſtylus in Thuani hiſtoria æquabilis, aliaque paſſim obvia dicteria contrariam tuerentur ſententiam. Quæ in lib. X. Thuani ſequuntur, auctor improbat: Ita vero Thuanus: *Actum fuerat Romæ de Claudio Eſpencæo, in cardinalium collegio cooptando, ſed ab æmulis apud Pontificem delatum eſt, quod ille quædam perperam inter concionandum de aurea, quam vulgo appellant, Legenda locutus, cum ferream potius vocandam eſſe contenderet, quam poſtea publice recantare coactus fuiſſet.* Sed hanc cauſam palinodiæ non ſolam fuiſſe dicit auctor ſed complures alias. *Multa,* pergit perſonatus auctor, *peccarat alias homo quidem alioqui literis humanioribus ſatis inſtructus, ſed in theologicis pene rudis, quique deſtitutus iis adjumentis, quæ ſcholaſtica, quam vocant, theologia ſolet adferre ad difficiliores ſcripturæ & S. Patrum nodos explicandos, impegit non ſemel, &*

ſane

ſane magno bonorum omnium mœrore gra-viter. Denique culpat elogium Annæ Burgo vindicatum, quam Thuanus Lib. XVI. quaſi unum de priſcis martyribus commendet, *cum Epiſcopi Pariſienſis iuſſu ſacerdotali charactere tanquam indignus ritu recepto privaretur, teſtatum ſe lituram hanc libenti ac læto animo pati, quod ita ſigno a beſtia, cuius in apocalypſi ſit mentio, & quam pontificem romanum interpretabatur, deleto, nihil ſibi porro cum Antichriſto commune futurum eſſet.* Quæ cum a Thuano tam ſtudioſe ſint adnotata, non obſcure intelligi poſſe ait, quantopere his rebus delectetur.

CAP. V. *Thuanum in ſectarios propenſiorem innuit.* Cauſæ potiſſimum ſunt, quod hæreticos ex gallia partim eiectos partim punitos doleat Thuanus, regis factum in hæreticos exercitum ſuggillet, iſtos contra homunculos martyribus accenſeat, laudando eorum conſtantiam: quod ſumptum de Lutheranis pleriſque ſupplicium carpat & laceret, inquiſitionis hiſpanicæ decreto ſuſceptum, cui Philippus II. Rex partim Pinciæ partim Hiſpali

Hiſpali voluerit intereſſe: quod cum Thuanus Lib. XII. paucis exponat, quæ Maria Angliæ regnante a ſenatu decreta fuerant, in cadavera Buceri & Fagii hæreticorum, prætereaque uxoris Petri Martyris item apoſtatæ, mox non exſpectata ſerie temporum, ubi imperatam a catholicis iudicibus ſub Maria exhumationem iſtorum cadaverum retulit, convolet ad tempora Eliſabethæ hæreticæ, & de reſtitutis eius iuſſu honoribus Bucero, Fagio & Vermilii ſcorto, magnifico verborum adparatu agat, vt pene cum Hæreticis triumphare ſubſaltans illius dictio videatur. Thuanus Andelotum a prudentia & æquitate commendat, cum ante hoc elogium dixerit: *abiiſſe Pictonas vt pecunias undique, maxime ex ſacro patrimonio corrogaret, & res Proteſtantium ius in locis labefactatas reſtauraret.* Quod quidem auctor concoquere non poteſt, quoniam nec æquitas ſit, nec prudentia, ædes ſacras expilare & ſacris rebus abuti. Thuanus præterea *Odetum Colignium* Cardinalem collaudaverat, quod itidem auctori non placet: cum iſte homo purpuram

puram graviſſimis flagitiis ac perfidia hæretica fœdaverit. Ita quoque rem ſe habere putat auctor cum Petro Placio, qui Thuano iudice vir ſit *gravitate, doctrina & integritate clarus*, ſed qui A. 1572. cum cæteris hæreticis Lutetiæ cæſus ſit, & cum perduellibus dei regiſque chriſtianiſſimi conſilia communicaverit. Deinde Thuanum hæreſeos patronum arguit, in recenſito de reis Amboſianæ coniurationis ſupplicio, vbi veritatem vbique obtegat, & diſſimulatione vtatur. Ita enim Thuanus: *Præcipitata multorum iudicia ac ſupplicia, cum alii noctu ad pinnas arcis ſuſpenderentur, alii quorum ſpectaculo permoveri homines poſſe metus erat, in profundum mergerentur. Interdiu vero permulti ad ſupplicium more inſolito rapiebantur ſine elogio ac criminis titulo, & ſine vocali carnificis præconio, deniq; nominibus damnatorum ſuppreſſis, ita vt flumen cadaveribus ſupernataret, oppidi vici ſanguine exundarent, plateæ hominum patibulis ſuffixorum ſilva horreſcerent.* Plura auctor perſonatus exempla congeſſit, quæ transſcribere minus ex re fuerit.

CAP.

Digitized by Google

CAP. VI. *Thuanum probis omnibus & catholicæ religionis aſſertoribus hoſtem perinfenſum ſiſtit.* In genere hic notat auctor, quod nullam prætermittat occaſionem lacerandi Guiſios. Nihil aliud Thuanum libro XV, ſqq. agere ait, quam vt eos *odium commune populi gallicani* eſſe & fuiſſe contendat: ab eis tyrannidem occupatam, nihil contra reges ſive Amboſiæ ſive Meldis tentatum, omnes illorum, qui tum in armis fuere, conatus eo tantum ſpectaſſe, vt ne libertas gallicana ab regulis hiſce novis violaretur: quidquid ſanguinis fuſum ſit religionis cauſa ſeu Lutetiæ ſeu in aliis regni Vrbibus, id totum Lotharingorum principum maximeque Gviſiorum conſiliis ac machinationibus eſſe fuſum: damnatorum bona non tam fiſco adiudicata quam eorum condonata cupiditati, omnia denique ab eis per vim ac fraudes gesta eſſe. Quæ ne fruſtra dixiſſe auctor videatur, exemplis ex Thuani hiſtoria petitis confirmari poſſe putat. Huc allegat, quando Thuanus lib. V. ait: *Ioannes Lotharingus Cardinalis, ſolo libidinum miniſterio & ſtolida liberalitate*

Fran-

Digitized by Google

Franciſco carus erat. Et lib. V. & XVI. de Carolo Lotharingo: *nullum non ab eo ſuſceptum ſcelus, nullum ſine eo tota Gallia commiſſum.* lib. V. & XXXIII. *Carolus Cardinalis Lotharingus, vt regis animum occuparet, turpibus ſe obſequiis Valentinæ inſinuauit. Is Tridenti cum eſſet audita Franciſci Guiſii fratris morte, litteras ad matrem dedit conſolationis plenas ad oſtentationem diſſimulato dolore, quæ ab emiſſariis eius publicata ſunt. Idem leuitate inſita & omnem modum ſupergreſſa ambitione non ſolum Galliæ ſed etiam ſuis fatalis fuit. Adhæc ſumme tota vita inæqualis, & in proſperis inſolens, & in adverſis infractus. Aliquando fuerat in Auguſtanam Confeſſionem propenſior: obiit in ſummo omnium odio.* De Georgio Armeniaco Cardinali, qui pro eccleſia contra hæreticos laboraverit, Thuanum Lib. XVIII. ſic loqui: *homo gloriæ ad vanitatem cupidus.* Neque arrident, quæ Thuanus Lib. V. de Petro Lizeto. tradit. *primarii præſidis in Senatu Pariſienſi locum diu magna cum laude tenuerat, Is Sanctovictoriano Cœnobio donatus reliquum ætatis in*

Digitized by Google

illo ſuburbio exegit, extrema clauſula minime priori vita & fama reſpondente; dum litterarum ſacrarum homo rudis theologicis libris in illo ocio ſcriptis ſe deridendum propinat. Quibus contrario ſcripto artificioſe ridiculo ſub Benedicti Paſſavantii nomine, a Theodoro Beza, vti creditur, reſponſum eſt. Paria colligit ex Thuanæo opere de Io. Tilio aliisque, & in fine huius capitis ſic cenſet: *Quod Thuanus bene de hæreticis meritus, in eorum gratiam longiſſimum hiſtoriæ corpus produxit, ei ab iisdem ſtatuam ſive equeſtrem ſive aſinariam poni: vt in eius baſi vetus Ennii epitaphium tantiſper immutatum transſcribi: adſpicite o cives Livî novi imagi' formam. Hic veſtrum panxit maxima facta patrum.*

CAP. VII. *Suſceptum a Thuano bellum in Ieſuitas internecinum indicat.* Male habent auctorem verba, quæ in Thuano ad A. 1565. de Ieſuitici ordinis inſtituto leguntur: *in ſpeciem omni ambitionis & divitiarum ſuſpicione a novo ordine remota, tantum crevit ſocietas, vt principibus ipſis formidoloſa eſſe cœperit.* Non vero eſſe

eſſe in ſpeciem tantum remotam ambitionis & divitiarum ſuſpicionem auctor reſpondet, cum reapſe voto eiuret omnem dignitatum ambitum, & ex tanto numero præſtantiſſimorum patrum illius ordinis duo tantum in Collegium Cardinalium ſummi pontificis iuſſu ſint cooptati: etſi conſtet de eodem ordine patriarchas, archiepiſcopos & epiſcopos creatos eſſe, ſed qui in Æthiopiam, Indiam, & Iaponios vltimos ad apoſtolicum munus, certisſima pericula, gravisſimos labores mitterentur. Nec *formidoloſam* Principibus eſſe hanc ſocietatem, cum certatim a Catholicis evocetur in Academias. Thuanus lib. XXXXV. *Suorum*, inquit *clade irritatus Soria, repertos in naui Hiſpanica Ignatium Azebedam & Didacum Andradam occidit.* Sed nos auctor meliora ac veriora edocere conatur. Hinc ſic invehitur in Thuanum: *Imponis tuo more, Thuane, & veritatem ſolita diſſimilatione interuertis: religioſi illi patres ſexaginta de ſuis fratribus in Braſiliam ad barbaros chriſtiana ſide imbuendos deducebant. Reſcivit nefarius*

Digitized by Google

prædo ac ſectarius Soria, neque tam avaritia quam crudelitate duce innocentes illas tot victimas iam DEO devotas, & ſuſcepta tam periculoſa navigatione martyrii candidatas crudeliſſime mactauit ſub hoc præconio: Exſcindantur ii funditus, qui papiſticam religionem in Braſiliam devehunt. Quid tu aliam cædis illatæ cauſam homo verſipellis allegas? Quæ ſubſequuntur ab auctore contra Thuanum adnotata, tanti non ſunt, vt diutius iis recenſendis immoremur.

CAP. VIIII. *Contumelioſe reges chriſtianiſſimos adpellari a Thuano tradit.* Primum exemplo Ludovici XII. de quo ſic Thuanus lib. I. *Ludovicus XII. Julio mortuo aſſiduis multorum hominum atque vxoris inprimis imperioſæ feminæ querelis victus, Piſano Concilio renunciavit, & vt Leoni X. gratificaretur, Lateranenſi ſubſcripſit.* Contra laudabile admodum fuiſſe putat auctor, quod rex, ut ſedi apoſtolicæ morem gereret, de cauſa ſua remiſerit plurimum, eccleſiæ vniverſæ mentem concilio generali teſtatam adprobarit, ſubmoverit à ſe ſchismaticos prauorum conſilio-

filiorum auctores. Exagitat etiam Thuanum, quod eundem chriſtianiſſimum Principem Lutheranæ impietatis aſſertorem exhibuit, commemorando cuſum numum aureum, quo effigies Ludovici XII. ex vna parte expreſſa conſpicienda eſſet hoc elogio: *Perdam Babylonis nomen.* Carpit itidem, quando de eodem Thuanus pergit ſic loqui: *Ludovico adverſa omnia eueniſſe, quod Alexandrum VI. Pontificem coluiſſet.* De Henrico II. minus bene Thuanum ſentire, cuius Orgia ſtyli acerbitate exagitet: male fert, quæ de Petro Bembo adoleſcente verſus feſcenninos effundente leguntur: *Domini, cui ſerviebat, mores id tuliſſe;* quo nomine Leonem X. perſtringat: idque etiam Thuanum magis Lib. V. his verbis innuere: *dum adhuc in conclavi eſſent cardinales, intercepta ſunt quorundam, qui cardinalibus aderant ad catamitos ſuos ſcribentium litteræ, quibus abſentiæ deſiderium adeo flagitioſis verbis teſtabantur, vt inde coniecturam multi fecerint, obſcœnum aliquem Pontificem ex illo conclaui proditurum, ex quo tam pudendæ litteræ*

Digitized by Google

emanaſſent. His omiſſis obſervat auctor, Thuanum Henrico II. nuſquam gravius ſuccenſere, quam in cauſa Annæ Burgi, quem ille infamem hæreſi vltimo ſupplicio affici mandaverit: & animadvertiſſe ſe, quamdiu in viuis Henricus fuerit ſemper lege actum eſſe in hæreticos, neque aliud gratia aut minis a rege conſtantiſſimo impetrari potuiſſe: quæ forte res gravius Thuanum habuerit. Idem ſiniſtre de Catharina Medicæa Thuanum ſcribere adnotat, & pleraque ex ſatyrico libello: *Beatæ Catharinæ vita:* tranſcripta adfirmat. Huc pertinere ait illud in Thuano ad A. 1574. *Coſmus Rugerius Florentinus quo auctore Mola icunculam æream magicam in caput regis Caroli IX. fabricarat, reginæ Catharinæ fauore, quæ illius & huiuſmodi hominum opera perfamiliariter vtebatur, periculo exemptus eſt.* Nihilo melius de Franciſco II. agere Thuanum, de quo dicat, ſparſum rumorem, *eum elephantiaſi laboraſſe:* quod impudens verbum his deinde verbis incruſtare conaretur: *Repertos, qui in ſecretis mandatis haberent, vt pueros infra ſex annos*

annos per regiones Ligeri circumpoſitas matrum gremio avulſos tanquam victimas ad certam necem raperent, vt ſcilicet calenti eorum ſanguine Rex in hauſtu ac balneo ad vitioſum ſanguineæ maſſæ habitum corrigendum vteretur. Sic enim præſcribere medicos. De Carolo IX. quæ commemorat Thuanus, nec auctori ad palatum videntur, furorem illius ac Sanbartholomæa die geſta Lutetiæ exponendo, *multi*, inquit Thuanus, *rabiem illam regi & galliæ in poſterum magno conſtituram augurabantur.*

CAP. IX. *Convicia in Romanos Pontifices ſparſa continet.* Quam peſſime de catholica religione ſentiat Thuanus, inde argumento eſſe putat, quod omnes Pontifices contumelioſius adpellet. Quoties de Alexandro VI. ſermo ipſi eſſet, toties filium illi fuiſſe Cæſarem Borgiam, filiam Lucretiam commemorare, & dedecus obtegendum in lucem ſic exponere. Leoni X. hæc tribui, quod peccatum in ſacris muneribus diſpenſandis ad miſſum longe graviore cumulaverit: & miniſtris eius hoc adſignari, quod per luſtra

Digitized by Google

& popinas quotidie ſine pudore in aleæ luſum vſusque turpiſſimos poteſtatem extrahendi animas functorum ex igne expiatorio promittentes, pecuniam a credulis emunctam profuderint. Nihilo honeſtius de Paulo III. iudicari, qui ex Thuani ſententia, ſobrietate, vultus gravitate doctrina ac poſtremo corpuſculi affectata imbecillitate profundam ambitionem diu celauerit, quam mox adepta dignitate manifeſtam omnibus fecerit. Iulium III. vt hominem ſceleratiſſimum a Thuano repræſentari, de quo ſcribat, hunc obiiſſe intemperantia vitæ magis quam ſenio effœtum: totum ſe voluptatibus mancipaſſe. Nec ſecus agi cum Marcello Ceruino; nam Thuano referente, cum parens eius Reichardus aſtrologiæ iudiciariæ ſcientia clarus, ei ex ſtellarum coniunctione ſummam in eccleſia dignitatem prædixiſſet, licet a Caſſandra Bencia matre ad nuptias invitaretur, pertinaciter recuſaſſe, nolle ſe clariorem longe fortunam, quam ſibi aſtra ſoluto ac cœlibi portenderent, matrimonii vinculis commutare. Quæ ex famo-

Digitized by Google

famoſis hæreticorum libellis deprompta exiſtimat. In Paulo IV. hæc carpi, quod magna ac ſumptuoſa admodum pompa coronam a Ioanne Bellaio epiſcopo Oſtienſi ſumpſerit, & ita ſeueritatem illam, ex qua emendationem in eccleſiaſtica diſciplina quidam ſperaſſent, cito in ſuperbiam vertiſſe. De Pio IV. hæc legi: mox mutaſſe, (ſc. ab inauguratione) quique hactenus humanus, patiens, munificus, gratus, mitis ac pecuniæ minime cupidus habitus ſit, alios mores induiſſe repente viſum eſſe: de Pio V. cum nihil offenderit, quod carpendum, tamen hæc adferri in medium, hunc vbique gratitudinis laudem adfectaſſe: hunc itidem vt fidei inquiſitorem ſeveriſſime exercuiſſe iurisdictionem, & per alios cum magna nec toleranda aliorum vexatione exerceri curaviſſe. In hoc etiam Thuani in theologicis ignorantiam elucere putat, quod in præfatione ſtatuat, neminem ad credendum ſive ad Catholicam religionem amplectendam eſſe cogendum; ex his deinde deducere Thuanum, periniquè principes catholicos feciſſe,

Digitized by Google

ciſſe, quoties in hæreticos lege agi voluerint.

CAP. X. *Implacabile Thuani odium in ſedem Romanam exhibet.* Coniectat auctor Thuani in ſanctam ſedem maleuolentiam, quod legitur lib. I. *Summi pontificis ſuaſu Carolum V. ſententiam mutaſſe & arma in Turcam parata vertiſſe in germanos peſſimo. ſed ſolemni & vſitato pontificibus romanis conſilio, qui eos e chriſtianis, qui nimiam ipſorum potentiam in dubium vocant, capitaliori odio quam ipſos chriſtiani nominis hoſtes ſemper hactenus ſunt perſecuti.* Deinde hoc argumento eſſe exiſtimat, quod Thuanus Hermanni Colonienſis Archiepiſcopi cauſam deploratiſſimam ſuſcipiat contra Pontificem Romanum in lib. III. Tum quod eorum nomina, qui de Romanæ eccleſiæ corruptis moribus perſcripſere, in tabulas ſuas quam ſtudioſiſſime Thuanus referat, inprimis Nicol. Clemangium, Io. Gerſon, Guilielmum Pariſienſem, (quem Matthæum dicere debuiſſet) aliosque. Auctor præterea aliquos Thuani verſiculos in ſedem romanam olim emiſſos adfert, inde-

Digitized by Google

indeque odium illius in ſedem romanam comprobare adnititur.

CAP. XI. *Thuanum Pſeudotheologum depingit.*

Thuanus Libr. I. retulit, Eccleſiaſticos tam Angliæ quam Hiberniæ ſacramento adegiſſe Henricum VIII. vt ſe tanquam eccleſiæ caput a Chriſto proximum agnoſcant: mutata *diſciplina nihil in doctrina mutatum*. Sed hic falli hominem rerum ſacrarum imperitiſſimum putat, cum plurima de doctrina catholica tum temporis ſint mutata; cum ἄῤῥηκτα matrimonii vincula libidinis impetu & vaniſſimis pſeudoepiſcoporum decretis ſint ſoluta, cum religioſa vota paſſim Henrico rege pro ea, quam ſibi in ſacra omnia arrogarit, poteſtate, ſint violata, cum atheiſmis Briandi (quem Henricus per iocum vocauerit ſuum apud inferos Vicarium) & aliorum id genus hominum, omnis repente illa inſula miſerrime ſit deformata. Inprimis hoc ignorantiæ profundæ ſignum interpretatur auctor, quod Thuanus Lib. V. conſtanter aſſeuerat, *Reges Galliæ cenſuræ Pontificiæ non ſubiacere*. Cum in univerſum eccleſiæ gregem

Digitized by Google

gregem adeoque etiam in Regem chriſtianiſſimum Pontifici a Chriſto data ſit poteſtas; idque proferri a Thuano non tam vt regibus gratificetur, quam potius vt romano pontifici incommodet, & ſupremam illius in eccleſiam univerſam imminuat poteſtatem. Nec ferri poſſe putat auctor, cum Thuanus Lib. XV. dicit: *Pontificem romanum ius ſibi arrogare concilii indicendi*, cui vero ius illud quam maxime competeret, ac inveniri, ea demum rata fuiſſe hactenus conciliorum decreta, quæ ſummus pontifex ſuo calculo comprobaverit. Tum falſum eſſe illud Thuani verbum, quod ſcribit, *Pontifices romanos ius ſibi vendicare Academias quibus libitum fuerit locis condendi.* Sed regerit auctor, nunquam id facere Pontificem, niſi Chriſtianorum principum, apud quos eæ academiæ fundandæ ſint, rogatu, indeque in eiuſmodi fundationis formulis exſtare: *Pontificali ac regali auctoritate.* Nec a veritatis argumento ſtare putat, quando in Thuano Lib. I. legimus: *Carolus IV. ſuo periculo ſed ſero ſenſit, quorſum pertineret ius illud,*

lud, quod ſibi in inaugurandis Imperatoribus Romanus Pontifex ſumpſit, vt ſcilicet liceret ei, a quo accipere debuit, leges quas vellet pro Inaugurationis pretio imponere. Quam rem a Thuano prius probandam eſſe exiſtimat, ab imperatore Pontificem leges accipere debuiſſe: & leges a Pontifice datas Imperatori pro pretio Inaugurationis datas. Hæc etiam ignorantiam hominis prodere, quod inter erronea dogmata referat, vbi docuit Oſiander, Chriſtum, etiamſi per primi parentis peccatum non fuiſſet perditum genus humanum, naſciturum tamen nihilominus fuiſſe, cum tamen viri optimi Catholici idem ſentiant, ſalva fide catholica ad exaggerendam DEI erga genus humanum bonitatem. Poſthac culpat in Thuano, qui ſcribit Lib. XIV. quod aliqui hæretici (vt auctor interpretatur) cœperint Dauidis Pſalmos gallicis verſibus expreſſos Lutetiæ canere, ſed vetitum eſſe alia lingua preces concipi quam latina, ne quivis e vulgo caperet, itaque plebs contemnere aſſueſceret. Sed eius rei alias & pluri-

plurimas & graviſſimas cauſas eſſe, quod in ſacris vernaculæ linguæ non ſit locus datus, dicit quidem auctor, ſed reticet. Denique huc refert quod Thuanus Lib. XXXV. quanquam ſub alterius perſona congeſſit contra cœlibatum, & quod de ſanctorum nominibus non venerandis in medium adducit Libro XXVIII.

CAP. XII. *Malignas aliquot Thuani fraudes detegere connititur.* Idque inde probat, quod Bohemos pro communione ſub vtraque ſpecie ita perorantes Lib. IX. inducat, vt veteres Huſſitæ vel Wicleffitæ ex inferis evocati triumphare videantur; nullum apud illum eſſe, qui Bohemorum legatis quidquam reſpondeat, nullum, qui pro eccleſiæ decretis contra hæreticorum nænias dicat. Deinde alter locus ex Thuano Lib. XVI. profertur, in quo Principum proteſtantium oratores ex Germania, quo innocentiæ Annæ Burgi Lutherani cæterorumque novatorum apud regem Henricum II. patrocinentur. ſic Thuanum, quæ animo conceperit in eccleſiam romanam & catholicam concionibus illis ſuis, quas hæ-

reticis

Digitized by Google

reticis adſcribat, ſubdole inſerere. De Amboſiana coniuratione hæc narrare Thuanum, nihil iſthac in regem tentatum eſſe, omnia coniuratorum conſilia in ſolos Gviſios conſpiraſſe; aliud cogitaſſe nihil, quam ne Gallia Lotaringorum iugo ſerviliter premeretur, cum contra iſta manus perdita ſtatuerit, Rege Franciſco II. aut occiſo aut in ordinem redacto omnia miſcere: & Renaudium huius nefarii conſilii principem fuiſſe. Ita ſe habere rem putat cum cæteris, vbi Thuanus Lib. XI. Ioannis Leerii hiſtoriam *ſumma fide ac ſimplicitate* ſcriptam prædicat, contra Andreæ Theveti commentarios hiſtoricos deprimat, aſſerens, eum *vix litteras ſciuiſſe, abiecto cucullo ex monacho celeberrimum plane factum eſſe.* Denique obſervat auctor, id moris eſſe Thuano, pleriſque ſcriptoribus hæreticis, quos nunquam ſine præconio nominet, vnum alterumue catholicum doctorem interdum addere, vt fidem verbis ſuis aſtrueret, hæreſis ſuæ fautores pro grauibus & ſanctis viris venditare. Atque hæc ſunt illa arcana,

quæ

Digitized by Google

quæ gallus hic ſed nefarius homo contra veram Thuani hiſtoriam detexit. Plura non excerpimus niſi: riſum teneatis amici.

ACTA ET SCRIPTA Theologorum Wirtembergenſium & Patriarchæ Conſtantinopolitani D. HIEREMIÆ,

Quæ vtrique ab Anno MD LXXVI. vsque ad A. M D LXXXI. de Auguſtana Confeſſione inter ſe miſerunt: græce & latine ab iisdem theologis edita.

Witteberga ap. har. Io. Cratonis 1584. Fol. alphab. 4. plag. 5.

PRæfatio operis a theologis Wirtembergenſibus confecta cauſam reddit editionis horum actorum: nempe Stanislaus Socolovius, Stephani poloniæ regis theologus Reſponſum Patriarchæ CPni ad Confeſſionem Auguſtanam, a theologis Wirtembergenſibus ſibi transmiſſam furtim comparatum ex græco in latinam linguam conuerſum

ſum ediderat,* cum præfixa ad Gregorium XIII. pontificem præfatione admodum mendaci, qua fingit, theologos illos deſerta eccleſia romana novum doctrinæ genus amplecti, ad græcos confugere, atque ab illis in communionem recipi voluiſſe. Quoniam vero inter græcos & Romanos concordia ſit ſumma & doctrinæ conſenſus, ideo non ſine cauſa cenſuram Græcorum a Lutheranis ſuppreſſam. Quare ſe hanc publice legendam proponere, vt theologos iſtos veluti transfugas, & nihil

Dd non

* Liber ſecundæ editionis ad manus eſt hoc titulo: *Cenſura Orientalis Eccleſiæ de præcipuis noſtri ſeculi hæreticorum dogmatibus Hieremiæ Conſtantinopolitani Patriarchæ, iudicii & mutuæ communionis cauſa ab orthodoxa doctrina adverſariis non ita pridem oblatis, ab eodem Patriarcha CPno ad germanos græce conſcripta, a Stanislao autem Socolovio ex græco in latinum converſa, ac quibusdam annotationibus ad proprias græcorum opiniones reſpondentibus illuſtrata ad Gregorium XIII. Pontif. Max. acceſſit eiusdem auctoris Concio de Euchariſtiæ ſacramento, coram Poloniæ rege habita. Omnia poſt editionem primam diligenter recognita, cum notis marginum illuſtrata per H. M.* Francis. Feu-Ardentium, Franciſcanum. Paris. ap. Sittart. 1584. 8vo.

non contra ſedem romanam molientes proderet, deinde etiam, quam hos nouitatis ſuæ pudeat, demonſtraret. His igitur calumniis reſpondent nunc theologi Wirtembergenſis: primum hæretici nomen a ſe declinant, & pontificiis magis competere probant: deinde apoſtaſiæ crimen a ſe amoliuntur adſerentes, ſe non a DEO eiusque verbo, aut catholica Chriſti eccleſia, ſed a pontificia Romanenſi & antichriſtiana defeciſſe ſynagoga. Nec ſe novum doctrinæ genus amplexos adſerunt, cum veterem illam & veram ſervent Chriſti doctrinam, & in nomine Ieſu Chriſti ſe credant ſalvari. Tum refutant Poloni commentum, quod theologi a græcis recipi ſtudioſe petierint: & cum Socolovius a græco monacho copiam cenſuræ Patriarchicæ de Auguſtana confeſſione ſibi petierit, reſponſum quoque theologorum ad iſtam cenſuram olim exhibitum exigere neceſſum habuiſſet. Vt vero mendacia Socolovii diluant, exſcribunt potiora ex commercio litterario cum Græcis cœpto. Ita vero theologi Wirtembergici primum ad græcos ſcripſerunt, addita quoque Confeſſione: *deinde libellum quendam*

Digitized by Google

dam mitto, fidei noſtræ totius capita continentem, vt Sanctitas tua videat, quænam ſit religio noſtra, & num cum doctrina eccleſiarum Sanctitatis tuæ conſentiamus: an vero aliquid fortaſſe diſſentiat, quod ſane nollem. Et deinde in aliqua epiſtola: *credo in fundamento doctrinæ de Chriſto & ſaluata fide nos omnino conſentire: quod charitatis eſt, quæ ſecundum Apoſtolum omnia credit.* Hic vero nihil legi, quod Socolovius nugetur, ſe in communionem cum illis recipi voluiſſe, aut Auguſtanam confeſſionem Patriarchæ iudicio ſubieciſſe. Nec obſtare quod titulum *Sanctitatis* dederint Patriarchæ, id ciuilitatis eſſe: Sed his de cauſis Auguſtanam confeſſionem in Orientem ſemiſiſſe, quod conſtitiſſet Conſtantinopoli Lutheranos diffamatos eſſe, quaſi nullam religionem curarent, horrendos errores defenderent ac ſcelerate etiam viuerent, vt adeo hoc ſe purgarent crimine, Auguſtanam confeſſionem tanquam fidei compendium transmiſiſſe: præterea cum græcis de religione conferre ſe voluiſſe, quia ipſos ſuæ confeſſionis ac fidei nihil pudeat, nec de doctrina addubitent. Poſtea quod Socolouius

Digitized by Google

dixerat, ſe artes illorum theologorum hac cenſuræ editione detecturum, nocendique animum oſtenſurum, reſpondent hic theologi, & cur ſcriptum hoc patriarchæ publicare noluerint, exponunt. In cauſa vero fuit ſummum periculum, quo in Patriarcha tum verſabatur, maius etiam editione horum ſcriptorum futurum, namque etiam is de gradu dignitatis ad tempus fuerat deiectus. Porro Socolouius inter occidentalem & orientalem eccleſiam ſummam fingit concordiam & doctrinæ conſenſum. Sed theologi contrariam probant ſententiam: & quidem primum ex ipſius Patriarchæ teſtimonio, quod Socolovius in ſua cenſura ſuggerit: *Amplius autem ad eos, quos dicitis [in Confeſſione Auguſtana] abuſus, reſpondentes dicimus: primum vtriusque ſpeciei participes eſſe oportere omnes dicitis: & recte quidem. Nam nos hoc idem, tremendis his myſteriis participantes, facimus: illi, inquam, qui his digni ſumus; præter id, quod non azymo ſed infermentato pane panis ſpeciem accipimus. Secundum eſt, quod dicitis, melius eſſe nubere quam vri, iuxta illud Pauli: vnius Vxoris Virum, & reliqua, quæ Paulus in*

hoc

Digitized by Google

bus genere præcipit. Proinde & nos illis ſacerdotibus, qui in virginitate perſiſtere non poſſunt, priusquam tamen conſecrantur, & ſacerdotes fiant, vxores accipiendi poteſtatem damus. Deus enim matrimonium ſanxit. Illud item non ignoramus, turpitudinis germina multa ſuſcipi inter eos, qui ſacerdotes, vxores accipere prohibent. Hæc patriarcha. Quæ iuſtam inter romanam & græcam eccleſiam diſſenſionem ſatis probent, cum Pontificii Sacramentum euchariſtiæ mutilatum adminiſtrent, nec ſacerdotibus coniugium permittant. Accedit, quod Patriarcha CPnus quotannis Dominica Inuocavit, Romanum pontificem cum tota ſua eccleſia ſolemni ritu tanquam ſchismaticum inter alios hæreticos excommunicet. Etſi, quod ad confeſſionem auricularem attineat, omniumq; peccatorum enumerationem, belle ſatis conveniat inter græcos & latinos: eo ipſo tamen, vt adnotant hic theologi, hodierna orientalis eccleſia a ſeipſa ſuisque maioribus diſſidet, a quibus illa propter ſtupratam quandam nobiliſſimam matronam in confesſione a diacono ſit abrogata. Hinc in iure Canonico gloſſa: *Ergo neceſſaria eſt con-*

 feſſio

Digitized by Google

feſſio in mortalibus apud nos, apud græcos non: quia non emanavit apud illos talis traditio. Hoc patriarchæ reſponſum, quod Socolovius primum edidiſſe, modo audiuimus, variis in locis deinde typis repetitum fuit, fabulæque cum ipſis actis adauctæ. Inprimis *Wilhelmus Lindanus*, eccleſiæ Ruræmundenſis epiſcopus ſuauiter nugatus eſt, theologos Wirtembergenſes miſſo legato ad patriarcham CP. Stephano Gerlachio, pretio, precibus, adprobationem doctrinæ ſuæ ab ipſo petiiſſe: donis thalerorum plurimorum non leviculis patriarchæ domeſticos & officiales pertentaſſe: ſeptem ſynodos Oecumenicas fraudulenter profeſſos ſchismatico illi patriarchæ, atque cum ſchismatica eius germanicam voluiſſe coniungere eccleſiam. Quod hic theologi maſcule refellunt, & addunt, Stephanum Gerlachium minime ad Patriarcham miſſum eſſe, ſed ad David Ungnad Baronem, petentem, vt vir doctus linguarumque non imperitus mitteretur, qui ſibi a ſacris eſſet Conſtantinopoli, dum legatione illa fungeretur: fatentur etiam theologi, miſſum eſſe honorarium Notario propter præſtitam operam

in

Digitized by Google

in comparandis græcis libris & auctoribus vetuſtis, nequaquam autem, vt corrumperetur & quod ad ſeptem ſynodos œcumenicas attinet, nihil negant ſe ad patriarcham ſcripſiſſe, quod illam fidem a ſanctis apoſtolis & prophetis & Spiritum S. habentibus patribus ac patriarchis, & ſuper diuinas litteras ædificatas ſeptem ſynodis traditam, quantum quidem intelligerent, amplectantur & conſeruent: Quibus tam verbis non ſimpliciter omnia, quæcunque in illis ſeptem ſynodis decreta ſint profeſſos eſſe, ſe amplecti, ſed quatenus cum doctrina apoſtolica & prophetica conveniant. Novus adverſarius ſuccedit *Io. Baptiſta Fikler*, archiepiſcopi Salisburgenſis Conſiliarius, qui itidem Patriarchæ reſponſum cum Socolouii additionibus populari lingua reddidit, addita prolixa præfatione, in qua Socolovii mendacia repetens adſeruit, Theologos Wirtembergenſes Patriarchæ CPno Auguſtanam Confeſſionem eo miſiſſe conſilio, vt eam ſi adprobaret, ipſum pro capite ſuo agnoſcerent, idque clandeſtine & ſubdole actum, ne citius cuiquam innoteſceret, quam peractum eſſet totum illud negotium: Deum vero conſilia

Digitized by Google

hæc detexiſſe, & iſtos vpuparum inſtar nidum fœdaſſe, alia inſuper addit ille Ficklerus, ſed quæ a veritatis ratione minus ſtant, ac maſcule a theologis refutantur. Hæc nos longior præfatio edocuit: ſupereſt vt ipſa acta, quæ in hoc volumine continentur, recenſeamus; notamus vero, ſingula, quæ nunc ordine ſuo hic diſponentur, græca eſſe ſcripta, & cum latina verſione expoſita.

p. 1. Primum hic leguntur *duæ Epiſtolæ*, ad Patriarcham CPnum, Iacobi Andreæ, & Martini Cruſii manu ſubſcriptæ: in priore ** transmittitur Auguſtana Confeſſio græce reddita, vt videat, quænam ſit

** Non poſſum ſatis mirari, cur Acta hæc non integra ediderint theologi Wirtembergenſes, ſiue potius Martinus Cruſius, qui hæc acta in vnum collegit ac edidit, vt ex Catalogo operum Mart. Cruſii cognoſcere licet. Nam prima epiſtola Germanorum ad græcos & inprimis ad Hieremiam Patriarcham transmiſſa, & in his Actis CPn. obuia ita incipit; *Quandoquidem, ſanctiſſime domine, ſignificatum mibi eſt, ſanctitatem tuam meas priores litteras magna cum beneuolentia accepiſſe*; ex quibus verbis certo licet colligere, alias adhuc litteras præceſſiſſe, quæ tamen hic deſiderantur. At vero meo iudicio nec quicquam prætermittendum fuiſſet

ſit hæc Lutheranorum religio, & vtrum cum Orientali conveniat: in poſteriori commemoratur, ſibi, poſtquam a pontificis romani dogmatibus & tra-

fuiſſet, idque ex re theologorum Wirtembergenſium videbatur, omnia ſimul publico exponi, vt, quo conſilio, qua ratione litterarium illud commercium occœptum eſſet cum græcis, etiam adverſarii cognoſcerent: Cum iſto ſilentio facile ſuſpicionis non optimæ cauſam præbere poſſent. Interim quicquid huius rei ſit, facile quis abſolvet iſtos theologos Wirtembergenſes, cum deinde Cruſius omnia fideliter Turcogræciæ inſeruerit, nec lectorem, credo, pœnitebit, hæc acta cum ipſa Turcogræcia conferre, ad hiſtoriam penitius cognoſcendam. Interim primas Cruſii litteras ad Patriarcham CPnum transmiſſas pace lectoris hic ex Turcogræcia repetimus: *Sancto eccleſiæ Chriſti Conſtantinopolitanæ Patriarchæ, Domino reuerendiſſimo per Chriſtum Salvatorem ſalutem. Cum deſcenſurus eſſet, comitans generoſum D. Davidem Vngnadium (Romani Auguſti Domini noſtri divinitus coronati & clementiſſimi Legatum) in regiam urbem veſtram, Stephanus hic Gerlachius, iuvenis bonus & in theologico apud nos ſtudio diligenter verſatus: non potui me, ſancte pater, tenere, quin ei ad te breuem hanc epiſtolam darem. Cuius mittendæ cauſa non eſt curioſitas quædam de*

ditionibus defeciſſent, nouitatis ſtudium obiectum eſſe: hinc ad fidei ſuæ rationem reddendam, compendium quoddam confectum eſſe, & Cæſari Carolo

de rebus alienis, aut aliqua alia levitas, vt videri alicui poſſet: ſed duæ aliæ, & veniâ fortaſſe non indignæ cauſæ. Vna quod cum ante multos annos ego putaſſem: religioni noſtræ chriſtianæ non amplius in iſtis locis locum eſſe: poſtea cognoui, reliquias quasdam veluti fomentum eccleſiæ Chriſti non contemnendas iſtic ſupereſſe: & Patriarcham, virum pietate & doctrina clarum eis præſidere. Vnde magnopere gauiſus ſum; & ſoli vero DEO noſtro gratias pro tanto beneficio egi, ex animo remque in melius proficere quotidie tum ad gloriam illius, tum ad multorum animorum ſalutem optaui. Altera cauſa eſt hæc: quod cum perpetuo Græcorum ſtudioſus eſſem, maiorem vitæ meæ partem linguæ & eruditioni græcæ deditus fui, ac pro tenui parte mea in illuſtriſſimi Principis Wirtembergici, Domini mei clementiſſimi Academia (quæ in oppido ipſius Tybinga eſt) græca ſtudia cum latinis ad gloriam veri DEI planto. Nam in hoc ducatu doctrina Servatoris communis omnium Chriſti ex propheticis & apoſtolicis ſcriptis, gratia beneficioque Sancti Spiritus pure ac copioſe traditur: omnis philoſophica cogitatio Chriſto ad obedientiam captiua adduci-

Carolo V. oblatum: & quamvis differentia rituum inter ſe invicem exſiſtere poſſet, ſperare tamen ſe, quod in præcipuis ſaltem ſalutis conſequendæ capi-

ducitur: in ſolo Chriſto & cruce eius ſalutis noſtra ratio nititur. Verum nihil opus eſt, hæc prolixe a me commemorari, quia licebit ea Sanctitati tuæ e bono Gerlachio (modo feliciter DEI ope iſtuc perueniat) ſatis cognoſcere. Cum igitur hæc ſe ita habent, hanc epiſtolam mittendam duxi, vt partim vobis græcis gratularer de gratia DEI, quod Chriſti dogmata adhuc tenere poteſtis: partim meum in veſtris rebus ſtudium declararem. Oremus itaque, vt membris Chriſti convenit, alteri pro alteris aſſidue: vt & præſentia, quæ ad gloriam DEI atque ad multiplicationem conſervandorum pertinent, feliciter progrediantur: & in altero aliquando ſæculo æternam vitam adepti trinam & humaniſſimam DEI vnitatem vna perpetuo celebremus beneficio Ieſu Chriſti vnici redemptoris & domini noſtri. Vale ſancte Pater vna cum veſtra eccleſia feliciter, & tum Gerlachio aliquid bonitatis tuæ impertiri dignare: tum mea erga ſanctitatem tuam & gentem græcam affectioni benigne veniam da. Tybingæ die ſeptimo Aprilis anno ſalutis cIɔ Iɔ LXXIII

MARTINVS CRVSIVS.

Quæ ſane epiſtolæ innocentisſimæ ſunt, quibus per-

capitibus nihil innovatum eſſet : ſe illam, quæ a S. Apoſtolis & prophetis & Spiritum S. habentibus patribus ac patriarchis, & ſuper diuinas litteras ædificatis VII. ſynodis traditam fidem [quantum quidem intelligerent] amplecti & conſervare.

Tum Confeſſio Auguſtana Carolo V. olim exhibita græce & latine exhibetur. Hanc excipit verboſum Patriarchæ Ieremiæ reſponſum ad Auguſtanam Confeſſionem, ex quo græcorum doctrinam & religionem noſſe penitius licebit. Exinde cognoſcimus, in
p. 63. quantum conſentiant ac diſcrepent. Græci itaque de *baptiſmo* ediſſerunt, quod in remiſſionem peccatorum trinis

perlectis vel ipſi adverſarii ruborem dabunt. Græca verba pro latinis hic inſerere conſtitueram, ſed nouimus ſæculi noſtri morem, cum pauciſſimi litteras græcas velint legere. Interim nihil novi eſt, quod Pontificii iactant, græcos cum pontificiis plane conſentire. Memini me legere in Antonii Poſſevini libello quodam adſerentis, Græcos Calendarium a Gregorio XIII. editum recepiſſe, qnod tamen a veritate eſt alieniſſimum, & miror hæc talia adſerri poſſe in medium, vbi hiſtoria, & ipſa genuina acta, quæ proſtant, reclamant.

Digitized by Google

nis immerſionibus ſit baptizandum, non vna tantum immerſione, vt latini facerent: oportere tres perſonas in vna deitate prædicari, ac tres fieri emerſiones & immerſiones pronunciato nomine patris, filii & Sp. S. ſecundum veterem Eccleſiæ ritum; ſimul enim trina illa immerſione triduanam ſepulturam reſurrectionemque innui. Eum, quoque, qui baptizatus ſit, ſacro unguento ungendum, chriſma enim hoc ſigillum & ſignum Chriſti eſſe, indeque gratiam adeptos in vnguento chriſtianos adpellari, & ad Chriſtum pertinere.

p. 64. Cum de *remiſſione peccatorum* agitur, confeſſio noſtra ſoli fidei proprie remiſſionem peccatorum dari adfirfirmat, ſed addit hic patriarcha, fidei ſed viuæ, & quæ bonis conſtet operi-
p. 71. bus. *De bonis operibus atque fide* hæc prodit, vt antecedens ſit fides, conſequens vero opera, eaque neceſſaria propter Dei mandatum: interim non oportere operibus nos confidere, neque more phariſaico gloriari, ſed ſi etiam omnia expleuerimus, dicendum, nos ſer-

ſeruos inutiles eſſe: absque diuinis operibus ſalutem conſequi impoſſibi-
p.77. le eſſe. Quod ad *eccleſiam* attinet, refert Patriarcha, vnam eſſe illam ſanctam eccleſiam catholicam & apoſtolicam chriſtianorum, qui rite, & vt ſanctiſſimis traditum ſit patribus, adminiſtrent, quæ legibus ſancita ſint & canonibus ipſorum definita & a Spiritu S. adprobata. *Sacramenta* vero ritusque in hac ipſa catholica eccleſia eſſe ſeptem: baptiſma, chriſma ſancti vnguenti, communio, manus impoſitio, matrimonium, pœnitentia, & ſacrum oleum: eaque partim cuiuis conducere, vt baptiſma, vnguentum, communionem; partim iis qui Deo conſecrati ſint, impoſitionem manuum, & laicis Coniugium; illis autem, qui poſt baptiſma peccarunt, pœnitentiam &
p.86. conſecrati olei vnctionem. De *Cœna Domini* aliquando obſcurius Theologos Wirtembergenſis locutos adfirmat patriarcha: multa, ait, de illa audiuntur apud vos, quæ nobis diſplicent: hoc ſtatuere eccleſiam catholicam, mutari

tari conſecratione facta panem quidem in ipſum corpus Chriſti: vinum vero in ipſum ſanguinem eius per Sp. S. qui panis fermentatus ſit, non infermentatus. Nec datam eſſe tunc carnem Domini, quam geſtaverit, apoſtolis comedendam, neque ſanguinem bibendum, nec etiam nunc in ſacro hoc ritu deſcendere domini cum corpꝰ de cœlo, ſed & tunc & nunc in vocatione & gratia omnipotentis illius ſacrorum rituum antiſtitis Spiritus ſacrarum precationum & diuinorum oraculorum interuentu, panem quidem in ipſum domini corpus, vinum vero in ipſum Domini ſanguinem, conuerti & transmutari.
187. De *enumeratione peccatorum* in confeſſione, quam minus neceſſariam pronunciauit Auguſtana Confeſſio, hæc adfert, confitentem, quoad poſſit & recordetur, peccata particulatim exponere, itque corde contrito & humiliato: idque fieri non quæſtui ſerviendo. Quicquid vero peccatorum aut propter obliuionem omittat, aut propter verecundiam obticeat,

orare

orare ſe miſericordem DEVM, vt ei
p.89. hæc quoque remittantur. *De Satisfactionibus* pro remiſſione peccatorum hæc loquitur Patriarcha, ſi hæ imponantur tanquam medicamenta a ſpiritualibus miniſtris, remota pecunia & cauponatione, v. g. in ſuperbos, avaros helluones, incontinentes & libidinoſos, inuidos, iracundos, pigros & fractos aut aliis implicitos peccatis, conducere & prodeſſe eo modo adhibitas: Sin ad lucrum aut quæſtum irrogentur, reiicere ſe illas & improbare. Hic omnium maxime Eleemoſynam commendat Patriarcha, quæ ſola omnia poſſit: nec viuis tantum beneficentiam omniaque DEO grata beneficia præſtita prodeſſe, ſed illis etiam, qui pia confeſſione vita exceſ-
p. 95. ſerint. Cum noſtri adſerunt, *ſacramenta non tantum in hunc vſum inſtituta eſſe, vt ſymbola quædam ſint ac notæ, quæ Chriſtianos ab extraneis diſcernant, ſed multo magis vt ſint & teſtimonia beniuolentiæ gratiæque divinæ erga nos*, Græci ſic plane ſe ſentire

tire dicunt, & condemnant illos, qui absque fide ſe remiſſionem peccatorum & vtilitatem, quæ ex ſacris his operationibus veniat, habere arbitrantur: quicquid enim ex fide non ſit, peccatum eſſe: & inprimis ad operis huius præparationem conducibiles eſſe preces, pſalmorum cantiones, ac frequentem S. litterarum lectionem: ſed cum
p.103. patriarcha addit: *facimus porro in ipſo ſacrificio mentionem ſanctorum, quando adponuntur dona, conſecrantur, ſanctificantur: meminimus enim excellentam illorum, quæ ſalutis noſtræ cauſa facta ſunt, crucis & quicquid pro nobis ſuſtinuit Chriſtus; mentionem beatiſſimæ Virginis facimus, laudes eius prædicantes: interceſſionem ſanctorum omnium petentes, miſericordiam Dei implorantes, pro viuis mortuiſque ſupplicantes &c.* neſcio vtrum cum noſtris conſentiant theologis: alia etiam poſt hæc traduntur, quæ diſplicere ordini noſtro
p.104. poſſunt. Poſtea de *ordine eccleſiaſtico* agitur, ac recte docent cum noſtris, euangelium publice a nemine annun-

Ee ciari

ciari aut legi, nec ſacramenta adminiſtrari debere, niſi qui rite vocatus ſit & ordinatus ad hanc functionem: fieri autem creationem manuum impoſitione ex canonum præſcripto, nec licere politico magiſtratui, nec plebi, ordinare & ante ordinationem diligens atque exactum examen tentandum eſſe, inprimis quod ad fidei profeſſionem

p.109. & vitæ honeſtatem attineat. Græci etiam admittunt interceſſiones pro mortuis, ſanctis honorem ac cultum, ac ipſos ſanctos orare pro nobis pu-

p.112. tant. Maxime eum perfectum eſſe contendunt, qui relictis facultatibus mundum deſerunt propter vitam æternam: de *iudicio extremo* nobiſcum

p.113. conſentiunt: *Chriſtum in conſummatione ſæculi venturum eſſe, & iudicaturum viuos & mortuos: & piis vitam æternam, finisque expers gaudium, daturum: Impiis contra pœnas æternas*, *quicunque vero dicunt*, ita pergunt, *terminum & finem aut bonorum aut punitionis fore: aut inducunt iudaicas opiniones, vel fabulas potius: ſcil. ante*

mor-

Digitized by Google

mortuorum reſurrectionem pios & ſanctos in mundo regnaturos delirant: ideo averſamur eos, & vt fabulatores & malorum excogitatores condemnamus.
p.114. *De Libero arbitrio* ediſſerunt, omnia quidem arbitrio DEI ſubiacere, non ita tamen, vt libertati arbitrii noſtri officiatur. *In noſtro,* inquiunt, *ergo & in ipſius arbitrio. Oportet enim nos primo eligere bona: tunc ipſe ſuum addet: non anteuertit ille noſtras voluntates. Cur? ne officiat noſtro arbitrio. Verum quando nos elegimus, tunc ipſe*
p.117. *ſtrenuam operam nobis navat.* Contra in doctrina de *peccati cauſa* & auctore vere ac pie omnino ſentiunt cum no-
p.119. ſtris. De *bonis operibus* vbi ſermo eſt, bonum non eſſe aiunt græci, nos ferias, initiationes, cærimonias, ieiunia certa, fraternitates, monaſticam vitam, cæteraque inutilia vocare. Nam cum bona opera omnia amemus, etiam hæc non contemni debere. Vnde horum operum vtilitatem mire commendant: quanquam neminem animo in ſuis bene actis efferri & diſpicere de

 bere

Digitized by Google

p.126.bere cæteros contendunt. In *cultu ſanctorum*, quem iis deferunt, ita græ-
p.127.ci mentem explicant: *Invocatio proprie ſoli DEO competit, & primo ac maxime proprie ei convenit. Sed invocatio, quæ ad ſanctos fit, non proprie inuocatio eſt, ſed per accidens [ſic dicendo] & per gratiam. Non enim Petrus aut Paulus exaudit inuocatores ſuos, ſed illa gratia, quam habent.* Præterea omnes ſan-
p.128.ctos & mediatores & interceſſores ſibi adſcribunt, & in præſenti ac futuro ſæculo mediationem quandam fore, angelis & ſanctis & ipſa mundi Domina deprecantibus pro quibusdam: formulam precum addunt: *Per ſancta Domina DEIpara, pro nobis intercede peccatoribus: omnes cœleſtes poteſtates S. angelorum & archangelorum orate pro nobis:* item Ioannem Baptiſtam, glorioſos apoſtolos, prophetas, martyres, ſanctos paſtores, doctores oecumenicos cæterosque ſanctos omnes & fœminarum ſanctarum cœtum orant, velint intercedere pro ſe pecca-
p.129.toribus. *In vtraque Cœnæ ſpecie* di-

cunt

Digitized by Google

cunt, ſe idem ſentire, verum non azymo ſub pane, ſed ſub fermentato pane, ſpecie panis vti: *Coniugium* ſacerdotibus permittunt, ſed antequam ſacerdotio conſecrati ſunt: recte ſimul docent, Chriſtum pro omnibus peccatis
p.130. ſatis feciſſe. *De confeſſione ac remiſſione* ſcribunt, nullam agitationem mentis occultam ſecum retineri debere, nullum verbum absque examinatione præcedente emittendam, ſed proferenda nude arcana cordis, his tamen, qui medicinam adferre poſſint. *De cibis* etiam *&* *traditionibus* nonnihil
p.131. agunt, putantque abrogandum nihil, etiamſi aliqui his præter pietatis ſco-
p.133. pum abutantur. De *iuſticia*, quæ ex fide eſt, reſpondent græci ex Chryſoſtomo, quod per fidem ſit cognitio, & absque fide non poſſit Chriſtus cognoſci: ſed nec ſimpliciter pendendum ex Chriſto, ſed veſtigia eius ſequendum. Inprimis ſtatum monachorum multis verbis commendant, & illis τὸ γαμεῖν non licere innuunt:
p.136. etiam monachorum recte viuentium

vitam perfectam vocari poſſe autumant. Quod ad *traditiones patrum* attinet, non ſpernendas eſſe docent. Denique Patriarcha ad concordiam vbique theologos adhortatur. Atque hæc ſunt, quæ Patriarchæ placuit ad ſcripta theologorum Wirtembergenſium regerere. His itaque expoſitis, religionem græcorum licet cognoſcere, quæ in multis ad Pontificiam doctrinam accedere videtur, in multis quoque non parum ab ea diſcrepare.

p.138.

p.144. Subſequitur *epiſtola Lucæ Oſiandri & Martini Cruſii* manu ſubſcripta & ad patriarcham eundem A. 1577. tranſmiſſa, in qua & gratias agunt pro dato reſponſo, & inſimul *reſponſum* ad Patriarchi epiſtolam remittunt. Exponitur hic libere, in quo cum patriarcha conſentiunt, neque tamen diſſimulant, quæ orthodoxæ doctrinæ adverſari videntur. Nihil excerpimus, cum ex ſuperioribus conſtare poſſe exiſtimemus, quæ a Theologis Wirtembergenſibus taxentur.

p.200. Hinc ſuccedit *alterum Patriarchæ*

Iere-

Digitized by Google

Ieremiæ ad iſtos Theologos reſponſum & A. 1579. exaratum. Principio controverſia eſt de *proceſſione Spiritus S.* de qua adfirmat, aliud eſſe proceſſionem Spiritus S. aliud miſſionem, illam naturalem eſſentiam Sancti Spiritus immediate ex ſolo auctore patre eſſe, hanc vero legationem temporariam, qua & filius mittat Spiritum, & ſpiritus filium: quod vero theologi Wirtembergenſes confundant. Idem Patriarcha ſententiam græcorum de libero arbitrio, iuſtitia fidei & bonis operibus, Sacramentis, inuocatione ſanctorum, vita monaſtica declarat.

p. 261. *Hinc alterum Theologorum Wirtenbergenſium reſponſum adnectitur*, qui ſunt *Eberhardus Bidembachius*, *Iacob. Andreæ*, *Io. Magirus*, *Iacob Heerbrandus*, *Theodoricus Schnepfius*, *Luc. Oſiander*, *Stephan. Gerlachius*, *Martinus Cruſius*, Confectum eſt illud A. & 1580. ad ſingula, quæ Patriarcha obiecit, reſpondent, & S. Patrum interpretationes in codicem ſacrum, vbi a genuino verborum ſenſu receſſerunt, non

Digitized by Google

vbique admittendas præfantur.

p.347. Patriarcha *tertium reſponſum* A.1581. ſcriptum edit ad eosdem theologos. Defendit hic ea doctrinæ capita, quæ in ſecundo reſponſo attulerat, in nonnullis etiam mentem de vno alteroque argumento vberius exponit.

p.371. Theologi contra Wirtembergenſes itidem *tertium* hic *reſponſum* adornarunt, & paucis rem plane abſoluunt. Quamuis enim *mitti & procedere* non ſit vnum idemque (in proceſſione Sp. S.) tamen miſſionem a proceſſione dependere. In doctrina de libero arbitrio notant, græcos conſiderare homines in eo ſtatu, in quo erat ante lapſum, cum adhuc ille geſtauerit imaginem & ſimilitudinem DEI, indeque theologi mirantur, ſcribi a græcis, *rationem eſſe affectuum dominam.* Nonnulla ſubiungunt de ſacramentis, ſanctis, confeſſione, monachatu, patrum auctoritate, ac *hæreticorum* titulum deprecantur. Annum, quo prodiit hoc reſponſum, non additum deprehendimus, & ſunt nomina theologorum eadem

Digitized by Google

eadem ſubſcripta, quæ in altero re-ſponſo iam recitauimus, niſi quod hic acceſſerint præter illos alii tres: *Io. Brentius*, *Guilielm. Holderer* & *Io. Schopfius*, viri rerum ſacrarum peritisſimi.

p. 381. His accedunt *nonnullæ Epiſtolæ* coronidis loco. Primæ litteræ ad Patriarcham ſcriptæ ſunt A. 1577. a Iacobo Heerbrando & Martino Cruſio: offerunt vero Patriarchæ Compendium theologicum, * quod Heerbrandus primum latine ediderat, ſed in græ-

*. huic compendio, ne græce ederetur, mirum quantum obſtiterunt Caluiniani. Id diſcimus ex Martini Cruſii epiſtolis, obuiis in Neandri libello, Bedencken, wie ein Knabe zu leiten und zu unterweiſen Isleb. 1582. 8vo edito: *Do operam, ut converſio mea græca aucti Compendii theologiæ D. D. Iacobi Heerbrandi excudatur; Baſileæ quidem a Cinglianis editio impedita fuit:* & ibidem alio loco: *Compendium theologicum Heerbrandi græce a me conuerſum edere conor, amplius anno a Cinglianis impeditum.* Et deinde: *Compendium meum Heerbrandi Francofurti diu hæſit, quod ſpero breui Vitebergam allatum, & ibi prelo ſubiectum iri.* Hoc compendium Vitebergæ etiam 1582. 4. eſt editum.

corum gratiam hic græce a Mart. Cruſio conuerſum: & tres epiſtolæ Patriarchæ, quarum prior ad Iac. Andreæ, Iac. Heerbrandum, Luc. Oſiandrum & Martinum Cruſium, altera ad Iac. Heerbrandum, tertia denique ad Mart. Cruſium eſt perſcripta.

De cæteris ex merito æſtimamus Cruſii ſtudium ac indefeſſam operam, quam græcorum religioni pernoſcendæ impendit, qui litterarum græcarum notitia iſtud conſecutus eſt, vt etiam in barbaris terris nomen ipſius innotuerit. Digna mihi videntur, quæ coronidis loco hic apponantur verba * *Theodoſii Zygomala* apud græcos Protonotarii, cui ſic libuit iocari, *Narrat Cruſio, conſcendiſſe ſe aliquando montem Heliconem Bœotiæ, muſis olim ſacrum & Apollini, poetarum veterum græcorum carminibus celebrem, & admiratum fuiſſe, nullas ibi amplius reperiri Muſas, deſiiſſe vero mirari ſtolidum ſe, cum Cruſii litteras eruditiſſime & atticiſſime græce ſcriptas e Germania Conſtantinopolim miſſas accepiſſet, vnde cognoſcere ſibi procliue fuiſſet, quod muſæ relicto illo ſuo Helicone ſingula*

* obuia ſunt in modo allegato Neandri libello.

Digitized by Google

gulæ & vniuerſæ, relictis illis ſedibus ſuis prioribus & tanto tempore ſibi dilectis in Germaniam ad nos commigrarint, vbi nunc ſint viri in omni doctrinarum genere multo doctiores & longe præſtantiores, quam olim Athenis fuerint, quæ tamen κοινὸν παιδευτήριον πάντων ἀνθρώπων καὶ παντοίας παιδεύσεως ἐργαστήριον, *communis ſchola generis humani ſint olim nuncupatæ, quod diſcendi cauſa doctrinarum & litterarum eruditarum ergo ex toto terrarum orbe a viris doctrinæ, eloquentiæ ac ſapientiæ eruditæ cupidis illuc paſſim ſit imitatum. Addit porro, Cruſii litteras eruditas & elegantes & attico orationis genere conſcriptas admirationi toti Græciæ fuiſſe, chriſtianis omnibus, qui magno numero Conſtantinopoli exigunt, quibus legendas eas dederit, Domino etiam ſuo* τῷ ἁγιωτάτῳ πατριάρχῃ Κωνσταντινουπόλεως, *& beatos prædicaſſe oculos, qui tantum virum videant, & aures, quæ eundem docentem & profitentem res magnas & vtiles audiant. O nos vero perditos ter & amplius, quibus foetent fere pietas, religio Chriſtiana, doctrina cæleſtis & litteræ.* De actis & ſcriptis inter græcos & Theologos Wirtembergenſes a Cruſio edi-

Digitized by Google

editis & iam a nobis recenſitis ſcribit Maximus Margunius, * Inſ. Cytherorum Epiſcopus ad Cruſium ipſum ex vrbe Venet[a] 14. Dec. 1587. οὕτως, ἐξ ὧν ἔφθης πάλαι ἐξελληνίσας τῆς καθ' ὑμᾶς θρησκείας δογμάτων, ἑκατέραιν ταῖν γλώτταιν ἐξησκῆσθαί σε ἔγνων: ὥστ[ε] [τό γ' ἐμὸν εἰπεῖν] ἀπορεῖν: πότερον ἕλληνά σ[ε] τις εἴποι πεφυκέναι ἢ ἰταλὸν [latinum] ἢ καὶ ἀκρω[ς] ἑκάτερον. Sed quantum hoc Cruſii ſtudium prædicabant alii, tantum eleuare quidam conati ſunt, & quæcunque adverſa fata Patriarchæ poſthæc obtigerant, ex religionis huius commercio oborta clamitabant, id quod aliis decidendum relinquimus. Cæterum in Græcorum barbarorum hiſtoriam iam ſemel ingreſſi non prius pedem referre placet, quam vbi cum lectore communicatus fuerit:

* * * * * *

CATA-

* vid. Cruſii Orationem de oppido Calua Tubingæ 1595. 4. edita. p. 53.

CATALOGVS * Librorum Manuſcripto-rum græcorum, qui Conſtantinopoli apud Chriſtianos olim adſeruabantur.

APud patriarcham Conſtantinopolitanum [Ieremiam] libri græci manuſcripti quinquaginta quinque reperiuntur. Inter

* Extat hic catalogus in eodem *Neandro*, qui ex variis variorum litteris iſtum conſarcinauit. Legi apud nonnullos, *Conſtantinopolitanæ urbis librorum Catalogum*, Argentorati 1587. ap. Nicol. Wyriot 4to prodiiſſe, qui cum ad manus non ſit, nihil definire licet: forte diuerſus eſt a præſenti. Alium catalogum MSStorum ſed breuiſſimum adiungimus, quem ex diligentiſſimi *Steph. Gerlachii* Collectione legimus ap. *Dau. Chytræum in Oratione de ſtatu Eccleſiarum in Græcia, Aſia, Boemia &c.* Francof. ap. hær. Wechel. 1583. 8vo edita: ita ille: *Supereſt, ut catalogum librorum, qui græce manuſcripti hic extant, mittam: Annales Michaelis Glycæ, Conſtantinus Manaſſes, Laonicus Chalcondyles, Hiſtorici.* Χρισοδούλου μοναχοῦ *libri tres contra*

Inter hos: *Iob* explicatus commentariis collectis ex multis á Niceto Metropolitano Hierarcliæ, & habet etiam interpretationem picturis, figurisque cum coloribus lazureo & aureo toto vivide adiectam. *Prophetæ duodecim minores*, expoſiti a *Theodoreto Cyri Epiſcopo* & explicati cum lazureo & aureo per picturas. illuminiret mit ſchönen güldenen figuren in papyro bombycina auff Seiden zart ſchön Pappier, qualis etiam nunc Conſtantinopoli ſolet fieri variis coloribus, ſo zart und dünne wie ein Monblat, quæ tamen

---

contra iudæos. Ioſephi monachi cognomento Παρωνίου *orationes theologicæ, quas tempore Manuelis regis pleraſque in palatio regio & templo apoſtolorum dixit, de Trinitate, proceſſione Spiritus S. tantum ex patre.* Γρηγορίου τῆς παλαιᾶς Ῥώμης καὶ πέτρου τοῦ φιλοσόφου διάλογοι. *Ioannis Damaſceni* κεφάλαια περὶ τῶν αἱρέσεων. Ἐκκλησιαστικὸς διάλογος ταπεινοῦ Συμεὼν, ἀρχιεπισκόπου Θεσσαλονίκης, κατὰ πασῶν τῶν αἱρέσεων, καὶ περὶ τῆς μόνης πίστεως τοῦ Θεοῦ. *Epitome iuris & Canonum apoſtolicorum.* Τυπικὸν τῆς ἐκκλησιαστικῆς ἀκολουθίας τῆς ἐν Ἱεροσολύμων εὐαγοῦς λαύρας. Τοῦ ὁσίου πατρὸς Σάβα ἐξηκοντάβιβλος.

tamen nihilominus quodvis atramentum ſuſtinet. *Chryſoſtomi* Orationes panegyricæ ſeptuaginta: *Georgii Metrapolitæ Nicomediæ* Orationes panegyricæ valde pulchræ. *Pſalteria* octodecim, aureis litteris. *Pſalterium* cum expoſitione Ioannis Chryſoſtomi. Evangelia XXIIII. cum aureis litteris. *Nili* monachi X. orationes contra Machomet.

Apud reuerendum dominum Conſtantinum *Barinum Conſtantinopoli* reperiuntur lib. 45. Inter cæteros etiam *Symma-*

chi

βλ⊕. *In Patriarchatu extat maximum Opus titulo:* συναγωγὴ ἐξηγήσεων ἀπὸ διαφόρων ἁγίων πατέρων καὶ διδασκάλων εἰς τὴν βίβλον τῶν ψαλμῶν, συλλεγεῖσα παρὰ τοῦ ἱερωτάτου μητροπολίτου Ἡρακλείας Νικήτα. *Pandecta, continens ſumma argumenta Canonum apoſtolicorum, ſeptem ſynodorum vniuerſalium, & provincialium, epiſtolarum ſynodalium: Acta vero ſexta & ſeptima ſynodi perfecta. Cui addita eſt* ἐξήγησις τῶν θείων κανόνων τῶν ἁγίων ἀποστόλων, καὶ τῶν οἰκουμενικῶν συνόδων καὶ τοπικῶν, ποιηθεῖσα τῷ μοναχῷ τῷ Ζωναρᾷ. *Audio etiam in vicina inſula Chalce haberi* Ἀγαθίου καὶ Εὐναπίου *hiſtorias. Horum librorum quilibet non niſi magno pretio comparari poteſt.*

chi hebræi interpretatio in Pſalterium Dauid, Eiusdem interpretatio in omnia volumina veteris diuinæ ſcripturæ. *Nili* monachi & inclyti philoſophi dogmatica panoplia contra omnes hæreſes. *Theodori* Epiſcopi Amaſiæ dogmatica panoplia contra iudæos, Armenios & Sarracenos. *Nicolai* patriarchæ CPni Explicatio in omnia diuinæ ſcripturæ. *Phalaridis* epiſtolæ centum quadraginta octo.

Illuſtris princeps *D. Antonius Cantacuzenus* in bibliotheca ſua ſeruat auctores græcos MSS. (in turcia ſunt etiamnum græci chriſtiani homines, nati ex illuſtribus & nobilibus familiis veterum græcorum, qui tamen a turcis non magni fiunt, etiamſi inter ſuos nobiles ſint & illuſtres) Inter hos *S. Cyrilli*, Archiepiſc. Alexandr. liber, qui *Theſaurus* inſcribitur. *Gregorii* Metropolitæ Nicomediæ liber panegyricus, orationes complectens panegyricas 170. Sancti patris noſtri *Euphranii Syri* Orationes variæ de pœnitentia, temperantia, Eleemoſyna, manſuetudine &c. de antichriſto, conſummatione ſæculi, & tremendo aduentu Domini noſtri Ieſu Chriſti.

Biblio-

Digitized by Google

Bibliotheca illuſtriſſimi Domini *Michaelis Cantacuzeni* continet libros græcos MSS. 57. inter alios ibi eſt: Hiſtoria *Conſtantini Manaſſæ* inde a creatione mundi vsque ad Imperium Nicephori Botoniatæ.

In bibliotheca illuſtriſſimi principis Domini *Iacobi Marmoretæ* Conſtantinopoli MSS. græci libri reperiuntur, tum alii multi, tum etiam iſti: *S. Athanaſii*, Archiep. Alexandr. Explicatio in Pſalterium David. Eiusd. Orationes dialecticæ contra Arrium, quibus diſputauit diſſeruitque coram amantiſſimo Chriſti amante Conſtantino Magno in ſancta prima oecumenica ſynodo, ſiue uniuerſali, quæ habita fuit Niceæ in ciuitate Bithyniæ.

In bibliotheca illuſtriſſimi Principis Domini *Ioannis Suzi* ibidem extare feruntur tum alia MSS. græca; tum etiam iſta: *S. Auguſtini* Epiſcop. Hippon. Enchiridion tranſlatum in græcam linguam. Extant autem quidam alii libri Auguſtini in græcam linguam tranſlati, ante alios autem libri eius eruditiſſimi de *Ciuitate Dei*.

In bibliotheca illuſtriſſimi Principis Domini *Manuelis Eugenii* extant: *Libanii* ſophi-

ſtæ, qui præceptor Iuliani apoſtatæ fuit, Epiſtolæ omnes, quas ſcripſit ſub imperio Iuliani apoſtatæ.

Apud diuerſos autem chriſtianos græcos homines Conſtantinopoli reperiuntur 170. varii græci libri MSS. *Menandri* Comœdiæ integræ XXIV. explicatæ a *Michaele Pſello.* Scripſit autem *Menander* Comœdias centum & octo ſicut & Terentius fertur ſcripſiſſe totidem pleraſque expreſſas e Menandro & reliquis græcis Comicis. *Ariſtophanis* Comœdiæ vniuerſæ, cum nobis extent ſaltim XI. *Ioannis Damaſceni* Orationes contra Iudæos. Epiſtolæ *Iſiodori Peluſiotæ* numero mille & duæ. *Sophoclis* omnia, & multi libri, auctores & ſcriptores alii, quos anguſtia chartæ huius non poteſt capere. Tametſi autem turcicus Imperator multa indulgeat ſubditis neceſſaria ad hanc vitam commode exigendam, tamen officinas typographicas nullas fert per totum turcicum Imperium, etiamſi gentes non minus barbaræ earum vſum ſuis hominibus interea permittant, vt ſunt Viennæ apud *Ioann. Sambucum*

bucum Cæſareæ Maieſtatis hiſtoricum, & in Luſitania chartæ & volumina ampla in Sinarum regione, quo ab aurea Cherſoneſo itur, excuſa hieroglyphicis litteris, ante aliquot ſæcula longe antequam res typographica noſtratibus cœpit innoteſcere, de quo etiam in Epiſtolis Iapanicis extat narratio. Turci autem & Turcarum ſubditi interea, quia chalcographias neque inſtituere, neque habere audent, manuſcriptis libris omnibus vtuntur, & illis fere libentius quam impreſſis, ſed qui in lingua græca, arabica & quæ vulgatisſima eſt, Sclauonica elegantisſimis ac pulcherrimis characteribus deſcripti ſunt, vt eam elegantiam vllis noſtris typis eodem modo expreſſis imitari & aſſequi nullo modo poſſis,* quemadmodum vidimus litteras græcas e Turcia elegantiſſime ſcriptas & volumina magna ibidem græce ſcripta, & nuper Alcoranum totum arabicum, quem oſtendit nobis ex aula illuſtriſſimi Princi-

* hæc vera cauſa eſt, quod impreſſos libros parum ad Manuſcriptorum elegantiam accedentes nihili æſtiment, nec officinas typographicas curent.

Digitized by Google

pis Auguſti ducis ſaxoniæ amicus quidam * noſter linguarum variarum, hebreæ & latinæ cognitione præſtantiſſimus, quod planum & teſtatum omnibus faciet, vbi DEO volente prodierint biblia illa Polyglotta, quæ de hortatu & ſumptibus maximi Principis, nunc maximo conatu omiſſis & poſthabitis rebus & ſtudiis ſuis omnibus molitur.

EVBVLI THEOSDATI SARCKMASII ** Continuatio Iudiciorum De noviſſimis prudentiæ civilis ſcriptoribus.

STabo promiſſis, & continuabo, quod cœpi. Vertat ad invidiam, qui velit. Sanio-

* forte eſt *Elias Hutterus*, cuius ſtudio biblia ebraice, chaldaice, græce, latine, germanice & Slauonice Noribergæ A. 1599. prodierunt.

** titulum ipſe addidi operi, quod ab amica manu in MSS. nobiſcum eſt communicatum. Neſcio tamen vtrum editum fuerit. Adfirmat quidem

Saniores puto melius hæc deſtinata interpretabuntur, qui norunt, nihil æque mihi diſplicere ac inuidiam iſtam ingeniorum peſtem. Nil ad aliorum refero ignominiam, nil recito ad contumeliam, unica mihi meta veritas, & quæ hanc conſequitur, utilitas publica eſt. Quod inſtitutum, ut repetita vice in meliorem partem accipiat Parnaſſus, votorum meorum ſumma eſt.

IOANNES LOCCENIVS.

Neque quid de hoc ſentiam, occultare in animo eſt. Hiſtoriæ veteris unus omnium maxime eſt gnarus. Cauſas rerum civilium non ex vano arceſſit, & mutabiles imperiorum vices graviter expendit. De *ordinanda Republica* quæ ſcripſit, haud pa-

dem *Deckherrus de ſcriptis adeſpotis p.259. Schurtzfleiſchium* nomine *Galliſti Karelsbergii* vſum, atque continuatione hac Iudiciorum XLVI. auctores cenſura perſtrinxiſſe. Qui tamen numerus in hoc opuſculo, quod damus, longe minor eſt. Sed de eo non diſputabimus, ſiue ſint edita illa, ſiue inedita: hoc certum eſt, quicquid hic legis, Schurtzfleiſchii eſſe, & cultior ſtylus auctorem facile prodit.

rum ipſi conciliarunt dignitatis. *Salluſtii Epiſtolas* eiusdem argumenti *commentario* minime inſcito illuſtrauit. Nec fruſtra laudauerim eius *Rempublicam apum*, in qua plurimum induſtriæ mihi poſuiſſe videtur. De *annotationibus* aliis, quas ad bonos Auctores edidit, piget referre, quod præſenti parum conducant inſtituto. De vicibus, ſeu, vt ipſe vocat, *periodis Imperiorum* laudes proferre non attinet, cum vix habeant, vnde vituperentur. Ceteroquin a Forſtneri grauitate & Bœcleri copia dicendi longiſſime abeſt, pauca enim memorat, aliis non memorata. *Hiſtoria Suecica* majorem oſtendit conatum quam ſucceſſum. Plures ſequitur, quam attingit. Schleidanum, Thuanum, Grammondum egregios monumentorum conditores adeo non vincit, vt ne quidem æquare ſuſtineat. Nihilo in Suecorum pertexenda hiſtoria felicior erit *Schefferus*, peritus antiquitatis & curioſæ literaturæ ſcriptor, ſed ſtylo & rerum ciuilium judicio impar tantæ rei. Interim vtrique precor, vt Svecis morum ſimilitudine conciliatis placeant, & amicitiis peregrinæ gentis conſtanter innitantur. Fallor

an

Digitized by Google

an meminiſſe memini Loccenium, ni ſenecta prohiberet, redire malle ad Germanos, quam morari inter Svecos. Quod perſpicacisſima & literatorum cupidiſſima gens vix ſinet. Hæc ſcribenti nuncius perfertur, inanem fuiſſe ſpem, quam de *Puffendorfio* conceperat, quod mare traiecturus victimam ſe reliquerit mari. Haud facile ingens hoc, & nunquam ſatis elugendum damnum Suecia reſarciet.

IOANNES A FELDE.

Huic neque ſegne neque ſterile a natura ingenium contigit, initia & cauſas rerum ciuilium adeo confidenter explicat, vt Grotii pene in hac parte æmulum dicam. Cumque falſa in Grotio inueniſſet, iis ſæpe remouendis maius ſtudium quam fortunam attulit. Sumit quædam doctis nunquam conceſſa, & multo auidius arripit, quam conſultius defendit. Traditum Mathematicis demonſtrandi morem & ſubinde ſequitur incaute & amplectitur audacter. Haud raro etiam plus dat ſubtilitati, quam rationi. *Elementa* alioquin ipſius haud vulgare ingenium præferunt. Meditando

acris, probando curioſus, judicando ſæpe promtior quam potentior eſt. Quædam diſpicent non ob inſcitiam, ſed ſiue ob impenſius ſtudium veritatis, ſeu ob flagrantiorem cupidinem ſubtilitatis. *Analyſin* edidit, ut ad interiora Politices Ariſtotelicæ faceret aditum. Neque hæc opinio eum fefellit. Nam & luculentior eſt ille liber & lectu digniſſimus, ſi paraphraſis addatur Heinſiana, ingens perſpicuitatis adiumentum. Cætera ſeipſa vulgo eximunt & repugnante inuidia poſteritati transmittenda. Nam alia propterea, quæ in vulgo rumore ſunt, non recipit memoranda ſcripturæ hic modus. Ad vltimum nolim diffiteri, eum prudentiæ ſtudiis id conſecutum, vt adminiſtrandis Principum negotiis adhibeatur, quibus tam præclare functum memini, vt illuſtriſſima Aſcaniorum familia dignum habeat, cui arduas conſilii traderet partes.

ADAMVS PISEZKI a KRANICHSFELD.

Quanquam nil noui reperit, nec quicquam abſtruſi explorauit, labore tamen non inutili defunctum, haud eſt cur dubitem affir-

Digitized by Google

affirmare. Ingenium nec profundis artibus excultum, nec mediocrium rerum imperitum fuit. *Compendium de Statu*, quem vocat, *ſingulari* editum, & laborem doctis approbauit, & gloriam parauit ſibi; aureum id vocant pro more eorum, qui plus titulo, quam libris ipſis exhibent. Quod condonari non poteſt, laudari non debet, ne mali exempli imitatio prodatur. Reliqua nec immodice commendata velim, nec parum. De cetero ſtylum non laudo, cum non habeat, unde laudetur, in aliis ſi conſilium non impleuit, voluit tamen.

MAGNVS HESENTHALERVS.

Is ſeu vt famæ ſeu vtilitati diſcentium ſeruiret, athletæ an pugilis magis politici documentum dedit. Sed nec eloquentia illi par & robore ſcribendi longe inferior eſt. Conabatur tamen hos reſarcire defectus. Nam ab aſcititiis cauet, & longe petita raro adhibet, magis extollendus, ſi minus vulgaria ſibi argumenta ſumſiſſet. Quodſi in poſterum faciet, maius Tubingæ addet decus.

Digitized by Google

ERNESTVS GOKELIVS.

Militiæ potius togæ, quam paleſtræ civili natum dixerim. A peritia enim legum & arte forenſi magis commendandum cenſeo, quam a prudentiæ arcanis. Ut quæque ſe legenti obtulerunt, ita in literas redegit ſine orationis cultu, ſine orationum delectu. Libro *de Regibus Europæis* vulgato nec decus ſuum amiſit, nec valde auxit. Perſpicuitate magis eminet, quam dignitate ſcribendi. Vix doctiſſimis concederet, ſi perinde ingenioſus eſſet, ac laborioſus fuit. Recta certe diligentius collegit, quam digesſit, aut digeſta expoliuit.

IOANNES BRANDES.

In libro, quem *de vera & ſimulata ICtorum Philoſophia* luci ſubmiſit, ICti officium melius fortaſſe exponit quam præſtat. Haud iuerim inficias, perquam doctum eſſe, ſi modo ſatis eſſet diſertus. Nam ſubinde ſententia quam verbis melior apparet. In Rabulas & Leguleios ſubinde inuehitur, vt ſolitum Iuris periti munus redigat in conſpectum, Philoſophum ſic depingit, vt nemo poſſit luculentius. Naturalis, Gentium, Iuris

Digitized by Google

Iuris & publici neceſſitatem grauiter inculcat futuro Iurisprudenti. Librum, quo ea tradidit, Illuſtriſſimo Alemanniæ Catoni *Boineburgio*, Heroi in ſeculi admirationem nato inſcripſit. Vnum miror, quod linguas frequenter peregrinas miſceat latinæ. Fortaſſe vt vtrasque ſe leuiter tantum didiciſſe oſtenderet. De aliis non moneo, quia non eſt opus monere.

IOANNES PAVLVS FELWINGER.

Si vt gloriæ diſputandi, ita ſcientiæ ciuilis laude floreret, dubitarem, an huic aliquem præferrem. Nunc cum parum maſculæ Philoſophiæ apud eum inuenerim, vix eſt, vt Politici numerum impleuiſſe cenſeam. Ex ſapientia umbratili neque modum tenuit, & quisquiliis ſcholæ nimis eſt delectatus. Sæpe otioſe, aliquando utiliter docet, & diſtinguit quæſtionibus exoletis. Politicæ dignitatem non ſemel reddit exoſam, leges, teſtimonia, ſapientum dicta maiori diligentia quam elegantia allegat. Forte arbitratur, magnitudinem Politici ex ſcribendi multitudine eſſe æſtimandam. *Diſſertationes*, quas *de ſpeciebus Rerum publicarum*,

Digitized by Google

rum, *de factionibus*, *de peregrinatione* & ſimilibus argumentis emiſit, ſaltem ad præparandos tironum animos valent. De *Conſiliariis*, *de Senatoribus & Legibus*, quæ edidit in vulgus, vix ultra vulgi ſunt captum. Sed parcam eius famæ, neque negabo doctum eſſe diſputatorem, non politicum eſſe, neque ipſi Neſtori credam, ſcilicet nec laudaturo nec vituperaturo, cum ſi mallet, materia deeſſet.

I. W. TEXTOR.

Nolo, qui meus animus eſt, clariſſimo nomini ſuo inurere labem. Nec mihi deſtinatum eſt, reddere in præſens, quæ premi Parnaſſus voluit. De rebus ciuilibus docte iudicaſſe compertum habeo; arcana dominationis nec leuiter penſitauit, nec inepte diſcuſſit. Rerum recentium cauſas ſæpe perſequitur cum cura. Veterum tamen ſubinde ignarum aut incurioſum prodit. Stylum eo difficilius tolero, quo magis incomta, ut ſic dicam, veſte obductus. Sæpe inuidiam alit, iam liberius iudicans, iam inelegantius ſcribens.

IOANN

Digitized by Google

IOANN IVSTVS WINCKELMANNVS.

Artis memorandi egregius & imaginum eo pertinentium ſedulus repertor eſt. *Cæſareologia* nemini, niſi literarum ſtudiis initiato conducit. *Chronologiam* a Schuppio ad nauſeam usque promiſſam publicæ tandem reddidit luci. *Arboretum* [retinebo enim voces eius] vix ac ne vix ſatis faciet doctis. *Amphitheatrum* plus ſpondet quam aſſequitur. *Notitiam*, quam vocat, *Hiſtorico-Politicam* felicius oſtentavit quam exhibuit. *Hiſtoriam Haſſiacam* magnificam ſane, & principali fortuna dignum opus iam olim condere voluiſſe accepi: ſed vereor, ne conatu major ſit quam ſucceſſu. Nam tanto inſtituto non niſi abſtruſam & numeris omnibus abſolutam Hiſtoriam, abſolutam rerum ciuilium ac Hiſtoricarum pariter cognitionem puto ſuffecturam. Haſſia eum Friſiæ intulit, Friſia ſubinde Hasſiæ reddit mutuo utendum. Ceteroquin propoſito firmus, animo impiger, ingenio celebris eſt, dignus qui domi laudem, foris famam conſequatur.

CHRI-

Digitized by Google

CHRISTIANVS a TEVTEBVRG.

Monzambanum caſtigavit ambiguo laudis eventu. Alii haud inglorioſo officio perfunctum cenſent. Multi eum oſtentui fore Parnaſſo credunt. Hi quid quidem ſentiant, audire licet, aſſentiri non ſemper licet. Sane experimentis mihi cognitum eſt, doctum eſſe, & multa lectione exercitum. Haud inanem prudentiæ animum pluribus argumentis oſtendit, & libere ſua explicare non credidit nefas. Namque nec in Examine Monzambanino negligens, neque Auctori unquam blanditus fuit. Adeo neglectui inuidia, adeo in deliciis veri erat amor? Ceterum aduertenti ſuccurrebat, dictiones pro more Scholæ uſurpatas non dehoneſtamentum nec dedecus attuliſſe. Rationibus certe vtitur ad eum modum, qui proletariis ratiocinandi artificibus ex Schola eſt probatus, Iuris etiam publici ſacra delibauit potius, quam in ſuccum & ſanguinem vertit. Exiguum eſt, quod ex fontibus deriuat. Subtiliter corrigit, parum civiliter ſæpe loquitur. Mallem de integro diſquiſitionem *de forma Imperii* ſcriberet, & concinnius elaboraret.

IO.

Digitized by Google

IO. RELFENDSO.

Subit memoria promiſſorum, dum oculis obuerſatur hic ſcriptor. Qui, ſi recte calculum pono, Iuriſperitior quam Iuriſprudentior eſt. Allegat, quæ præteriri ſatis fuerat. Sed & lege Philoſophia omnia nimis metitur. Dictiones non multum, ſæpe elegantiæ rationes, leporis parum, grauitatis minus, dignitatis minimum, acrimoniæ nil habent. In Icto Politicum præfert, in Politico Ictum. Tum vero nil profert noui, nil ſuppeditat rari, ſed omnia trita ſunt & vulgata. Reddere aut referre Monzambanium voluit; ſed irrito, ut puto, ſucceſſu. Monzambanio defendendo famam dum quærit, amittit. Ariſtoteli formas Rerumpublicarum percenſenti inuito legem ponit. Statum imperii dum explicat, ſæpe implicat magis. Imperium ex regulis prudentiæ ciuilis æſtimatum monſtroſum eſſe corpus ait monſtroſus Monzambani aſſertor. Aulam Auſtriacam & ſanctiores eius adminiſtratores indignis vitiis conſectatur. Fundatam longo tempore domum Saxonicam & tot Regum Principumque ſtirpem ac Cæſaris Electorisque neceſſi-

Digitized by Google

ceſſitudine ſubnixam iure laudat, & vt vnica Saxonica ſpes Io. Georgius III. regio matrimonio immenſum adoleſcat, merito mecum precatur. Cuius ſereniſſima coniux, ut non ita pridem fœcunditatis experimentum feliciter edidit, ita ut in poſterum feliciſſimi uteri ſit, fœcundis operam dabimus votis. Sed vix ſibi conſtat noſter, cum eodem libro Electori nimia vectigalia non tacite modo exprobrat, ſed æmulationem in parte nundinarum vicini Principis exaggerat. Indigna hæc noſtra de Principibus concepta opinio eſt. Quorum decus eſt, ſtare legibus, ſancte colere pacta rata, habere imperatoria priuilegia, fide denique & amicitia res ſuas imperiique concordiam firmare. Carolum & Henricum a Friſen non prudentiſſimos modo, ſed etiam prudentiæ miracula nominare debuiſſet.

WILHELM FERD. ab EFFERN.

Periclitatus eſt vires niſu maiori, quam effectu. *Manuale* quod inſcripſit, neſcio magis priuato ornamento, an publico ſplendori voluerit dicatum. Vtrobique ſuæ tenuitatis dedit documentum, in poſterum,

ne

Digitized by Google

ne altius ſurgat, generi ſuo hac ſcriptura caliginem quaſi induxit.

IOANN. SCHMIDELIVS.

Boxhornii de Regio Romanorum Imperio Diſſertationes docte illuſtrauit, e breuibus initiis ad maiora, ſi per fortunam liceat, progreſſurus. Vaſtus enim prudentiæ campus eſt, quem vno anno haud facile emetieris. Plura ſpero conabitur, ſi auſpicatore omine Schola èxcletur * Erfurtana. Adiuuabit ſtudium Elector Moguntinus, cuius indulgentiam mereri ſumma illi felicitatis pars erit. Ceteroquin nævos ſuos olim purgabit. Maſculum dicendi robur & prudentiæ aliquid haud abs re ne in eo deſiderauerim. Sed non vacat omnia reprehendere, quæ deprehendi errata.

IAC. BERNARD. MVLZIVS.

Huic deſtinatum fuit cum Chaſſano Hyppolyto Monzambano Stuberio pro ſalute Imperii non armis quidem, at rationibus dimicare. Dubito, an id, quod voluit, ſemper fuerit aſſecutus. Iam trita repetit, iam affert, quæ non exſaturant animum. Mon-

* hæc ego non intelligo.

Digitized by Google

zambanum tot viribus refutatum, hic demum refutat, vindicias Maieſtatis Imperii plus millies vindicatas, vindicauit, & nihil plane egit, niſi actum.

NICOL. MISLERIVS.

De *Statu Imperii* non minus ſolide ſcripſit, quam erudite iudicauit. Pauca in eo ſunt, quæ faſtidio, plura, quæ prompto aſſenſu excipiam. Vel ſola *Archologia* exquiſitam rerum Imperii ſcientiam teſtatur. Proinde licet in quibusdam ab eo diſcedam, in his nomini meritisque eius nihil detractum volo, laudaturus ſicubi laudis materiam fuerit adeptus.

* * * * * *

Ita Scriptorum ſeu laudes ſeu vitia interpretanti verſabantur ante oculos Gottliebens ab *Hagen* Comitiologia, *Braunii* pro Auſtriacis ſuſcepta defenſio: Eitel Friderici ab *Herden* firmamentum Status Imperii, Iuſti *Reisbergi* Nomotheſia. Quibus ut ſuam tribuo laudem, ita non temere pronuntio, nimis ſæpe manifeſta ſtudii partium veſti-

gia

gia in iis extare. Pleraque etiam Latine, quæ Teutonice ſcripſiſſent prædicti Auctores. Nec immerito in profundiori rerum ciuilium intellectu quid deſiderauerim. Cur vero *Io. Georg. Sturmii Nomotheſiam* omnibus commendatam velim, in tramite Iuris publici exponam.

AVCTOR MEDIORVM PACIS IN IMPERIO CONSERVANDÆ.

Inſtrumenta retinendæ pacis in medium profert, in Auſtriacos iniqua; tum dignitati Imperii aduerſa. Sanctionem Weſtphalicam pro Gallis magis quam Germanis interpretatur. Peregrinum regnum purgat, ut domeſticos Principes accuſet. Imperio iacturam virium, Imperatori orbitatem exprobrat. Ditiones Burgundicas ab Imperio ita ſeparatas atque auulſas eſſe contendit, ut plus meditatus fuerit in eius fraudem, quam utilitatem & publicum decus. Poſtquam hæc diſceptauit, magnum molis conſilium agitat, utrum pax, quæ eo tempore inter Gallum & Hiſpanum coaluerat, recte poſſit ſperare, negantium tuetur partes, ipſo ſalutari pacis euentu refutamus.

Quod dum agit, vel alimenta miniſtrare bello, vel materiam alere dominationi voluit. De ceteris nec inepte iudicat, nec inutiliter cenſet. Sed ſtylus raro æqualis, oratio plurimum aſpera eſt.

AVCTOR MORIENTIS POLONIÆ.

Stylus Polono dignus, cognitio ſtatus Poloniæ minime vulgaris, iudicium haud ineptum, amor erga Poloniam ſincerus, ſtudium ejus conſeruandæ nec fictum nec fucatum apparet. Indicem errorum Imperii eiusdem malorum quaſi imaginem quandam exhibet, ſimul etiam remedia ſuggerit adhibenda. Libertatem electionis & religionis velut fundamenta Reipublicæ Polon. ſubſtituit. His obſeruatis eam ſtare, his neglectis liberari verius ſed terſius docet. Iam de Polonia ſuſpirante *Warthmanni* nil attinet dicere. Nam ut nimias laudes reſpuit, ita modicas pro merito recipit.

AVCTOR CONSILII PRO REDINTEGRANDO POLONORVM REGNO.

Gallici nominis infenſiſſimus hoſtis eſt, cuiuis

Digitized by Google

cuiuis mauult inſigne Polonicum deſtinare, quam Principi Condæo aut alii affinitate connexo, partibus tantum ſtudet, ut vix ſine ſtomacho legatur. Principem Neoburgicum Iagellonidum progeniem præ ceteris tanto faſtigio dignum affirmat. Sed fortaſſe pauper Iagello exit foras, cum Crœſus auro onuſtus ex Gallia veniet. Neoburgico proximos ſtatuit Philippum Sulzbacenſem, Palatinum & Georg. Chriſtianum Haſſiæ Principem, Ducis Lotharingiæ proci haud alioquin ſegnis cauſam nimio quo in Gallos eſt odio accenſus. Scilicet Candidatos Regni ipſe ſibi fingit, faciendi certe arbiter non erit. De cetero ſæpe inſulſe loquitur, nec magis ſcite iudicat. Abdicationis regiæ inſtitutum vecordiam interpretor parum (erumpit) nam indignatio a vecordia aliena.

* * * * * * * * *

Mitto Scriptores domeſticos, ad ceteros me potiſſimum conuerto. Quod eo minus ingratum erit, quo latius ex longinquo, quod libeat, licet iudicare. Ordiar a Gallis & deſinam in Belgis.

Digitized by Google

S. AVBERII.

Legum & fori peritior, quam prudentior eſt. Studii antiquitatis ignarum, melioris literaturæ expertem, rerumque ciuilium plane imperitum, & in hiſtoriis hoſpitem plus ſemel offendi. Vitium vitio accedit, quod ſtudioſus partium ſit, & nil ſcribit, niſi in gratiam ſui Regis. Pugnat cum laruis, cum rationibus deberet. Struit Monarchiam tam mirabilem & omnibus bonis exoſam, ut haud immerito ſubeat mirari, cur tantis erroribus quidam indulgeant ex Gallis. Si inter Germanos inuenimus talem Germani oſtraciſmo mulctaremus hominem. Nam ineptis ille chartis tantum ſibi detraxit laudis, quantum oſtendit inſipientiæ & effœminatum ſine ratione ſeu omni iudicio deſtitutum fuiſſe crediderim, quod ineptiſſimo ſcribæ fallor an formulario, aut Cauſidico, neque Auguſtum Cæſaris nomen, neque ſacræ Imperii infulæ, neque faſces omnium conſenſione gentium honorati ullam iniecerint religionem, aut pudorem ſaltem expreſſerint. Qua ſeu ſcribendi proteruia ſeu inuehendi procacitate adeo irritatum Apollinem accepi, ut dignum habue-

habuerit, qui remittatur ad ſubſellia Donati, tali iudicio ſiſtendus, quale vel pueros dat in ruborem. Nam nil affert niſi exoletum, nil proponit, niſi ineptum, nil allegat niſi præpoſterum ac vetuſtate contritum. *Chaſſanum Scipionem du Paix* ea fide ſequitur, quo ipſe iudicio eſt. David Blondelli & nouitii cuiusdam Galli in Diſſertatione Gallice edita ineptias ex Bœclero noſtro cognoſcere promtum fuit. Semper, quod pace caſtarum aurium dixerim, mouet Camarinam, & iam olim ſcriptas Baldi Bartholique ineptias petit, quatenus rerum ciuilium ratio habetur. Sagaciſſimus in diſciplinam ſimplicis cuiusdam ſe tradidiſſet, & libri Conringiani de finibus Imperii animaduerſionumque Bœclerianarum interpretem habuiſſet, non puto, tantopere deliraſſet, neque tantam nomini aſperſiſſet labem. Nam ut maxime nolim diffiteri, inſignem Auberiorum familiam a longo inde tempore pluribus laudibus claruiſſe. Noſter tamen plus fuci habet quam famæ, aut ſi famam habet, non eſt ex ſolido, aut ſaltem non meretur, dumque id apud animum expendo, ſubinde doleo conſilii, quod Gro-

tius Beniamino Auberio, niſi fallor, neceſſario, ad Belgas fœderatos per id tempus legato impertierat, plane oblitum fuiſſe. Verba, quæ Grotius concepit, hunc in modum, Epiſtola, quam ad Auberium ſcripſit, reddet: Nihil eſt, quod æque tibi commendem, atque ſtudium Iuris, non illius (ſolum addo) priuati, ex quo Leguleii & rabulæ victitant, ſed gentium & publici. Id adeo male Apollinem habuit, ut Orbilium curaret advocandum. Sed ſtrictiori iudicio non ſemel interceſſi, conatum interpellaturus, unde æternam accipiat ignominiam iſte Gallus. Tandem adveniebat Mercurius etiam interpoſita auctoritate mitius pronunciaret, Parnaſſus admonuit: Satis illum luiſſe pœnæ, qui omnibus deridiculo ſit, & Regis Chriſtianiſſimi iram ſibi conflauerit, quippe cuius iniuſſu tam ineptam prodiderit ſcripturam. Id, vt alii cenſent, ita confidenter aſſeruit Iac. Bern. Schulzius recentiſſimus Auberii oppugnator. Mercurii tandem ſententia vicit, Auberio deiectis præ pudore in terram oculis & conſilio abeunte, & errores, ut poterat, maxime deprecante. Nempe aliud eſt, eſſe Patronum

cau-

cauſſarum & experiri iure aliud; aliud rerum ciuilium Doctorem profiteri.

AVCTOR REGINÆ CHRISTIANISSIMÆ IVRIVM IN BRABANTIAM.

De hoc meminiſſe velim, ſub quo Rege ſcripſerit Auctor ſane elegans, & peritiſſimus ciuilium negotiorum. Sed dum conſulit auctoritati ſui Regis, abitia vero, auget iniuriam a Hiſpanis ſeu adulatione ſeu pecunia inductus. Artes fallendi quaſi virtutes laudat, pactis conuentis tantum largitur, quantum prodeſt Regi. Speciosum matrimonii nomen ingeminat, vt vitet odium, tegat fraudes, adornet prætenſiones. Cum hæc æſtimaret, ficto nomine quidam *Beuclerius* aggreſſus eſt caſtigare Scriptorem omnis veritatis oblitum prima initia & abditas cauſas eruit Gallici dominatus. Deinde rationes perſequitur & momenta, quibus vſus iſte ſcriptor in præiudicium Hiſpanici iuris. Qui vſus qua egregius quanquam Ductori ceſſit in laudem, tamen inviſus Gallis fuit, indignante Greuelio, & poſtulante manifeſtæ iniquitatis; ſed gra-

Digitized by Google

tiam huic reddent Hiſpani, agnoſcent Auſtrii fidem atque exemplum pietatis erga ſuam domum. Poſteri intelligent diſcrimen veri & falſi.

LES ESAIAS DE MICHAEL SEIGNEVR DE MONTAIGNE.

Opus Socratis illius Gallici, quo quidem nec Gallia, nec reliqua Europæ regna dignius videre unquam opus. Cui, quam meretur laudem, ne laudatisſimus perſolvere poteſt. Opus quod hominem tam ſibi reddit ipſi, ut ſine eo ſenſum communem cœcutire perſuaſum mihi habeam omnino. Qui quo quocque carere video, tacite eum in literis languere & frigere præſumo.

IOAN-

Digitized by Google

IOANNIS HENRICI MEIBOMII *

DE KYNOΦOPIA SEV CANIS PORTATIONE IGNOMINIOSA EPISTOLA.

V. C. L.

IOANNI MARQVARDO, ICto, EQVITI D. MARCI, SENATORI LVBECENSI,

S. P. D.

RVminor adhuc mecum ſermones, Vir Excellentiſſime, affinis & amice plurimum honorande, quos eruditiſſime de more ſuo nudius quartus in conuiuio nuptiali *Andreæ Alberti Brombſii*, patritii Lübecenſis nobiſcum ferebat Conſul Reip. noſtræ ampliſſimus *Antonius Colerus*, ICtus clariſſimus. Erant illi ut ſcis, partim ex antiquitate, partim

* Hanc elegantem Helmſtadii 1661. 4to excuſam & ab Henrico Meibomio filio demum poſt mortem auctoris editam, integram hic inſerimus.

Digitized by Google

tim ex præſenti rerum ſtatu deſumti: quos dum inuicem reciprocamus, memini a Te mentionem factam eius pœnæ, qua delinquentes olim quidam ſub Imperatoribus Germanicis *canem portare* fuerint coacti. De ea enim re Te legiſſe apud Theod. Reinkingium Archiepiſcopi Bremenſis Cancellarium, virum magnæ eruditionis, amicum etiam noſtrum ac fautorem. Ego, ignarus quid Reinkingius ſcripſiſſet, quæ in rem præſentem facere putabam, ac quorum ex hiſtoriarum lectione recordari poteram, in medium proferre, & quid κυνοφορία illa ſeu *canum portatio*, ſibi voluerit explicare. Nunc ex Aduerſariis meis rem totam paulo plenius tibi ediſſeram, quod & facturum me recepi, ac tibi non ingratum fore certus ſum. Primum igitur κυνοφορίας exemplum Witechindus monachus Corbeienſis, princeps Saxonicarum rerum ſcriptor poſteritati conſignavit. Refert enim lib. II. Annal. imperante Ottone primo ſiue Magno, qui anno Saluatoris DCCCCXXVI. ad Imperii gubernacula aſcendit, *Eberardum Franconiæ Ducem*, Conradi I. Imper. fratrem, collecta manu *Bruningi*, cuiusdam e Saxonum primo-

primoribus, ciuitatem *Elmeri* occupaſſe, incendiſſe, habitatoresque omnes, nullo habito ætatis aut ſexus diſcrimine, trucidaſſe: eaq; re grauiter commotum Imperatorem, *Eberardum condemnaſſe in pœnam C. talentorum, omnesque militum principes, quos in ſuo facinore habuerit adiutores, dedecore canum adfeciſſe, ut ad urbem regiam Magdeburg eos portarent.* Witechindum ad verbum fere exſcripſit *Albertus Crantzius*, Saxoniæ lib. III. cap. XV. Nam & C. talentorum mulctam Eberhardo ab Imperatore indictam ait, & auxiliarios dedecore notatos, vt in vrbem Magdeburgum *canes deducerent.* Vbi in eo tamen peccat Crantzius, quod moris canes portandi ignarus, non portatos eos, ſed *deductos* ſcribat, contra VVidechindi mentem. Vnde & notatur hoc nomine ab Henrico Meibomio, Parente meo, Notis ad VVidechindum, ubi κυνοφορίας huius is etiam meminit, ſed ὡς ἐν τύπῳ & auctoribus quibuſdam tantum nominatis. Chriſtophorus verò Lehnmannus, incertum quo auctore, Eberhardum, non C talentis damnatum, ſed à κυνοφορίᾳ liberato mulctam multorum equorum

indictam nvtat lib. v. Chron. Spirens cap IV. Ex neutro tamen ſive Widechindo, ſive Crantzio, certo colligas, quod & quale fuerit *canum* illud *dedecus*, quique illi canes, quos delictorum convicti portaverint, aut quem in modum id facere fuerint coacti. Operæ pretium forte non credidit VVidechindus, rem ſuo ævo omnibus notam, pluribus exponere: Crantzio vero, vt puto, non alii fuere auctores ad manus, ex quibus vel ipſe plenius rem caperet, vel nos edoceret, aut VVidichindo faculam allu-ceret. Id vero aute quam nos tentemus alia primum κυνοφορίας aliquot exempla hic ſubiiciemus. Alterum autem horum habet Sethus Calviſius in opere Chronol. ad annum MCIX, cuius verbis, quum auctorem non nominet, id adſcribemus. Borivoi, inquit, Dux Bohemiæ, à Suanteplocho Ducatu exutas exſulabat. Suanteplocho autem defuncto, quum ſuccederet Ladislaus, Borivoi Ducatum recuperaturus Pragam invaſit. Ladislaus Henrici V. Imp. auxilium implorat; qui ſtatim mittit exercitum, qui Borivoi Ducem alioſque rebelles capit, iiſque partim oculos eruit, partim

Digitized by Google

tim in vincula coniicit. Præfectus vrbis, quod noluiſſet Ladislaum dominum admittere, cogitur ſcabioſum canem portare, a quo ſtercore multipliciter inquinatus eſt, deinde barba ipſi abſcinditur & relegatur. Exemplum tertium habet Otto Friſingenſis Epiſcopus. Is lib. II. de rebus geſtis Eriderici Barbaroſſæ, ſub quo vixit, cap. XXIIX. (vbi de bello agit, quod abſente Imperatore in terra Italia, *Arnoldus Moguntinenſium Archiepiſcopus* & *Hermannus Comes Palatinus ad Rhenum* concitarant, atque omnia ferro flammisque vaſtarant) refert Imperatorem reverſum in Comitiis VVormacienſibus anno cIↃ cLVI. Archiepiſcopo quidem *ob ſenium morumque gravitatem & pontificalis ordinis reverentiam* parſiſſe, in Palatinum vero graviter animadvertiſſe, & addit: *Vetus conſuetudo pro lege apud Francos & Suevos inolevit, ut ſi quis nobilis, miniſterialis, aut colonus, coram iudice pro huiusmodi exceſſibus*, (turbatione pacis, incendiis, rapinis) *reus inventus fuerit, antequam mortis ſententia puniatur, ad confuſionis ſuæ ignominiam, nobilis canem, miniſterialis ſellam, ruſticus aratri rotam,*

Digitized by Google

de Comitatu in proximum Comitatum geſtare cogatur. Hunc morem Imperator ſervans, Palatinum Comitem Hermannum, pacis publicæ turbatorem, quamvis magnum Imperii principem, cum decem Comitibus complicibus ſuis, canes per Teutonicum milliare portare coëgit. Hæc tam diſtricto iudicio per totam tranſalpini Imperii latitudinem promulgato, omnes terror invaſit, ut univerſi magis quieſcere, quam bellorum turbini inſervire vellent. Hæc Friſingenſis: cuius verba *Guntherus*, antiquus Germaniæ Poëta, lib. v. Ligurini, quo eiusdem Barbaroſſæ res geſtas deſcribit, verſibus expreſſit non inelegantibus, ſi ævum ſpectes, quo vixit. Et primo quidem in libri argumento ſic ſcribit de Imperatore ipſo:

- - - Et merita conſumit clade nocentes:
Cumque Palatino Comites bis quinque potentes
Ferre canes ſcapulis, fœdisſima pondera, cogit.

Mox

Mox explicatius in libro ipſo:

Quippe vetus mos eſt, ut ſi quis Rege remoto,
Sanguine vel flamma, vel ſeditionis aperta
Turbine, ſeu crebris regnum vexare rapinis
Audeat: ante, grauem quam fuſo ſanguine pœnam
Excipiat, ſi liber erit, de more vetuſto
Impoſitum ſcapulis ad contigui Comitatus
Cogatur per rura canem confinia ferre,
Sin alius, ſellam, cuius diſpendia pœnæ
Ille Palatinæ cuſtos celeberrimus aulæ,
Non potuit vitare Comes, cunctisq; videndus
Portauit ſcapulis paſſus plus mille latrantem.
Hanc quoque tunc alii, ſimili pro crimine, pœnam
Suſtinuere decem Comites, tot idemque coacti
Fœda tulere canes generoſo pondera collo.
Cuius inauditæ pœnæ timor altus in omnes
Irruit: vt nullus procerum præſumeret ultra
Armata certare manu, ſed pace ſequeſtra
Iudicis arbitrio ſua iura repoſceret æqui.

Meminit rei ſic geſtæ etiam *Dodechinus* Appendice ad Mariani Scoti Chronicon, ſub annum cIↃ CLV. & ex decem iam dictis Comitibus, qui canes vna cum Palatino portarunt, aliquot nominatim recenſet. *Rex*, inquit, *Natiuitatem Domini Wormaciæ celebrauit, vbi Hermannus Palatinus Comes, & Emicho Comes de Linengen, Gotfridus de Spanheim, Henricus de Katzenelenboge, Conradus Comes de Kirberg, Henricus Comes de Didiſſen & alii, ex parte Hermanni, canes portauerunt, & ſic Dominus Arnoldus Epiſcopus ab excommunicatione eos abſoluit. Ex parte vero Epiſcopi, canes portare quidem cœperunt Ludouicus Comes de Lohim, & Guilielmus Comes de Gliſsberg, & alii; ſed ob reuerentiam Archiepiſcopi ceſſare ab Imperatore iuſſi ſunt.* Tangit demum eandem hiſtoriam *Georgius Sabinus* in Cæſaribus, lib. 1. Eius verſus de Friderico Barbaroſſa, qui huc pertinent, adſcribo:

Mos erat antiquis; qui publica commoda pacis
Cæſare turbaſſet bella gerente foris:
Totius Imperii reus inſpectante Senatu
Vt canis impoſitum corpore ferret onus.

Ergo

Ergo quod, Italicis dum concita geſſit in oris
Bella, Palatinus mouerat arma domi;
Hunc licet inuitum detrectantemque coëgit
Inclyta per Nemetum mœnia ferre canem.

Recentiſſimum & ultimum κυνοφορίας exemplum (quod quidem extare putem, quodque circa annum ↀ CCII. accidiſſe, coniicio) *Arnoldus Abbas Lubecenſis* habet Chron. Slauon. lib. VII. cap. II. Ait is *Gerhardum* (Dynaſtam Querfurtanam) *quod Henricum* Decanum Magdeburgicum, hominem pium, & Eccleſiæ ſuæ decus, in via regia cum complicibus ſuis hoſtiliter inuaſiſſet, & reſupinatum oculis priuaſſet: a Philippo Imp. *iuſſum* ↀ *marcas argenti iniuriato perſoluere, de feudo ſuo C. marcas argenti Eccleſiæ maiori reſignare, eamque multis nobilibus hominium ei præſtare, & cum IX. militibus militarem ei pœnam exſoluere: id eſt, ut ſinguli milites de loco perpetrati ſceleris, usque ad fores maioris Eccleſiæ caniculam deferrent.* Ex recenſitis vero horum auctorum verbis ac teſtimoniis multa colligi poſſunt. Primo enim manifeſtum ex iis eſt, κυνοφορίαν fuiſſe *pœnam antiquam* apud *Fran-*

cos Suevos, *Saxones* & *Bohemos* uſitatam. Sed cur eius, inquies, ſi res ita habet, nulla mentio, nullum veſtigium in iſtarum gentium legibus, quarum non paucæ jam nunc hodie exſtant? Dixerim, legem ſcriptam de ea non extitiſſe, more tantum & conſuetudine fuiſſe introductam. Vnde Otto Friſingenſis ait fuiſſe *conſuetudinem veterem pro lege*; Guntherus *morem vetuſtum*: vt qui iam inoleuerit & viguerit ante Ottonis M. tempora: quem poſtmodum vel deſitum, vel neglectum, Fridericus I. ſeu Barbaroſſa, in vſum reuocauerit, vt ex Friſingenſi colligas, qui *priſcum* hunc *morem* rurſus *ſeruaſſe* Fridericum notat. Portatos porro canes in *ſcapulis* aut *collo* & Friſingenſis & Guntherus docent, eoſque interdum ad maiorem deſpectum ſcabioſos, vt eſt in Caluiſii exemplo: & quidem per aliquot *mille paſſus*, aut *milliare Germanicum* unum aut alterum, aut ex uno *comitatu*, hoc eſt, *diſtrictu*, in alium vicinum; (aus Wormſer Graveſchafft in die Speiriſche, vt interpretatur Chriſtoph. Lehnmannus Chron. Spirenſis lib. IV. cap. II.) aut ex loco perpetrati alicuius facinoris, *ad proximam*

Eccle-

Digitized by Google

Eccleſiam, vt eſt apud Arnoldum Lubecenſem; vel ad *vrbem regiam*, in qua nempe Imperator pro tempore reſidebat, vt inſinuat Widechindus. Deinde & hoc liquet, *κυνοφορίαν pœnam* fuiſſe *ignominioſam*. Widichindus enim & cum ipſo Crantzius non aliam ob cauſam eam *dedecus* vocant: Friſingenſis expreſſe *ignominiam*: Guntherus in verſibus adductis *ſummi probrum pudoris*: in argumento vero libri canes ipſos, qui portabantur, *fœda* & *fœdiſſima* adpellat *pondera*. Maxime autem pœna illa adfici ſolitos eos, qui abſente Imperatore *pacem turbaſſent publicam*, bella concitaſſent ciuilia, ac flammis rapiniſque omnia concuſſiſſent, ex prioribus duobus exemplis liquet. Nec aliunde eſt, quod Arnoldus Lubecenſis *pœnam* eam vocat *militarem*, quod militibus ſolum, atque inter eos nobilibus & primoribus irrogaretur, ut diſerte notant Friſingenſis & Guntherus. quorum ille *nobilium*, hic *liberorum* indicat fuiſſe pœnam: alios vel *ſellam*, vel *aratri rotam* in ſimili cauſa portare coactos. Interdum tamen in minoribus etiam delictis huic pœnæ fuiſſe locum, exemplum Gerhardi Querfurtani

Digitized by Google

ex Arnoldo iam dicto oſtendit, qui ob Decanum oculis in via regia priuatum eam ſuſtinuit. Et vero, non tam pœna illa inferioris, quam *ſupremi maxime ordinis nobiles* caſtigatos, ex iam dictis ſatis manifeſtum eſt. Nam Hermannum Palatinum, *magnum Principem Imperii* vocat Friſingenſis: Guntherus *celeberrimum aulæ* Imperatoriæ *cuſtodem*. Immo nec *Eccleſiaſtici Principes* eiusdem pœnæ plane exſortes fuere. Friſingenſis enim, quemadmodum & Guntherus, Arnoldo Archiepiſcopo non tantum *ob pontificalis ordinis reuerentiam*, ſed ſimul *ob ſenium & morum grauitatem*, a Barbaroſſa parcitum aiunt. Dodechinus vero notat non minus ex parte Archiepiſcopi, quam ex parte Palatini, *Comites quosdam canes portare cœpiſſe, ſed ob reuerentiam Archiepiſcopi ceſſare ab Imperatore iuſſos.* Denique & hoc ex iam dictis colligas aliquando ſola κυνοφορίας pœna caſtigatos fuiſſe delinquentes: aliquando vero poſt κυνοφορίαν ulteriori etiam aliqua pœna adfici conſueuiſſe, pro delicti, vt puto, ratione. Prius ex Friſingenſi Gunthero Dodechinoque liquet, apud quos nec Palatinus nec quisquam cæ-

terorum

terorum præter κυνοφορίαν alia pœna fuit punitus, poſterius Witechindi Caluiſii & Arnoldi Lubecenſis exempla docent; in quibus aliis poſt canum portationem in maiorem contumeliam barba reſecta & relegatio decreta, aliis mulcta inſuper pecuniaria iniuncta, alii ultimo ſupplicio & graui pœna fuſi ſanguinis, vt Guntherus loquitur, fuerint affecti. Quæras tamen ſi pœnæ iſtud genus antiquum fuit, cur Guntherus id vocauerit *inauditum?* Reſpondit *Conradus Rittershuſius* ICtus eleganter doctus, in Notis ad Guntherum; *pœnam inauditam* Gunthero non eſſe *nouam, inuſitatam, non fando cognitam aut auditam: ſed diuulgatam, ab omnibus auditione perceptam, cognitam; ab inaudio*, quod eſt, *cognoſco*, auditu percipio. Atque id ſenſus verborum etiam requirit. Verum quærat hic porro aliquis, an pœnæ hoc genus domi natum fuerit iam recenſitis nationibus; an aliunde aut ab aliis ad eas deriuatum & in vſum receptum. Curioſior quispiam morem a Græcis primum ad Scythas, inde ad Bohemos, ac tandem ad Germanos deveniſſe, ſuſpicari queat. Apud Græcos enim iam

Digitized by Google

olim expiationis quoddam genus in uſu erat, quo ii, qui aliquid commiſerant, ut luſtratione aut expiatione opus haberent, *cani* ſolebant *expiari* quem circum caput ſolebant circumagere, luſtrationemque iſtam περισκυλακισμὸν appellabant, quod per σκύλακα ſeu *canis* circum actionem fieret. De ea re Plutarchus in Romulo: *Græci inquit, in ſacris luſtrationibus catulos efferunt, et paſſim exigunt eos; quam ceremoniam περισκυλακισμὸν vocant.* Et plenius in problem: Rom. ubi ait: τῷ δὲ κυνὶ πάντες, ὡς ἔπος εἰπεῖν, Ἕλληνες ἐχρῶντο, καὶ χρῶνταί γε μέχρι νῦν ἔνιοι σφαγίῳ πρὸς τοὺς καθαρμούς· καὶ περισκυλακισμὸς ἐκαλεῖτο γένος τοῦ καθαρμοῦ [illegible]. *Canes enim omnes, ut ita loquar, Græci uſi fuere, et etiamnum utantur eo aliqui, ut victima ad luſtrationes, et circum circa abſtergent eos, qui luſtratione indigent: genus hoc expiationis περισκυλακισμὸν vocantes.* Meminit ritus etiam Theophraſtus in Charact. Eth. cap. περὶ δεισιδαιμονίας, loquens de homine ſuperſtitioſo, qui ubi quid ſiniſtri viderit aut ſomniaverit, ἱερέας καλέσαι, σκίλλῃ ἢ σκύλακι κελεύη αὐτὸν περικαθᾶραι, *piacatricibus vocatis iubeat ſe ſcilla aut cane expurgari.* Verum

vix

Digitized by Google

vix eſt, vt a Græcorum expiatione hac deſcendat aut originem ſumpſerit κυνοφορία noſtra. Illa enim proprie non poena erat, nec a magiſtratu delinquentibus irrogabatur: ſed a ſacerdotibus decernebatur iis, qui vel ſe commiſiſſe aliquid putabant aut alioquin luſtrationi ſe ſubiiciebant, vbi quid ominoſi ipſis accidiſſet. Κυνοφορία autem poena fuit criminibus expiandis a Principe indicta. Quæram vero iterum, quæ ratio ſit, aut eſſe queat κυνοφορίας iam dictæ, aut κυνοβαςαξίας, viris nobilibus a maioribus noſtris irrogatæ? Andreas Fauinus aux traictées des premiers officiers de la Couronne de la France, livre II. chap. XI. duplicem affert rei cauſam, apud Io. Iac. Speidelium in Notab. Iurid. Hiſtor. lit. H. num. LVI. Alteram putat eſſe, *vt portatione canis oſtenderetur, Reum eſſe ex nobili proſapia, cui ob generis dignitatem permiſſa fuerint venandi iura, inferioris conditionis hominibus non conceſſa.* Alterum vero, *vt, ſicuti canis eſt quaſi emblema ac ſymbolum fidelitatis erga herum: ita Nobilis, feloniæ conuictus, palam oſtentaretur populo tanquam homo nequam & periurus erga Principem ſuum & be-*

Hh 5 *neſa-*

neſaſtorem, qui propterea non minus puniendus ſit, quam eſt canis, qui ſidei exemplum præbens, propterea meretur portari, quod, dum hero conſulatur, ipſe mortem pugnando pro eo ſubire non exhorreſcat. Hæc ille, verum prior cauſa nihil ad rem facit. Neque enim ideo reus portare canem iubebatur, vt nobilitatis eius aut proſapiæ ac iuris venandi eſſet inſigne, ſed pœna & contumelia. Cauſa altera propius veritatem eſſe videtur, atque eadem fere eſt cum illa Chriſtophori Pflugii, qua *Reum admoneri putauit neglecti officii, quod fuiſſet excubare in aula,* aut etiam Imperio Principis, *Principemque cuſtodire & defendere*: quam cauſam ſuo etiam calculo probat Rittershuſius in Notis, & Phil. Camerarius Horar. ſubſciſ. Cent. II. cap. XCV. Hæc igitur illa fuit apud maiores noſtros canum ignominioſa portatio: qua ignominioſius tamen fuiſſe autumo, quod Veneti *Franciſcum Dandalum*, *Canem* ex eo appellatum, ſub menſam Clementis Pontificis, quotiens is vel pranderet vel cœnaret, ſe inſtar canis proſternare, & vinculis collum induci paſſi ſunt, vt ab interdicto liberarentur, quod refert Volaterranus

Geo-

Geograph. lib. IV. & obiicit ipſis Imp. Maximilianus in Reſponſione ad belli denunciationem ſibi factam; apud Mel. Goldaſtum in Reichshandlungen pag. LXXI. Qui tamen hodie Pontifici fulminanti non tam forte ſe ſubmitterent, & aliter ſe nunc animatos Paulo V. non ita pridem oſtenderunt. Ex priſco porro hoc canes portandi more Iuſtus Lipſius Centur. III. ad Belgas epiſt. XLIV. natam putat conuicii illam apud Gallos vocem *canaille*, Itali canaglia dicunt, & explicant *gentaglia vile & abietta*, ac ſi *facem populi* dicas & *terræ filios*. Et addit Lipſius in Annalibus alibi redditam vocem illam *canile lignagium*, quod interpretatur *canilem proſapiam*. Italis enim *legnagio* eſt *ſtirps, proſapia*. Lubecenſes noſtri eodem reſpicientes, plebem infimam vulgo per conuicium vocant die Teven Kinder, *canicularum liberos*. Nec minus etiam familiare hodie eſt ſimile conuitium, Turcis, Vngaris, Polonis, nationibusque aliis non paucis. Quemadmodum & vulgo *canis militare dictum eſt in hoſtem*, ut pridem notauit vetus Interpres Terentii, ad illud in Eunucho actu IV. Sc. VII. *ain' vero canis!* Verum enim vero,

vero, hoc quidem certum eſt, veteres per conuitium *canes* olim appellaſſe homines vel ſordidos & pudoris vacuos; vel ſæuos, crudeles ac ſanguinarios, & veluti humanitate exſutos. Ita ab impudentia Homericus Achilles Iliad. α. Agamemnonem vocat κυνὸς ὄμματ' ἔχοντα. Helena ſcelerum ſuorum ſibi conſcia ſemetipſam in Odyſſea κυνώπην nominat. Eandem ob cauſam Diogenes appellatus eſt canis vt ſectatores eius *Cynici*: Item *Avidienus*, apud Horatium Serm. lib. II. Sat. II.

Cui canis ex vero ductum cognomen adhaſit.

Nec aliunde eſt prouerbium, κυνὸς κύντερος, *cane impudicior*, ſiue ſi fas ita eſt loqui, *cane caninior*. Ob ſæuitiam ſortita *canis* nomen eſt *Hecuba*, quod

Omnia mala ingerebat, quemquam adſpexerat:

ut Plautus de ipſa ait, Menæch. act. v. ſc. I. Item ille adud Lucillium,

Nequam & magnus homo, laniorum immani canes vt.

Prudentius in Vincentio canes adpellauit *Tyranni ſatellites*, ſeu *carnifices* & *lictores*, qui-

quibus vtebatur in martyribus excrucian-dis, quando dixit:

Sæuam tuorum perſpicis
Languere virtutem canum.

Conuitia tamen iſta nullo modo a κυνοφορίᾳ, ſeu canum illa portatione originem traxiſſe cenſeo; ſed portationem potius ipſam pœnæ loco iis ipſis indictam, qui canum inſtar fuiſſet ſæui, truculenti, ſanguinarii, ac ſanguine & rapinis abſente Domino omnia miſcentes. Pœna vero nobilium fuit: *miniſterialis*, vt Otho Friſingenſis ait, *Sellam*; *ruſticus*, ſeu *colonus aratri rotam* portare cogebatur. Per *Nobiles* olim fere intelligebantur Comites, & proximi ab his Dynaſtæ, Guntherus *liberos* vocat, die Freyen auf Freye Herrn. *Miniſteriales* erant, qui hodie ſe vocant *nobiles*, die Ritterſchafft; Diſcrimina paſſim, maxime in literis antiquis, videre eſt; quæ huc congerere non eſt animus. Miniſterialium igitur pœna fuit *ſellæ portatio*. Sed quæ *ſella* illa, & cur ab his portata? Chriſtophorus quidem Colerus apud Ritterſhuſium pro *ſella* legi mauult *fellem*, hoc eſt catum: ac ſi miniſteriales feloniæ conuicti, tanquam inferioris nobilitatis

litatis homines, in ſignum maioris ignominiæ felem portare coacti fuerint, nobilibus & ſuperioris ordinis reis canem portantibus. Sed reiicit hanc emendationem Ritterſhuſius, quod non tantum apud Guntherum, ſed & apud Friſingenſem *Sella* ſcribatur, nec vtrobique locum fuiſſe corruptum veriſimile ſit. Igitur *Sellam* ipſe retinet, & ſymbolum eam putat eſſe ignaviæ & vilitatis. *Sellularios* enim & *ſedentarios*, homines eſſe ignauos & viles. Indicari igitur vult pœna illa, delinquentes non ad miniſteriales amplius, ſed viles homines pertinere. Hanc interpretationem recipit & laudat Camerarius. Sed quid, ſi *ſellam* accipiamus pro *ephippio*, cui in equo inſidetur, vt accepit idem Guntherus lib. IV. verſ. LIIX. & dicamus pœna hac miniſteriales ideo affectos, quod ea velut degradarentur, ac pedibus ire cogerentur, ſellamque portare, cui ante inſidebant: quo modo ruſtici & coloni *aratri rotam* ferre cogebantur, vt admonerentur, ſe glebæ addictos agrum colere aratroque terram proſcindere debere, non tumultus, ſeditiones aut incendia excitare. Verum quo dilabor? puto ſufficere hæc poſſe ſatisque ex iis intelligi,

Digitized by Google

ligi, quid κοινοφορία apud maiores noſtros fuerit, & quibus puniendis inſtituta, quod ſaltim explicare promiſeram. Tu vale Senator ampliſſime, affinis ſuauiſſime: & tui amantem redamare, quod facis, perge. Lubecæ VII. Kal. Martias. Anno cIↄ Iↄ XLIII.

IACOBI THOMASII DISSERTATIO* DE DOCTORIBVS SCHOLASTICIS LATINIS.

Procemium.

INtegram de Doctoribus Scholaſticis Latinis perſequi hiſtoriam cum neque virium noſtrarum tenuitas, neque anguſtia temporis aut chartæ permittant, ſummas tantum lineas eius hic ducemus. Dabit proinde B. L. veniam, ſi tam prolixam materiam vel grande volumen ſibi expoſcentem tantillo chartæ ſpatio incluſam videat, nosque nimis feſtinando vix præcipua capita attigerimus. Si vero quis plurima hac de re noſſe

* prodiit 1676. 4to eaque hic integra repetitur.

noſſe aueat, is conſulere poteſt ſcriptos de hoc argumento Commentarios celeberrimorum virorum ; Et ex his maxime Adami Tribbechouii librum ſingularem de Doctoribus Scholaſticis, Hornii librum ſextum de Sapientia Veterum, Alſtedii Theſauri Chronologici caput XLIV. Conferri huc non abs re poterunt illi, qui de Scriptoribus Eccleſiaſticis ſcripſerunt (1) adiungique Antiquitates Academicæ Celeb. Conringii, liber item Ioannis Launoy de Varia Ariſtotelis fortuna in Academia Pariſienſi, & res euadet clarior.

(1) Quales iſti ſint, docuit in Schediaſmate ſuo de comparanda notitia Scriptorum Eccleſiaſticorum B. Ioan. Andreas Boſius, P. P. dum viveret, Ienenſis.

§. I. Inſcripſimus Diſputationem de *Scholaſticis Doctoribus Latinis*. Diximus SCHOLASTICOS, qui cum cogitari poſſint, vt omittamus ſignificationem eorum, qui extra Scholam ſunt (*a*) vel in Schola Gentili vel Chriſtiana, & hac iterum vel vetere vel recentioris memoriæ; hos recentioris memoriæ eosque Chriſtianos huic tractationi ſubiiciemus.

(*a*) Nouimus enim ex Caſauboni Hiſt. Auguſt. Script.

Script. quod quamuis Scholaſtici proprie & primitus dicantur ii, qui in Schola ſunt, *omnes tamen, qui in literis viuunt*, hoc nomen vſurpent p. 416. (Tribbech. p. 7.) Et Scholares etiam milites dictos, qui dies noctesque in aulis Principum conſumebant, demonſtrat ex Vegetio lib. II. c. 2. Tribbechouius p. 8. Conf. Celeb. Conring. lib. cit. p. 205. (edit. anno 1674.) ex codicibus Theodoſiano & Iuſtiniano *Aduocatis* hoc nomen tribuens. Rationem ob quam *Scholaſtici*, non *Academici* hi noſtri dicti ſunt, exin hariolari poteris, quod Conring. l. c. p. 260. inquit: *Caeterum a Syneſii præter propter ætate, certe a temporibus Iuſtiniani Imperatoris in vniuerſo terrarum orbe per mille amplius annos* (adeoque a ſec. ſexto vsque ad 16. fere) *nulla Schola, nullus Scholæ locus Academiæ nomen accepit.* Conf. p. 201. 202.

§. II. DOCTORES; quo ipſo facile intelligitur diſtingui Scholaſticos noſtros a diſcipulis, qui & Scholares hinc inde dicuntur. (*a*)

(*a*) Quo obſeruato tum Launoyum, tum alios, qui vix alio ſenſu Scholarium vocabulo vtuntur, intelliges. Erant enim Scholares olim qui hodie Studioſi dicuntur. Conring. lib. cit. p. 203.

Digitized by Google

§. III. LATINOS. Non enim Græcos hic conſiderabimus, qualis, vt rem exemplo declaremus, Damaſcenus fuiſſe ſcribitur. (*a*)

(*a*) Hic enim, vti præter alios Robertus Bellarminus de Script. Eccl. p. 182. teſtatur, primus Theologiam recto ordine comprehendit, editis quatuor libris de orthodoxa fide.

§. IV. Cum vero duplicem eorum differentiam animaduertamus, *Theologos*, quanquam illis hoc nominis potius tributum ſit, (*a*) generatim ſic concipi poſſunt, quod ſint *Doctores Chriſtiani & Latini, qui poſt decurrentia Patrum ſecula, verſo iam ad occaſum Latinæ linguæ ſplendore ob crebras Barbarorum irruptiones, vel Theologiæ vel Philoſophiæ profeſſionem, Ariſtotelicis principiis maxime immixtam,* (*b*) *in ſe deriuarunt, vsque dum reformatio tandem a B. Luthero & Philippo Melanchthone fieret.*

(*a*) Sic enim Conringius p. 203. *Longe poſt* [ſcil. poſt Agathiæ & Euagrii tempora] *accepta vox Scholaſticorum Pariſiis pro Theologis ſubtilioribus.*

(*b*) Miſcuiſſe enim illos ſecularem philoſophiam cum Theologia ſexcentis confirmari poſſet exemplis. Sed unum nobis ſufficiat adduxiſſe ex Apolog. Auguſt. Confeſſ. p. 58. (edit. Lipſ.

Lipſ. an. 1669.) Ubi Scholaſtici dicuntur ex hoc principio Ethico; quod propter paſſiones neque boni neque mali ſimus, nec laudemur, nec vituperemur, demonſtratum iuiſſe, concupiſcentiam nullum eſſe peccatum.

§. V. Explicato ſic, quinam huic argumento ſubſternantur, inquirendum eſt, quonam ſeculo quibusque Autoribus enata ſit hæc Scholaſticorum familia. Cum vero duorum generum eos eſſe diximus, (*a*) vtriusque origo erit enucleanda.

(*a*) Vid. §. præced.

§. VI. *Philoſophos* vero quin priores ſtatuamus non dubitamus, cum *Ioannes Ruczelinus* (*a*) Britannus (*b*) referatur primus fuiſſe Nominalis aut Nominalis doctrinæ in Logica Ariſtotelis inuentor & propugnator, (*c*) quem certum habemus ante natam Theologiam Scholaſticam floruiſſe.

(*a*) Ita paſſim vocari videas. Sunt & qui *Roſcelinum* ſcribant. Henrico tamen Gandavenſi c. 5. de Script. Eccl. f. 163. (Part. I. Bibl. Eccl. Miræi,) audit *Ruzcelmus*. Ac rectius opinamur. Nam hæc terminatio frequentior eſt in Nominibus propriis illorum temporum, qualia ſuns Anshelmus, Wilhelmus, Aldhelmus. Simili errore, qui *Edmerus* fuit, *Edinerum* vocari paſſim videas. Conf. Miræ. d. l. f. 129. lin. 3 a fine.

 (*b*) Sic

(*b*) Sic cognominat eum Auentinus lib. VI. Ann. Boior. f. 496. & alii.

(*c*) Sic enim Otto Friſingenſis lib. I. de Geſtis Friderici Barbaroſſæ c. 47. *Habuit* [Abelardus] *primo Præceptorem Rozelinum quendam, qui primus noſtris temporibus in Logica ſententiam vocum inſtituit.* Vbi per *ſententiam vocum*, quæ & Aventino loco paulo ante citato, *dictionum* dicitur, doctrina Nominalium intelligitur. Notum quoque eſt Auentini epigramma in Rucelini doctrinam lib. VI. Ann. f. 498.

Quas Ruceline doces, non vult Dialectica voces.

§. VII. Rucelini autem huius ætas, qua ipſe maxime floruerit, rectius ad finem referetur undecimi poſt Chriſtum natum ſeculi, quam anno 1137. vel 1140. aſſignabitur. (*a*)

(*a*) Annum 1137. hic memorant Magdeburgenſes Cent. XII. c. 10. f. 1631. & Cruſius Parte III. Annal. Sueu. lib. VII. c. 13. f. 451. Magdeburgenſium hæc ſuut verba: *Rucelinus, natione Bryto, Magiſter Petri Abelardi claruit circiter annum 1137. Is primus ſententiam vocum ſiue dictionum* (ita legendum ex Aventino, pro dictorum) *inſtituit, nouamque philoſophandi viam inuenit.* Cruſii vero iſta: *Auentinus lib. 6. Annal. Boiorum circa annum*

Digitized by Google

num Chriſti 1137. a Rucelino Britanno hæc Realium & Nominalium genera nata ſcribit. Satisne recte ad Auentinum hic prouocetur paulo poſt videbimus. Aliis placuit annus 1140. Cauſſinus lib. IV. de Eloq. c. 34. p. 171. *Eosdem fere Rabbinorum errores multis iam ſeculis intermortuos & ab omnibus irriſos reuocauit Rucelinus, natione Brito, Præceptor Magiſtri Petri Abalardi nouatoris: Primus enim ſectam nominalium inſtituit contra Reales, & nominum cognitione rerum quoque contineri magno conatu defendit ſub annum Domini 1140.* Alſtedius lib. IV. Encyclop. c. 8. f. 105. (Tom. I.) *Primus autem Rucelinus Brito Nominalium ſectam inſtituit anno Domini 1140. & docuit nominum cognitione rerum quoque cognitionem comprehendi.* Verum hi omnes non ſatis accurate exploratam habuerunt ætatem Rucelini, qui ſemiſeculo circiter antiquior fuit, ſecus non potuiſſet in eum ſcribere Anſhelmus Cantuarienſis eiusque doctrinam Dialecticæ hæreſeos poſtulare, quem obiiſſe diem ſuum conſtat ſub initium ſeculi duodecimi.

Vt rem totam exquiſitius intelligas, ſic habe. Apud Anſelmum cap. 2. de Incarnatione Verbi (Tom. III. operum f. 35.) hæc leguntur: *Illi vtique noſtri temporis Dialectici (imo Dialecticæ hæretici) qui quidem non niſi flatum vocis putant eſſe vniuerſales ſub-*

ſubſtantias, -- prorſus à ſpiritualium quaſtionum diſputatione ſunt exſufflandi. Hæc in Nominales dicta eſſe recte obſeruarunt Conimbricenſes Q. 1. in præf. Porphyr. art. 2. p. 81. & Horneius lib. I. Inſt. Log. Q. 7. p. 34. Scripſit autem eum libellum Anſelmus viuo adhuc Vrbano II. (h. e. ante initium ſeculi duodecimi, obiit enim Vrbanus an. 1098.) quippe cui eundem dedicauit, & quidem an. 1094. (ſi Baronium ſequimur Tom. XI. Annal. f. 676.) ad eum miſit, vt neceſſe ſit hoc ipſo tempore dogma Nominalium iam fuiſſe a Rucelino diſſeminatum. Imo is ipſe Anſelmi liber in Rucelinum (quanquam nomen profiteatur palam) editus eſt. Quod iam a Baronio d. l. f. 677. ex epiſtola ad Rucelinum Iuonis Carnotenſis præſumptum clariſſime doceri poteſt ex Henrico Gandauenſi, qui c. 5. de Script. Eccleſ. expreſſe teſtatur; epiſtolam Anſelmi ad Vrbanum Papam de Incarnatione Domini contra errorem Ruzcelmi ſcriptam fuiſſe. Nec dubitare poterit amplius, ſi quis ipſius Anſelmi epiſtolam XLI. conferet cum initio libri de Incarnatione Verbi. Quid ergo eſt, quod Rucelino annum 1137. vel 1140. appingi videmus? Suſpicamur iſtis, qui annum 1140. aſſeruint, anſam præbuiſſe Magdeburgenſes, qui Cent. XII. c. 5. f. 848. cum Petrum Abelardum dicto anno 1140. in Galliis fuiſſe narraſſent, paulo

poſt

Digitized by Google

poſt ad Rucelinum Præceptorem eius dilabuntur & de eo Auentini verba (*Hisce temporibus fuiſſe reperio Rucelinum*) proferunt. Hæc oſcitanter legentibus facile potuit ſubnaſci error, quaſi de temporibus Abelardo aſſignatis ſermo eſſet, quod tamen nec Auentinus prodidit, nec Magdeburgenſes voluerunt. Annum autem qui dant Rucelino 1137. eos haud dubie Auentinus non intellectus feſellit. Is vbi narraſſet Lotharium II. Imperatorem memorato anno obiiſſe, poſt pauca addit, hisce quoque temporibus fuiſſe Rucelinum. Id illi de tempore, quo obiiſſet Lotharius interpretandum putauere, cum verius ſit, voluiſſe Auentinum, ætatem Rucelini incidiſſe in imperium Lotharii. Vnde neque determinate *annum*, ſed *tempora* memorat, lato & ad totum imperii Lothariani ſpatium extenſibili vocabulo. Memoratur autem Lotharius anno 1125. regnare cœpiſſe.

Nec anni puncta de Rucelino explorata habuit Auentinus, id tantum ſibi perſuadens, ſub Lothario eum vixiſſe (quanquam ne ſic quidem acu rem tetigit) itaque commodiſſimum viſum, ſi eius mentionem quaſi digreſſionis in modum interiiceret eo loco, quo poſt commemoratam Lotharii mortem ad Conradi III. tempora progrediendum erat. Sane pro digreſſione eum hæc haberi voluiſſe ipſe innuit f. 498. his verbis: *Atque quamvis*

Digitized by Google

vis hac nihil ad hiſtoriam attineant, tamen in hac diuertiſſe non fuerit alienum.

§. VIII. A Philoſophia Scholaſticorum progrediamur ad eorundem *Theologiam.* Huic initium dediſſe haud abſurde pronunciabimus *Petrum Abelardum*, (*a*) Rucelini diſcipulum (*b*) eundemque Gallum. (*c*)

(*a*) Equidem *Philoſophia* quoque nomine celebris ſuo tempore fuit Abelardus. Nec pauca in hanc rem proſtant indicia. *Dialecticum* fuiſſe cognominatum teſtatur Hornius VI. Hiſt. Philoſ. c. 2. p. 297. quod non male fulcias ex Trithem. de Script. Eccl. p. 74. & appendice ad Henricum Gandauenſem f. 174. Otto Friſingenſis de eo l. de geſtis Frid. I. c. 47. *Magiſtrum induens Parrhiſius venit, plurimum in inuentionum ſubtilitate non ſolum ad philoſophiam neceſſariarum, ſed & pro commouendis ad iocos animis utilium valens.* Paulo poſt addit, eum *ſententiam vocum ſeu nominum in naturali tenuiſſe facultate*, quod interpretari licet, Nominalium doctrinæ in philoſophicis fuiſſe addictum.

Ioan. Saresberienſis paſſim eum vocabulo *Peripatetici Palatini* in Metalogico ſuo deſignat. Quanquam enim p. 14. 84. 129. 147. 156. nomen Abelardi ſub hoc elogio tamen additum inuenies lib. II. c. 17. p. 99. (verba ipſa in hanc rem dabimus infra ad §. 18. n. 28.

18. n. 28. prope fin.) Vocat autem *Peripateticum* quidem, quod in philoſophia principem Peripateticorum Ariſtotelem ſequeretur (*Philoſophum Peripateticum* etiam Platina nominat p. 198. de vit. Pontif. ſub Lucio II.) *Palatinum* vero, vt opinamur, quod in monte Genouefæ, vbi docebat, inſigne fuerit Palatium. Sane hic docuiſſe demonſtrant hæc Saresberienſis verba II. Metal. 20. p. 84. *Cum primum adoleſcens ad modum migraſſem in Gallias, contuli me ad* Peripateticum Palatinum, *qui tunc in monte Sancta Genouefa clarus doctor & admirabilis omnibus præſidebat.* Fallitur proinde Ioannes Fileſacus exiſtimans *Peripateticum Palatinum* vſurpari a Saresberienſi tanquam commune omnibus Philoſophis, modo ſinceri eſſent, elogium, neque obſeruans eſſe id certo alicui propriam periphraſin. *Quoniam* (inquit lib. III. ſelect. p. 33.) *in multorum reprehenſionem* Philoſophi *olim venerunt, ne quis promiſcue damnatos omnes fuiſſe credat, veteres ſinceros & veros philoſophos a fucatis & falſis ſecernere conſueuerunt. Hinc nonnullos a Cicerone quaſi* Conſulares *appellatos refert B. Auguſtinus, quoniam eorum magni penderet auctoritatem. S. Ambroſius de* Platonicis *adeo* magnifice *ſenſit*, vt Platonis Patriciam proſapiam *appellet.* Peripateticos Palatinos *dixit Ioannes Saresberienſis* De-

Digitized by Google

cepit doctiſſimum virum locus e lib. I. Metalog. c. 5. (quem & in margine citat) perperam intellectus, vbi hæc leguntur: *Sed & alii viri amatores literarum (vtpote Magiſter Theodoricus artium ſtudioſiſſimus inueſtigator, item Wilhelmus de Conchis Grammaticus poſt Bernhardum Carnotenſem opulentiſſimus, &* Peripateticus Palatinus, *qui Logicæ opinionem præripuit omnibus coætaneis ſuis, adeo vt ſolus Ariſtotelis vſus crederetur colloquio) ſe omnes oppoſuerunt errori.* Putavit ad Wilhelmum de Conchis pertinere, vt *opulentiſſimi Grammatici*, ſic & *Peripatetici Palatini* titulum, & hunc quidem tanquam elogium ipſi cum quolibet aliquo præclaro Philoſopho commune. Sed collatio tot locorum, quibus Peripatetici Palatini inſerta mentio eſt, dubitare nos non ſinit, quin ſolum hoc elogio exornatum Saresberienſis voluerit Abelardum, populari fortaſſe conſenſu vulgariter ſic appellatum. Hæc cum ita ſint, fatendum quidem, non incelebre nomen inter Philoſophos fuiſſe Abelardi, prioribus videlicet temporibus: ſed idem poſtea ſibi ad Theologos quoque putauit adſcendendum, quemque inter Philoſophos Scholaſticos principatum obtinuiſſet Præceptor ſuus Rucelinus, eundem ſibi quærendum penes Theologos. *Theologicæ Scholæ Rectorem* aperte ipſum facit Henricus Gandav

c. 16.

c. 16. de Script. Eccl. f. m. 164. *Nouum de veteri Magiſtro Theologum* Bernhardus epiſt. ad Innocentium II. (Launoy l. cit. p. 28.) Accedit quod ſententiam vocum ſeu nominum non caute Theologiæ admiſcuiſſe, Otto Friſing. lib. I. de geſtis Frid. c. 47. ipſum teſtatur. En ergo mixturam Theologiæ & Philoſophiæ, quæ omnino peperit nobis Theologiam Scholaſticam. Huc referendum etiam iſtud Trithemii in Catalogo p. 74. *Ab hoc*, dicentis, *tempore* (Abelardi) *Philoſophia ſecularis ſacram Theologiam ſua curioſitate inutili fœdare cœpit.* Vid. omnino Schediaſma Hiſt. Excell. Dn. Præſidis p. 63. ex quo & iſtud memorandum venit, quod ab Abelardo mixtio hæc Theologiæ primo formam artis acceperit. Id quod ex Bernhardo, Henrico Gandauenſi & Trithemio ſtabilitum invenies Schediaſ. cit. p. 62.

(*b*) Vid. §. 6. lit. c. Conf. Cauſſinus de Eloq. p. 171. Merl. ad Bernhardum f. 37. qui innuit hoc Lutetiæ factum.

(*c*) Natus enim eſt in Diœceſi Nannetenſi ad Ligerim atque adeo oriundus fuit e Britannia Galliæ. (Vid. Merl. ad Bernh. f. 36. Magdeburg. Cent. XII. f. 1707. Otto Friſing. l. de geſtis Frider. 47.) Diſtinguenda hæc Britannia ab ea, quam Angliam vocamus. Quod obiter monere placuit, ne quis Abelardum pro Gallo nobis Angluum obtrudat. Carionem hoc feciſſe

ciſſe (quanquam locum huius deprehendere nondum licuit) teſtis eſt Gabriel Prateolus lib. XIV. Elench. Hæreſ. (apud Gualterum lib. II. Chron. Chron. Eccleſ. p. 681.) his verbis: *Petrus Abelardus in Gallia ortum habuit, licet Carion lib. III. Chronicorum ſuorum illum Anglum fuiſſe aſſerat.*

§. IX. Simul ita patet, in quod ſeculum hæc mixtio Philoſophiæ cum Theologia incidat, nimirum in duodecimum (*a*) ſiquidem Abelardi Præceptorem Rucelinum reiecimus ad finem ſeculi præcedentis.

(*a*) Petro Abelardo paſſim adſcribi videas annum 1140. Ita faciunt Trithem. de Script. Eccl. p. 74. Eder. de hæreticis p. 75. 284. Non male. Conſtat enim hoc ipſo anno fuiſſe damnatum hæreſeos in concilio Senonenſi ſub Innocentio II. Papa, idque præter alios Baronius Tom. XII. Annal. f. 297. & ſeqq. docebit. Reddendus ergo hic annus Richtero in Chronicis p. 152. vbi, culpa fortaſſe typographi, pro 1140. legitur 1146. Enimuero an. 1146. iam in viuis eſſe deſierat Abelardus, mortuus quippe an. 1141. vti teſtatur Merlo annot. ad Bernhard. f. 40. Qui ſimul anachroniſmum notat Seuerini Binii & Genebrardi, quorum ille duo concilia Sueſſionenſe & Senonenſe contra Abelardum eodem anno celebrata tradit, hic non niſi vnius anni interuallum

vallum agnoſcit, cum tamen inter vtrumque viginti annos interceſſiſſe (nam Sueſſionenſe incidit in annum 1120.) temporum ſeries conuincat. Notare ſimul licebit errorem Prateoli, qui lib. XIV. elench. hæreſ. p. 681. vixiſſe ait Abelardum Cæleſtini II. Pontificis temporibus circa annum 1143.

§. X. Hæc cum ita ſint, eorum tamen ſententia, qui a Lombardo Theologiam Scholaſticam auſpicantur, non ita diſplicet nobis, vt conciliari cum ea noſtram poſſe deſperemus. (a)

(a) Vt Rucelinum Abelardus, ſic Abelardum Lombardus habuit præceptorem. Scripſit autem Lombardus quoque, quod nemo ignorat, libros ſententiarum, præceptorem ſuum imitatus, quin & non pauca ex Theologicis eius tractatibus eſt mutuatus, vt ex Fileſaco diſcimus. Felicior tamen Magiſtro ſuo fuit Lombardus, vtpote qui ſuo ſyſtemate ſic inclaruerit, vt hoc nomine ſolus regnaret in Scholis; multosque Commentatores nanciſceretur: quod affirmari de Abelardo non poteſt. Ac neſcimus, an huius ſententiarum liber ad noſtra vsque tempora vitalis fuerit. Dicent hoc, quibus Abelardi opera ſub initium ſeculi huius demum edita Pariſiis perluſtrare datum eſt. Hoc certum, quoties audimus vocari *Magiſtrum ſententiarum*, non

alium

Digitized by Google

alium intelligi, quam Lombardum. Cauſa vero, cur celebritatem hanc præriperet Magiſtro diſcipulus, hæc fuiſſe videtur, quod nomine hæreticarum opinionum, quas dubio procul & libro ſuo inſperſerat, male paſſim audiret Abelardus. Quanquam autem viciſſim non pauca fuerunt, in quibus *nec Magiſter ſententiarum tenebatur*, (nota hæc phraſis) conſtat tamen non perinde Lombardo a ſuis inuſtum fuiſſe ſtigma hæreſeos. Sciendum hæc ergo primus Theologiæ Scholaſticæ parens fuerit Abelardus, ſi qualecunque ſyſtema reſpicimus, primus Lombardus, ſi tale cogitamus ſyſtema, quod publicum applauſum excitauerit.

§. XI. Aliter pronuciandum de iis, qui vltimam Theologiæ Scholaſticæ originem a Lanfranco deducunt (*a*) Neque enim Lanfranco, qui Abelardum integro ſeculo anteceſſit, vllum ſententiarum librum aut Theologicum ſyſtema tribuunt Bibliothecæ.

(*a*) Lamberti Danæi hanc ſententiam fuiſſe obſeruauit Excell. Dn. Præſes Schediaſm. Hiſt. p.62. Danæo adiungendus eſt Alſtedius, qui tamen telis iisdem, quibus Danæus, confodi poteſt. Suſpecta hæc ſententia, ac digna, quæ deſereretur, viſa etiam Hornio fuit, qui obſeruans non poſſe ſatis tuto conſiſtere eam, lib. VI. hiſt.

Digitized by Google

VI. hiſt. Philoſ. cit. p. 297. ſic inquit: *Vetus* (i. e. prima Scholaſticorum ætas) *ſiue a Lanfranco ſiue POTIVS* (vides ergo ſe corrigentem ipſum ac Lombardo potius initia tribuentem) *Petro Lombardo ad Albertum M. decurrit.*

§. XII. Hæc proinde origo fuit Theologiæ & Philoſophiæ Scholaſticæ, quæ tamen exſpiraſſe (*a*) æuo ſuperiore beneficio B. Lutheri (*b*) & Philippi Melanchthonis (*c*) cenſenda.

(*a*) Tametſi enim curioſas Scholaſticæ diſciplinæ quæſtiones non plane deſinunt tractare Jeſuitæ, idpropter merito *Scholaſtici iuniores* dicti a nonnullis (Vid. Tribbechouius integro capite VIII. hoc pertractans) at expiraſſe tamen in noſtris eas academiis præcipue miniſterio B. Lutheri ac Melanchthonis defendimus.

(*b*) Lutherum quod attinet, de eo ita P. Langius Monachus Chron. Citizenſis p. 805. (Tribbechou. p. 154.) cum Scholaſticorum errores tetigiſſet: *Martinus Lutherus, Theologus conſummatus, profundus & incomparabilis ſacram Theologiam ad fontanam dignitatem, primauam puritatem nec non Euangelicam ſinceram ſimplamque ſuam illam innocentiam & integritatem omni prorſus philoſophia ſeculari exploſa reducere conatur*, imo, quod nos addimus, per diuinam gratiam reduxit

duxit. Sic & Alphonſus a Caſtro lib. I. adv. hæreſ. c. 4. B. Luthero adſcribere videtur reformationem Scholaſticorum: *Nugas vendiderunt Doctores Papatus a trecentis usque ad reformationem Lutheri annis, a qua cœptum transferri ad meliora ſtudia.* (Tribb. p. 70. 71.)

(c) De Melanchthone res eſt expedita, ſi quis nouerit, quid laboris vir ille in Philoſophiam contulerit; hoc vero nouimus omnes proſtantibus in publicum operibus eius.

§. XIII. Jam ſi a Rucelino ad Lutherum usque tempora computamus, patebit, in orbe Latino Scholaſticam doctrinam quatuor ſibi ſecula cum uno fere quadrante poſcere. (a)

(a) Cum enim Rucelini ætas in annum ad minimum 1094. incidat (non enim iuniorem eſſe docuimus §. VII. nota ſubiuncta) & Lutherus an. 1517. reformationem orſus fuerit, intercedere inter primordium & finem circiter 425. annorum ſpatium facilis numeratio: nec enim duobus anni plures deerunt.

§. XIV. Quod annorum ſpatium Alſtedius (a) non inepte, niſi quod a Lanfranco incipit, (b) in tres ætates diuidit.

(a) Equidem Alſtedio hanc Theologiæ Scholaſticæ in tres ætates partitionem iam Danæus præiuerat Proleg. in lib. I. Lombardi ** 1. ſeqq.

quam

Digitized by Google

quam & in breuiora contrahit Binderus cap. I. de Scholaſt. Theol. p. 22. 23. Sed quia diligentiam Danæi hac parte vicit Alſtedius, quod ſingulis ſingularum ætatum Scholaſticis certum anni, quo quisque floruerit, numerum adſcripſit, ad Alſtedium hic maxime oculos reflectere placuit. Fatendum tamen non per omnia hic cum Danæo conſentire Alſtedium.

(*b*) Vid. quæ dicta ad §. XI. lit. *a*.

§. XV. Definit autem iuxta Alſtedium ætas prima in Alberto M. (*a*) a quo exordiens alterum finit in Durando, (*b*) a Durando tertiam pertendit vsque ad Dominicum a Soto. (*c*)

(*a*) Quod ab Alberto M. altera ætas inchoatur vel eo ſe nomine nobis approbat, quia non modo a Lombardo ad Albertum integri ſeculi metiri licet interſtitium, verum etiam ab Alberti maxime tempore variæ ſcholaſtice philoſophantium ſectæ fuerunt ortæ. Neque contemnendum, quod Danæus obſeruauit, Albertum Magnum fuiſſe, qui Philoſophiam profanam, Ariſtotelicam puta, iam quidem in limen SS. Theologiæ a ſuperioribus introductam in adyta ipſa ſacrarii Chriſti intromiſerit, illique in ipſo illo templo principem ſedem collocaverit.

Digitized by Google

(*b*) *Durandus* hic ſolet cognominari a S *Porciano*, vt ab aliis eiusdem nominis, cum quibus alias confundi ſolet, Speculatore cumprimis, diſtinguatur. Iam inter Albertum M. qui anno 1250. & hunc Durandum, qui anno 1320. floruit, non niſi 70. anni intercedunt, vt adeo ſeculari ſpatio ſatis multum ſic deſit. Quæras ergo, cur nouam ætatem inchoet Durandus? Nondum vidimus, qui cauſam exponeret. Nam Danæus mediam quidem ætatem finit in Durando, vltimam vero a neſcimus quo Hereno de Boio inchoat, qui Cyrilli Carmelitani (hunc Danæus inter primæ ætatis ſcriptores memorat) diſcipulus fuerit. Dici fortaſſe poterit, ideo factum hoc ab Alſtedio, quia Durandus, quem Dominicani fuiſſe ordinis conſtat, nouo exemplo acerrimus fuerit impugnator Thomæ Aquinatis, cuius alioquin doctrinam ordo ille ſanctiſſime ſolet venerari. Cæterum Danæus ſecundæ tertiæque ætatis diſcrimen in eo ponit, quod quæ modeſtia in ſuperiori & media Scholaſtica adhuc manſerat, ne temere de quibusdam ritibus & quæſtionibus adhuc dubiis affirmaretur, eam tertia ætas ſuſtulerit, in qua de rebus etiam abditiſſimis magiſtraliter affirmari cœptum ſit.

(*c*) *Thomas de Vio Caietanus*, *Iacobus Almainus*, *Sylveſter Prierias*, *Franciſcus Victoria*, *Dominicus* a Soto ab Alſtedio ita coniunguntur,

guntur, vt vniuerſis ad marginem appingat annum 1500. Ac vixerunt quidem hi omnes ſuperiore ſeculo, diſtingui tamen debere vtcunque videntur. *Almainus* anno 1518. iam obierat, teſte Labb. Tom. I. de Script. Eccl. p. 418. Eodem anno conſtat cum *Caietano* Auguſtæ collocutum fuiſſe Lutherum, qui paulo ante Antagoniſtam expertus fuerat *Prieriatem: Franciſco Victoria* idem annus 1546, qui Luthero, *Dominico* autem *a Soto*, qui Franciſci Auditor fuit, idem 1560, qui Philippo Melanchthoni fatalis fuit: id quod e Labb. Tom. I, de Script. Eccleſ. p. 325. & 265. colliges. Hi ergo vtcunque reformationis Lutheranæ tempora attigerunt. De *Gabriele Biel* (quem Alſtedius anno 1490. Tubingæ docuiſſe annotauit) haud temere idem dixeris. Quid ergo cauſæ eſt, cur in eo Georgius Hornius VI. Hiſt. Philoſ. 5. p. 300. & 301. tertiam Scholaſticorum ætatem claudit? Vix alia opinamur, quam quia memoriæ vnice confiſus (quod eius vitium & pl. Reverendus Dn. L. Menkenius, Præceptor meus ætatem deveneranndus, ad Lectorem Orbis Politici quoque notavit) lectos olim a ſe libros denuo conſulere gravatus eſt.

§. XVI. In varias hi Scholaſtici Philoſophi easque famoſas ſectas poſt Albertum Magnum videntur eſſe diuiſi. (*a*)

 (*a*) Nota

Digitized by Google

(a) Nota enim ſunt nomina *Albertiſtarum*, *Thomiſtarum*, *Scotiſtarum*, *Occamiſtarum*, *Bacconiſtarum*, *Ægidianorum*, *Alexandreorum*. De quibus Cornelius Muſſus in Comment. ad Rom. 6. poſtquam in eos valde invectus erat: *Iurauerant*, inquit, *vniuerſi diuini verbi duces in Magiſtrorum verba. Hinc ſexcentæ ſectæ, Thomiſtæ, Scotiſtæ, Occamiſtæ, Bacconiſtæ, Albertiſtæ, Ægidiani, Alexandrei.* (Tribb. p. 164.)

§. 17. Quanquam enim iam Rucelini ævo in Nominales & Reales eſſent diuiſi, exſpirauit tamen, ſi non in Rucelino, in huius tamen diſcipulo Abelardo ſecta Nominalium. Quam poſtea iterum incruſtavit Occamus. (*a*)

(a) Sub Rucelino ortam eſſe ſectam Nominalium §. VI. diximus; dicendum nunc eſt de eius fortuna. Ipſe Rucelinus ſucceſſu haud proſpero eſt vſus, quia nihil eſſe, quam flatum vocis vniuerſalia docuit: abhorrente igitur nimiam abſurditatem ſeculo contemptus eſt, ſecumque propemodum intermori hoc dogma vidit. Eſtque in eum hoc epigamma Leoninum conditum, quod recenſet Aventinus lib. VI. f. 498.

Quas

Digitized by Google

Quas Ruceline doces, non vult Dialecti-
ca voces,
Iamque dolens de ſe non vult in vocibus
eſſe.
Res amat, in rebus cunctis vult eſſe die-
bus.
Voce retractetur, res ſit, quod voce do-
cetur.
Plorat Ariſtoteles rugas ducendo ſeniles.
Res ſibi ſubtractas per voces intitulatas.
Porphyriusque gemit, quia res ſibi lector
ademit.
Qui res ſubrodet, Ruceline, Boetius odit.
Non argumentis nulloque ſophiſmate ſen-
tis.
Res exiſtentes in vocibus eſſe manentes.

Ruentem Præceptoris cauſam diſcipulus ſuſtinuit Petrus Abelardus, proque *flatu vocis* ſubſtituens *conceptus ſignificatos*, tanquam nouo tibicine ſubiecto, non infeliciter fulcire viſus eſt. Magnus hic & ſubtili ingenio quamuis eſſet, non perfecit, vt Nominalium ſecta ſupra Reales caput extolleret ſiue præualeſcente Realium Numero, ſiue quod odium hæreticæ prauitatis, cui ſe obnoxium fecerat, in hanc etiam cauſam Philoſophicam incumberet. Poſt Abelartum dicere non habemus, an quiſquam per ea tempora Nominalium cauſam defenderit. Nominare quidem poſſumus Abelardi diſcipulos, Gui-

donem de Caſtello, Arnoldum de Brixia, Berengarium Pictauienſem, Ganfredum Antiſidorenſem, Iohannem Saresberienſem, ipſumque Lombardum; at nemo eſt horum, quem compertum habeamus, Scholam Nominalium continuaſſe. Seculo vero decimo tertio velut denſo agmine Franciſcani non minus quam Dominicani, h. e. Scotiſtæ pariter ac Thomiſtæ, non ſuperſtitibus Nominalibus, pro Realitate pugnarunt, vſque dum ſequenti ſeculo *Occamus* omnia Præceptoris Scoti placita impugnans, nouis machinis & inuſitata ingenii ſubtilitate exſtirpatam Nominalium doctrinam reduceret, tanto ſucceſſu, vt a ſuis *Venerabilis Inceptor* dici mereretur. Eandem doctrinam poſt hunc diſcipuli eius pulſi Pariſiis, in Germania, Buridanus in Viennenſi, Marſilius ab Ingen in Heidelbergenſi academia plantarunt; quin & Erfordiæ, Ingolſtadii, Tubingæ, fortaſſe & Baſileæ quondam Nominales aut primas tenuerunt partes aut non plane nullas. Autor enim Trithemius eſt, Iohannem de Lapide doctrinam eorum, qui Reales appellantur, primum ad Baſileenſem academiam tranſtuliſſe, vnde colligas ante hunc Iohannem Nominales ibi dominatos. Sed de Erfurtenſi, Ingolſtadienſi, Tubingenſi academia res eſt clarior. Nam Erfurdiæ B. Lutherum,

Tu-

Digitized by Google

Tubingæ Philippum Melanchthonem Nominalium præceptis imbutos olim fuiſſe conſtat.

§. XVIII. Porro illæ Nominalium cum Realibus concertationes vniuerſæ quidem Philoſophiæ partes infinitis prope diſſidiis impleuerunt: In doctrina tamen de vniverſalibus, quam ad Logicam ſeu Dialecticam retulerunt, vltimus tot controuerſiarum fons quærendus eſt. (*a*)

(*a*) Liceat rem totam & paulo altius ordiri & non parce deducere. Vetuſtiſſimis olim temporibus veluti campus, in quo cum Realibus congrediebantur Nominales non alius præter Dialecticam ſeu Logicam fuit: Vnde & Anſelmo hæreticos Dialecticæ appellatos fuiſſe Nominales notum eſt. Et quamuis eorum placita in alias quoque Philoſophiæ partes ſubinde inciderent (quoniam neceſſe eſt, ſi quid in vniuerſali diſciplina, cuius generis & Logica eſt, peccatum ſit, id in cæteras aut ſpargi conſulto aut ſua vi ſerpere) in Logica tamen arcem cauſæ ſuæ ſitam habuerunt. Erat equidem contentio illa, (ſi accurate loquendum ſit) potius Metaphyſica, quam Logica, quippe quæ de exiſtentia vniuerſalium agitabatur, quam expedire Metaphyſici munus eſt, expeditam a Metaphyſico Logicus mutuatur demum, & ad eius figuram prædicabilia ſua, quæque hinc alia ſequuntur por-

Digitized by Google

ro, adaptat. Veruntamen, quo primum ſeculo Nominalis ſecta prodiit, vel nondum e tenebris in orbe Latino Metaphyſica emerſerat, vel magna ſui parte intra Dialecticæ artis, maiores nido pinnas extendentis, quaſi amplexus delitescebat; vnde factum eſt, vt hæc contentio Dialecticorum eſſe credita fuerit, perſuaſione etiam ad noſtram ætatem ſic perdurante, vt de vniuerſalium natura a pluribus & prolixius ad Iſagogen Porphyrii, quam ad Ariſtotelis Metaphyſica diſputetur, Hanc ipſam tamen in alienos euagandi limites licentiam iam ſuo æuo in uetuſtiſſimis Nominalibus, quibus ſuppar fuit, caſtigauit Ioan. Saresberienſis in Metalogico ſuo p. 131. his verbis: *Litera ſuauiter excutienda eſt, & non more captiuorum acerbe torquenda, donec reſtituat, quod non accepit. Porro auſterus nimis & durus Magiſter eſt, tollens, quod poſitum non eſt, & metens, quod non eſt ſeminatum: Qui Porphyrium cogit ſoluere, quod omnes Philoſophi acceperunt.* Sic igitur in Logica belli quaſi ſedem hæc de vniuerſalibus contentio olim habuit. Neque tamen primi omnium fuerunt Nominales, qui de Vniuerſalibus digladiarentur. Diu ante ipſos Græcorum Philoſophorum Scholæ ſuper hoc ipſo argumento ſciſſæ fuerunt in partes. Heraclitus Epheſius, Cratylus, aliique ante Platonem omnino negabant eſ-

ſe

Digitized by Google

ſe quid in rebus vniuerſale, quandoquidem omnia fluere, omnia fieri, nihil eſſe, hoc eſt, firmum nihil atque immutabile ne in momentum quidem perſeuerare iudicabant. Qua quidem in re ad naturalia tantum corpora reſpicere viſi ſunt; ſed cum hoc pacto vna cum vniuerſalibus ipſam quoque rerum naturalium ſcientiam de medio tollerent (quam non de ſingulis rebus, ſed vniuerſis, non de fluxis, ſed permanentibus ac conſtantibus haberi iam diu a ſapientibus fuerat praeiudicatum) neque tamen negari poſſet, ſummam eſſe natiuorum corporum inconſtantiam, iam orientium, iam intercidentium rurſus, ideas *Plato*, produxit in ſcenam, hoc eſt, eorum, quae ſenſu percipimus, exemplaria quaedam aeterna, neque vlli mutationi obnoxias formas, in quas intuens DEUS haec quae diximus, produceret: a quibus quia ipſae eſſent ſuapte natura ſeparatae, inde fieri, vt a variis rerum caſibus nihil viciſſitudinis acciperent aut contraherent labis, ſed in eodem ſtatu quieſcerent perpetuo: has nimirum eſſe vniuerſales naturas, quarum contemplatione, quicquid eſt humanae ſcientiae, definiretur. Eas poſtea diſcipulus eius *Ariſtoteles* labefecit, & ideas ſeu ſpecies illas Platonicas inania tantum eſſe τερέτισματα, auribus potius oblectandis, quam exſaturandae menti idonea, pronunciauit; neque enim

ſaluar

ſaturari ſcientiam non poſſe, niſi animus, neſcio quas a ſingularibus rebus cunctis ſeparatas ſpecies venaretur, ſed res ipſas viſibiles intuendo tantum nos latentis ibi naturæ vniuerſalis excerpere poſſe, quantum ad conſtituendam homine dignam ſcientiam ſufficiat. Inſecutis temporibus *Stoici* quoque de Ideis ſeu vniuerſalibus philoſophati ſunt: verum ea non vt Plato rebus ipſis antiquiora fecerunt, neque tamen cum Ariſtotele rebus crediderunt immerſa, ſed eas nihil aliud eſſe docuerunt, quam rerum in animo noſtro notiones atque reſplendentes & impreſſas intelligentiæ imagines. Eorum ergo e priſcis Philoſophis, qui vniuerſalia eſſe aliquid faterentur, trifariam ſecta fuit opinio. Aut enim cum *Platone* dicebant ea naturas eſſe ſingularium rerum ortum antegreſſas, aut aſſentiebantur *Ariſtoteli* in ipſis ea ſingularibus quærenti, aut cum *Stoicis* tum demum exiſtere opinabantur, cum deſignata cogitatione quaſi fœtus quidam in animo procrearentur. Atque hoc illud eſt, quod in Scholis triplex eſſe fertur Vniuerſalium genus, *ante* multa, *in* multis, *poſt* multa: primum quippe Platonis propria, ſi cum Seneca loqui velimus, ſuppellex; alterum familiare Ariſtoteli; tertium decantatum a Stoicis: quanquam non ita penitus vniuerſalia ſingularibus impegit Philoſo-

loſophus Sagirites, quin exiſtimaret earum formas ſeu ſimulacra intellectus beneficio abſtrahi etiam inde & ita ſeorſim effingi poſſe. ...... Hæc itaque antequam Nominalium ſecta in orbe Latino foret orta, de vniuerſalibus inter vetuſtos Græci orbis Philoſophos diſceptarunt. Parum autem abeſt, quin *Stoicorum* opinionem reſuſcitaſſe *Nominales* dicendum ſit. Sane enim cum iis vniuerſalia nihil eſſe præter conceptus exiſtimabant. Quin & hoc accepimus, ea Stoicos οὔτινα appellaſſe & οὔτινα ἀνθρώπων non hunc aut illum hominem, ſed hominem in genere, vnde & Sophiſmatum genus quoddam οὔτις appellatum eſt, in quo videlicet ἐκ τοῦ τινὸς πρὸς τὸν οὔτινα h. e. a ſingulari ad vniuerſale perperam progrederetur argumentatio. Quanquam B. noſter Danhauerus in Idea Boni Diſp. &c. p. 138. a bello fere Troiano hoc Sophiſmatum genus deriuari velit, cum ominante Biſciola tom. VII. ſubſec. lect. c. 8. l. 5. quaſi ab Vlyſſe ortum eſſet, qui lib. 9. Odyſſ. ſe Vtin Polyphemo nominauit. Iam οὔτινα ſi latine vertas, *nulla* ſonant. Vel hinc igitur exiſtimabis, quam prope afuerint a Stoicis Nominales. Stoicis vniuerſalia erant οὔτινα, h. e. nulla: Nominales eadem negabant eſſe res; quid hoc aliud quam non entibus ea accenſere? Itaque & Auentinus VI. Annal. f. 497. Nominales Stoico-

rum

rum ſectatores haud obſcure perhibet. Obſeruauit tamen Ioan. Craſſotius diligens, ſi quis alius, opinionum in hoc argumento expoſitor atque collator, duabus præcipue rationibus a Stoicis Nominales diſtingui debere. Nam Stoici aperte ſuas a Peripateticis diſſenſiones profeſſi ſunt ſemper; Nominales autem opinioni ſuæ nomen Ariſtotelis prætenderunt, ſententias eius non plane nullas eidem accommodantes. Præterea ſub vniuerſalibus Stoici conceptus tantum mentis, non etiam ore prolatas voces ſeu Nomina, quod Nominales feciſſe conſtat, comprehendiſſe videntur. Sed hæc tamen vtriusque factionis interualla non tanta ſunt fortaſſe, vt non quaſi in iiſdem caſtris militare ambæ dici queant. Certe qui cum Nominalibus pugnam ſuſceperunt, vt Peripateticæ Philoſophiæ hæreditate eos excluderent, Stoicorum eos hac in re placitum, non Ariſtotelis defendere ſententiam exprobrarunt. Viciſſim a Nominalibus Reales, vt qui Platonica de ideis ſeu formis exiſtentibus portenta propugnarent, exagitati, contrariaque accuſatione ab Ariſtotelici nominis vſurpatione prohibiti ſunt. Verum has criminationes non ab omnibus promiſcue reciprocatas eſſe, ſed ab iis tantum, qui vetuſtas Philoſophorum ſectas, vel earum interpretationes veris

inter

Digitized by Google

inter ſe nec componendis diſſidiis certare non ignorarent, facile perſuaſeris. Cæterum vt Cicero ſummæ vir in philoſophando, libertatis Stoicos a Peripateticis & Academicis omnia transtuliſſe, nominibus tantum aliis easdem res ſecutos, cenſet: ita, quod mireris, iuratæ Peripato nationis viguit aliquando tale ſeculum, quod crederet a Platone Ariſtotelem non re, ſed verbis diſſidere.

Quam vtriusque Philoſophi concordiam Boëthius quoque in omnem philoſophiæ partem non promiſit ſolum, verum etiam (ſi quibusdam credimus) agreſſus eſt aliquando: tametſi aut operis magnitudo aut immatura mors obſtitit, quo minus ad exitum illud perduceret. Quo autem tempore in duas has ſectas Nominalium ac Realium ſciſſus eſt Peripatus, notiora propemodum erant in Scholis Boëthii ſcripta, quam ipſius Ariſtotelis. Quo factum dixerimus, vt non pauci per ea tempora, ſiue nominum ſiue rerum ſententiam tuerentur, Platoni pariter atque Ariſtoteli approbare eam ſe poſſe confiderent quorum neutros adverſæ parti platonice philoſophandi ſtudium pro crimine impegiſſe quis ambigat? Ac Nominalibus quidem rationes Platonicas perplacuiſſe vel inde quis ſuſpicetur, quia inter obiectas Abelardo, poſt Rucelinum Nominalis exercitus Ductori primario, hæreſes etiam hæc fuit, quod Spiritum

tum S. doceret animam mundi eſſe, tantoque excellentius animal eſſe mundum, quanto is animam haberet meliorem. Quin autem hæc ex affectu tenerrimo in Platonem fuerint profecta, non ſinunt nos dubitare verba S. Bernhardi, qui hunc eius errorem caſtigans *multum eum ſudaſſe*, ſcribit, *quomodo Platonem faceret Chriſtianum.* Quod ſi quis contendat maximam partem hæreſeos Abelardinæ, cuius quidem ille habitus reus & duobus in conciliis Sveſſionenſi & Senonenſi damnatus fuit, e Platonicis fontibus effluxiſſe, ab eo non vehementer diſceſſerimus. Eius enim dogmata modo Sabellium, modo Arium, Neſtorium, Pelagium ſapuiſſe perhibentur, quibus omnibus hæreticis Patriarcha quin fuerit Plato, illi ſoli dubitant, quibus eccleſiæ Chriſtianæ ignota eſt hiſtoria.

Ergo ſi Platoni Theologiam ſuam attemperauit Abelardus, eidem quoque congruenter prius philoſophatum eſſe vero eſt perquam ſimile: vt ob hæc in epitaphio ſuo non tantum Ariſtoteli, ſed & Platoni comparari meruerit, his verſibus a Petro Cluniacenſi ornatus (apud Magdeb. Cent. XII. f. 1708.)

Gallorum Socrates, Plato maximus Heſperiarum
Noſter Ariſtoteles - - -
Abelardus erat - - -

Neque

Neque deerunt argumenta veroſimilia, quibus perſuadetur, ſi quis hoc agat, ſatis vicinam Platonis dogmatibus fuiſſe Nominalium ſententiam. Docuit Plato vniuerſales naturas non eſſe ſingularibus inſitas, ſed ab iis oppido ſeiunctas. Quid hic eſt, quod Nominales ferre non poſſint? Vniuerſalia Plato docuit in diuina mente effulgere, angelorum & hominum intellectui inſeri profeſſus eſt. Ne hic quidem audias quicquam quod ſuum facere nolint Nominales. Non id quidem aſſeueramus, deliberatum eis fuiſſe, vt ab Academicis aduerſus Peripateticos ſtarent, ſed cum hos duos Scholarum Principes pacem inter ſe colere in animum induxiſſent, dogma illud ſuum Nominale opinati ſunt non Platonicis minus, quam Ariſtotelicis placitis congruere. Idem recentiore memoria Philippo quoque Melanchthoni hac in cauſa perſuaſum fuit. Is enim Ideam a Platone nihil aliud vocari, quam quod Ariſtoteles ſpeciem appellat, diſerte pronunciat. Nominalium autem opinione imbutum fuiſſe vel ex iudicio Camerarii nobis innotuit. Hæc ergo documenta eius amicitiæ, quam Nominalium quibusdam cum Platone interceſſiſſe diximus, fidem nobis faciunt. Viciſſim inter Reales quoque fuiſſe, qui Platonem haberent in deliciis, eumque Ariſtoteli conciliare niterentur, clariſſime poteſt

Digitized by Google

poteſt e Ioan. Saresberienſi doceri. Enimvero teſtatur ille, non modo Bernhardum Carnotenſem, qui ſe nominalium doctrinæ inter primos oppoſuit, quemque alibi perfectiſſimum inter Platonicos ſeculi ſui nuncupat; verum & ſectatores eius operoſe egiſſe, vt componerent inter Ariſtotelem & Platonem. Iam nec inidoneis rationibus compertum habemus, ſupparem illius ætatis Ottonem Friſingenſem a partibus Realium ſtetiſſe adverſus Nominales, Eum vero Radeuicus ciuis eius & continuator operis de geſt. Frid. I. Ideas aſſeruiſſe, diſerte ſcribit in eius epitaphio, quod ſatis manifeſte ad Platonicum de vniuerſalibus dogma alludit. Nequaquam tamen exiſtimandum eſt, omnes Realis Naturæ aſſertores ideas Platonis ea ætate approbaſſe. Itum eſt enim, ſub eadem licet familia, in diuerſas ſententias. Quod Saresberienſis in hunc modum enarrat: *Eorum, qui rebus inhærent* (his enim verbis Reales circumloquitur) *multa ſunt diuerſæ opiniones. Siquidem hic ideo quod omne quod eſt, rem vniuerſalem aut vnum numero eſſe, aut omnino non eſſe, concludit. Sed quia impoſſibile, ſubſtantialia non eſſe exiſtentibus his, quorum ſunt ſubſtantialia, denuo colligunt, vniuerſalia ſingularibus, quod ad eſſentiam, vniendum. Partiuntur itaque ſtatus duce Gautero de Mauritania & Platonem*

nem in eo, quod Plato eſt, dicunt Indiuiduum, in eo, quod homo, ſpeciem, in eo, quod animal, genus ſubalternum, in eo, quod ſubſtantia, generaliſſimum. Hæc ergo prima fuit Realium opinio. Secunda fuit modo citati Bernhardi: *Ille* (ſic enim pergit Saresberienſis) *ideas ponit Platonem æmulatus & imitans Bernhardum Carnotenſem, & nihil præter eas genus dicit eſſe vel ſpeciem.* Tertia ſequitur præeunte Saresberienſi: *Alius ut Ariſtotelem exprimat cum Gilberto Epiſcopo Pictauenſi* (alii Porretanum vocant) *uniuerſalitatem formis natiuis attribuit, & in earum conformitate laborat. Eſt autem forma natiua originalis exemplum, & quæ non in mente DEI conſiſtit, ſed rebus creatis inhæret ſingularis in ſingulis, ſed in omnibus uniuerſalis.* Quarta vero opinio ſic exponitur: *Eſt & alius, qui cum Gausleno* (Ioslenum alii vocant, nonnulli Gozelinum vel Ioſcelinum) *Sueſſionenſi Epiſcopo uniuerſalitatem rebus in unum collectis attribuit, & ſingulis eandem demit.* Quinta hæc eſt: *Eſt aliquis, qui confugiat ad ſubſidium novæ linguæ, quia Latinæ peritiam non ſatis habet: Nunc enim cum genus audit vel ſpecies, res quidem dicit intelligendas uniuerſales, nunc rerum maneries interpretatur. Hoc autem nomen in quo Autorum inuenerit vel hanc diſtinctionem, incertum habeo,* in-

Digitized by Google

quit Saresberienſis. Qui de ſexta denique opinione ſic loquitur: *Nec deeſt, qui rerum ſtatus attendat, & eos genera eſſe dicat & ſpecies.* Non id nunc agemus, vt oſtendamus hanc totam ſex opinionum varietatem in quatuor capita breuius conſtringi poſſe, idque nec ipſo Saresberienſi inuito. Satis habemus, quod demonſtrauerimus, fuiſſe in agminibus Realium, qui ideis Platonicis aperte patrocinarentur. Poſtea cum vniuerſa Realium natio Thomiſtarum præcipue ac Scotiſtarum nominibus cenſeretur, tametſi Ioannes Maior Hadingtonenſis a Realibus Platonem tum eo differre, quod poſuerit ideam ſeparatam a ſingularibus, tum aliis de cauſis aperte confeſſus eſt, Philippus tamen noſter Scotum, quod ineptias idearum, neſcio vbi volitantium, ſequeretur, obiurgauit, addens ei prorſus accidiſſe, quod fatuo cribri foramina obſtruenti. Sed ad Nominales reuertamur, quos & ipſos olim in diverſas cohortes ſciſſos fuiſſe, quarum vni Rucelinus, alteri diſcipulus huius Petrus Abelardus, tertiæ neſcimus quis, Duces ſe præbuerint, toties a nobis laudatus Ioann. Saresberienſis his verbis nos docuit: (1) *Alius conſiſtit in vocibus (licet hæc opinio cum Rucelino ſuo fere omnino iam euanuerit) (2) alius ſermones intuetur, & ad illos detorquet, quicquid alicubi de vniuerſalibus meminit ſcriptum. In hac*

autem

autem opinione deprehenſus eſt Peripateticus Palatinus Abelardus noſter, qui multos reliquit & adhuc aliquos habet profesſionis huius ſectatores: (3) alius verſatur in intellectibus & eos duntaxat genera dicit eſſe & ſpecies. Sumunt enim occaſionem a Cicerone & Boëthio, qui Ariſtotelem laudant autorem, quod hæc credi ac dici debeant notiones. Vides ita Nominalis familiæ tres quaſi factiones recenſeri. Sed fortaſſe commodius fuerit omnem opinandi Nominalium diuerſitatem in *duo* tantum genera deſcribi, *vnum*, quod vniuerſales ſubſtantias non niſi flatum vocis (vt loquitur Anſelmus) hoc eſt, nomina eſſe contendit, *alterum*, quod ea mentis potius, quam linguæ ſermone abſolvi, adeoque meros animi conceptus eſſe autumat. Atque hinc interpretandi videntur, qui *Nominales* a *Conceptualibus* diſtinguunt, prius ſcilicet nomen *κατ' ἐξοχὴν* ſuperiori illi generi imponentes, poſteriore alterum hoc deſignantes. His autem diſcriminibus inter ſe ſciſſos Nominales, prima ſolummodo ſectæ ſuæ ætate dixerimus. Nam alteram, quam ab Occamo inchoamus, compoſita illa lite, vtrumque licet ordine inæquali propugnaſſe exiſtimamus, & conceptus ſcilicet eſſe vniuerſalia, & voces ſiue nomina. A nominibus tamen indita illis ſub originem ſectæ appellatio *Nominalium* conſtanter ad-

hæſit. Cui non multum abſimilia ſunt *Verbalium*, *Terminiſtarum*, *Connotatiſtarum* (nam & ſic vſurpatos reperies) impoſita illis nomina. Ab huius quidem dogmatis reſtauratore *Occamiſtas* etiam dictos nouimus. Nec infrequenter *Moderni* olim dicti ſunt, quod altera, videlicet Realium opinio antiquior haberetur. Cuius vocis ſonum minus Latinum qui effugere voluerunt, *recentiores Peripateticos*, *noui Lycei Doctores*, *nouos Philoſophos* eos ſalutarunt. Nec alio ſenſu Auentino *tirones* nuncupantur, nimirum quia & Reales huic *veterani* ſunt. Non tranſierimus hic, quod a Ferrarienſibus diſcimus, frequentisſime Nominales uſurpaſſe hoc principium: *Non eſſe absque necesſitate multiplicanda entia.* Hinc enim ipſi Realibus, vt prodigis rerum multiplicatoribus inuidiam fecerunt; ſuam vero philoſophiam frugalitatis nomine extulerunt: Reales viciſſim, qui Principium illud, *miram entium auaritiam* (ipſorum verbis rem eloquimur) *quam tamen natura non amet*, in Scholas importaſſe, ſimulque multas interemiſſe veritates dictitarent, Nominalibus auaritiam probri loco, (quod & Aventinus facit, huic familiæ, vt apparet, iniquior,) obiecerunt. Ita non argumentis modo, ſed & conuiciis vtrinque pugnatum eſt. Imo ad cruenta prælia inter ſtudioſos Pariſienſes, qui aduerſarum factionum

Digitized by Google

num magiſtros ſequerentur, deventum eſt. Sed hæc in obſcura materia prolixius forte, quam hi cancelli concedunt, propoſita ſunt, proponenda nihilominus eſſe, cum non paſſim obuia ſint, duximus.

§. XIX. Quod ad Reales attinet, ſecunda illi Scholaſticorum ætate diuiſi præcipue fuerunt in Scotiſtas & Thomiſtas. (*a*)

(*a*) Poſt Abelardum Reales ſoli imperabant, nec niſi poſt Albertum M. diuidebantur in ſuos quaſi ſurculos, in Thomiſtas, qui Dominicani ordinis, & Scotiſtas, qui Franciſcani erant. Nam & his ordinibus ipſi ſectarum Principes Thomas & Scotus ſecernebantur. Omnes hi Reales erant, Thomiſtis tamen *Realium* nomen κατ' ἐξοχὴν adhæſit, Scotiſtis *Formalium*.

§. XX. Poſt Occamum non plane nullos ex ordine Auguſtinianorum licebit Nominales numerare. (*a*)

(*a*) Occam enim, quamuis ipſe non eſſet Auguſtinianus (ex Franciſcanorum enim erat ordine, Scoti diſcipulus) habuit tamen aliquot ex Auguſtinianis aſſeclas, vt Gregorium Ariminenſem & alios.

§. XXI. Sic diuiſi erant Philoſophi. At Theologi quanquam & ipſi paſſim variis ſcindebantur litigiis (*a*) non tamen viden-

tur perinde in ſectas generales ac novas fuiſſe diuiſi.

(a) De quibus legi poteſt liber Matthiæ Flacii de diſſenſionibus Pontificiorum, editus Baſileæ A. 1565. Interim alios ab aliis invenimus eſſe diſcretos a titulis librorum vel a modo eos tractandi.

§. XXII. Niſi alios ab aliis invicem velis eſſe diſcretos a titulis librorum vel a modo eos tractandi. (a)

(a) Hinc habes Summuliſtas, Sententionarios, Quodlibetarios.

§. XXIII. Scholaſticis in genere proprium fere fuit neceſſariis atque vtilibus doctrinis miſcere ineptas quæſtiones atque invtiles curioſitates, quas humani ingenii acies penetrare non poterat. (a)

(a) Inter infinita exempla (quorum e Theologis Scholaſticorum meſſem haud exiguam licebit conſpicere apud Binderum c. 2. de Scholaſt. Theol. p. 24. ſqq.) notiſſimum libet proferre de nugis in ardua de Sacramento cœnæ doctrina prolatis. Quæritur namque apud eos: *Si mus aut aliud quodcunque brutum hoſtiam conſecratam arrodat & comedat, quid de corpore Chriſti fiat?* Ibi primum diſtinguit Brulifer 4. ſent. diſt. 13. q. 5. inter aluum, vterum & ventrem, tum inter traiicere & proiicere

ijcere in ventrem, vltimo denique inter murem, quatenus pro humo ſeu terra ſumitur; ex qua eſt, & quatenus ſignificat animal ex humore terræ prognatum, tum diſtinguit inter edere & vorare. Accuratæ, ſi Diis placet, diſtinctiones, ad hoc negotium ſi applicentur. Quam varie & ſatis ad curioſitatem, imo ad impietatem hæc quæſtio ſit pertractata, de eo videri poterit Tribbech. lib. cit. p. 71. ſqq.

§. XXIV. Sua tamen laude prorſus privandi non ſunt, præcipue, quod, dum inter ſe diſſentiunt, a verborum tamen acerbitate plerumque abſtinent. (a)

(a) Laudant hoc in Scholaſticis Hugo Grotius in proleg. de I. B. & P. 3. & Calixtus Appar. Theol. p. 138. Conf. vero omnino Tribbech. Cap. VII. de Cenſuris doctrinæ Scholaſt. p. 160. 162. plura encomia adferentem.

Habes heic B. L. in tabula hiſtoriæ de Scholaſticis Doctoribus, ſi non ſummam, ſaltem excerpta quædam. Progredi equidem ad plura par erat, aſt in his veluti anguſtiis hac vice ſubſiſtere coëgit nos, dum feſtinandum fuit, otii penuria. Subſiſtemus ergo Deo omnis ſapientiæ purioris limpidiſſimo fonti, a quo & promanaſſe quicquid in Scholaſticis laudem juſtam mereri potuit, credendum eſt, dicentes gratias, cui uni & ſoli ſit gloria in nunquam finienda ſecula!

EXCERPTA * LITTERARVM AD IO. MEVRSIVM

a Viris clariſſimis Scriptarum.

ANDR. RIVETVS.

Bibliotheca Erpeniana Academiæ Oxonienſi illata. Golius Alepum proficiſcitur.

Bibliotheca Erpeniana linguarum orientalium, quam exiſtimabamus academicæ bibliothecæ acceſſuram, prout decretum

* Extat codex harum epiſtolarum MSS. in *bibliotheca Lipſienſi Paullina*, ex quibus noſtra excerpta adornavimus. Elegans eſt codex a *Samuele Puffendorfio* Bibliothecæ donatus A. 1689. & hic eſt ille, de quo clar. *Struuius* in *Introductione ad rem litterariam* edit. ſecund. p. 185. his verbis agit: *Elegantisſimus eſt codex epiſtolarum, a Puffendorfio bibliothecæ donatus, qui aliquot centum epiſtolas autographas ab Heinſio, Barthio, Lipſio, Scaligero, Schotto, Caſaubono, Frebero aliisque eruditisſimis Viris ad Meurſium ſcriptas continet, digna ut edantur, cum multam lucem rei litterariæ poſſint præbere.* Quæ quidem veriſſima ſunt, ſed

tum fuerat, nimia iniecta mora & durioribus conditionibus viduæ propoſitis, ceſſit

ſed in hoc codice nullæ continentur litteræ a *Barthio* & *Lipſio* perſcriptæ, namque *Struuius Tentzelium* ſecutus hac in parte errauit: Extat quidem *Lipſii* carmen in *auream*, quam habuit, *pennam*, & *Barthii* Carmen ad Meurſium exaratum, ſed præter iſta nihil legitur. Quod ad ipſas epiſtolas attinet, non integras damus & ad verbum deſcriptas, verum excerpta ſolum, hoc eſt ea, quæ meliora ſunt & legi merentur. Laudo eorum inſtitutum, qui ex epiſtolis excerpta dant, reſectis iis, quæ nullius ſunt vſus; etſi non ignorem, quosdam eo eſſe ingenio, vt omnia edi, nec particulam reſecari velint. At quorſum hæc? ſi ſtyli ratio habenda eſt, præſtat omnino integras edere epiſtolas quam obtruncatas excudere; quales ſunt *Caſelii*, *Buchneri*, *Grauii* aliorumque: ſin rerum ratio habenda, mallem edi potiora & quæ ad rem litterariam faciunt. Quod nonnulli vellent factum in Epiſtolis Daumii nuper editis, quæ a rerum vtilitate, quas tractant, nequaquam vero a culto ſcribendi genere ſunt commendandæ. Dictio Daumii humilis eſt, ſalebroſa, & plurimis medii æui vocibus inquinata, vt non neceſſum ſit, tam operoſe omnia conquiri ac evolgari. In nuperis *Epiſtolis Daumianis* a Viro Clariſſ. *Io. Andr. Gleichio* editis quantum eſt, quo carere poſſumus! occurrunt

Academiæ Oxonienſi, empta a Duce Bukingano. Noſter *Golius* Alepum cum bona D. D. Curatorum venia profectus eſt, vt viuam ibi orientalem bibliothecam nobis compareт, rediturus poſt ſesquiannum, ſi DEVS vota eius & noſtra ſecundare dignetur. Lugd. B. IV. Cod. Febr. Styl. Gregor. cIɔ Iɔc XXVI. MAR-

currunt multa ex culina & curis domeſticis petita quæ ſcire noſtra parum intereſt. Cuius quæſo vſus, quando p. 219. legimus: *Saccharum & halecce accepimus, memores gratias reponimus:* quid iſta verba p. 246. proficiunt? *Der ſehr groſſe Wind hat mir heut die Flüſſe ſehr rege gemacht, daher der Kopf wüſte iſt, vnd nichts guts ſcreibt.* Eiusmodi complura ſunt in hac collectione. Nos itaque ne in eandem cenſionem incideremus, feligere placuit ex integro corpore, quæ fuerunt meliora. Sæpe tres aut quatuor epiſtolas prætermiſi, quod nihil ſingulare afferrent, nec darent argumentum, quod ad poſteros transmitti poſſet. Qui ipſum codicem inſpexerint, facile nobiſcum facient, inter decem & plures epiſtolas vix vnam eſſe, quæ a rerum dignitate commendari poſſit. Itaque nihil fraudis inde metuendum. Vnum addo, iuniorem *Reinhardum* Dresdæ hoc integrum litterarium commercium ex codice deſcripſiſſe, eo animo, vt typis emitteret, ſed non ægre feret, nos curas iſtas præuertiſſe.

Digitized by Google

MARQVARD. FREHERVS.

Laudatur Meurſii Gloſſarium græco barbarum: eiusd. Cobs Tantinus ſub prælo ſudare dicitur.

Vidi libens Gloſſarium tuum *græco barbarum*, opus ingentis laboris nec minoris vtilitatis, & quod poſt ſe trahet alterum illud *latino barbarum*, cuius videndi deſiderio mirifice flagro. Sunt enim & nobis iam dudum in eo genere collecta & obſervata non pauca, quæ tuo inſtituto conferre non abnuerem, ſi gratum foret, vt excuſæ paginæ ſubinde ad me peruenirent, quibus illa pro corollario accederent. Sed forte nihil aliis ſpecilegii aut racemationis tua relinquit induſtria. *Cobs Tantinum* ſub prœlo eſſe confirmauit Elzevirius, ad quem nuncium exilivi. Vidiſti quæ de eodem ſcriptore auguſto prædicet Caſaubonus præfat. ad Polyb. cui etiam exemplar regium in manu fuit, quod vtinam tuæ editioni adiumentum præbere potuiſſet. Cæterum noſtrum exemplar Palatinum (e quo ante decennium & amplius exſcripſerat & Leunclauius vt & *Laonicum Chacondylem*, quæ deinceps eo defuncto magno meo dolore perie-

Digitized by Google

perierunt) eſt iſtud ipſum, quod *Egnatius* habuit, idque in Cæſaribus in *Conſtantino* illo *Porfirogenita* pro ingenti theſauro extollit, quod in editione tuà attingere poteris. Francoſ. XXV. Mai.

OTTO HEVRNIVS.

Heurnii Controuerſia cum Bontio de Profeſſione academica.

Tantum negocii *Bontius* mihi creat in profeſſionis adeptione, vt nihil ſupra: omni arte & marte me ex profesſione eiicere nitotur. Quæſo ſi quid apud vos inaudias, mihi quod obeſſe poſſit, id præoccupes. Hic certe ita his diebus me torſit, vt vix vitalis mihi vita eſſet. Acta iam profeſſionis habeo, ſed vt loquuntur, prouiſionalia habuiſſem abſoluta, (vt ipſe Dominus Penſionarius mihi dixit,) niſi ſumma aduerſarii fuiſſet importunitas. Dominus tamen Penſionatius mihi dixit, hanc proviſionem extra periculum eſſe, nam ad effrenem adverſarii linguam frenandam tantum eam cautelam adiectam. Alia alta me propediem habiturum dixit, vbi eruditionis ſpecimen dedero. Iam *Bontius* hoc petit, vt etiam

etiam ſpecimen edat; vide quanta ſit hominis audacia & inuidia, qui ex dato iam munere, cuius acta habeo, eiicere me conatur. Leyde 1605.

HERIBERT. ROSWEYDVS.

Edere vult pratum ſpirituale Moſchi Euirati ſeu Sophronii: Meurſium excitat ad Palladium edendum.

Vbi vitis SS. græcis vſus fueris ad gloſſarii tui ſupplementum, alias ſubmittam. Recens ex Veneto exemplari deſcriptum græce accepi *Pratum Spirituale Moſchi Euirati ſeu Sophronii.* Id mihi vitis Patrum recenſendis vſui futurum. Statui enim *Moſchum* vitis Patrum adiungere, ſed latine tantum, vti hactenus prodiit. Græco latina editio aliquando adornabitur, vbi plura græca nactus fuero. Interea *Palladium* veſtrum expectamus, vt græca ſubinde lucem latinis inferant. Scio Venetiis græcum Palladii exemplar, quod iam curaſſem exſcribi, niſi ſpes eſſet, nos cito laboribus veſtris fruituros. Ita manu pretium id compendi faciam. Quare accura quæſo tuum Palladium & publico dona, ne Venetiis coga-

gar evocare, quod Leyda ſubminiſtrare poteſt. Antuerpiæ XII. Cal. Dec. cIↄ Iↄc XIII.

MELCHIOR GOLDAST.

Varii loci in Terulliano emendantur.

Interibi hoc tibi de noſtris ἀσπαςικὸν adfero libris. In *Tertulliano*, cuius te editionem adornare dicunt, hæc ſunt, quæ tui iudicii facio. *De reſurrectione carnis* legitur edit. Laurentianæ p. 36. *Vaſculum vero ipſum non eſſe ſententiæ obnoxium, quia nec calicem damnari, ſi quis eum veneno temperarit &c.* lege: *temerarit.* p. 60. *Etenim quam abſurdum, quam vero ethnicum, vtrumque autem quam DEO indignum, aliam ſubſtantiam operari, aliam mercede diſpungi.* leg. *diſiungi.* Sic enim: *ita & carnes, quæ in ipſis nationibus vna ſubſtantia eſt, non materia ſed mercede disiunxit.* Aduerſus Marcion. lib. I. p. 128. corruptiſſimum locum corrigo & diſtinguo: *Dies nunquam patens, ſol nunquam lucens, vnus aer nebula, totus annus hybernus, omne quod flauerit, aquilo eſt.* Confirmandæ coniecturæ eſt, quod ſequitur: *Nubilo obſcurior, hyeme frigidior, gelu fragilior, &c. p. 141. Plane ſi*

natura

natura bonus, exhibiturus, & non acceſſione: ſupple: *natura exhibiturus & non acceſſione*. Lib. IV. principio. *Secundum veſtigia priſtini operis, quod amiſſim reformare perſeueramus*. leg. *amuſſim*. p. 202. *& incipit iam Chriſtus Marcionis creatori docere* leg. *nocere*. deſtruendo ſcilicet eius bonitatem De Corona militis p. 334. *qui de habitu interrogatus nomini negotium fecerit*. leg. *nemini*. Ad Martyres p. 368. *teſtudinem deſiccando* leg. *faciendo*, aut *ædificando*. Parum enim moleſtiæ in exſiccandis lignis, multum operæ erat militaris in teſtudine faciendo. Teſte Liu. l. V. & Cæſar. lib. II. Heic in ſchedis meis aduerſariis interiectus locus Arnobii tui, quem appingo lib. I. in princ. *Inſpiciamus igitur opinionis iſtius mentem*. ita Barrenſis: lego: *fontem*. Sequitur in Tertulliano de hab. Mul. in princip. c. 1. *Tu es qua eum ſuaſiſti, quem diabolus aggredi non valuit*. leg. *Tu es, qua eum ſic inuaſiſti &c.* De cultu fæmin. p. 412. c. 7. *& in illo ambitu capitis reſurgatis*. Quid ſit ambitus capitis, nullus intelligo; lege: *habitu capitis*. Sic: *Præterit enim*, inquit, *habitus huiusmodi* p. 410. c. 6. *Tum ſolis*

ani-

Digitized by Google

animando ſimul & ſiccando capillo exoptabilis ardor. lege: *exſtinbilis ardor.* p. 413. *Tum ſi quas vel diuitiarum ſuarum vel natalium, vel retro dignitatum ratio compellit* leg. *vel retrodignitatum* i. e. dignitatum priſtinarum & pro Chriſto proditarum. Paulo poſt c. IX. *Satis igitur vſæ eſtis diuitiis atque deliciis, ſatis dotum veſtrarum fructum cecidiſtis* fac. *recepiſtis.* De Fuga in perſecutione: *quo oſtenditur, vtramque apud DEVM eſſe & concuſſionem fidei & protectionem, cum vtrumque ab eo petitur, concuſſio a diabolo, protectio a filio.* Puto addendam negationem; *non concuſſio.* Nam & hoc ipſo loco Concuſſionem fidei eſſe apud DEVM dicit, & pagina ſuperiori, perſecutionem euenire per diabolum non a diabolo, & quæ paulo poſt ſequuntur. De anima c. 3. *Ita inde materiæ Viſionibus ſubminiſtrantur.* Manuſcriptum Sancti Galli, *quæſtionibus* dicit, Gothofredus ad L. XXV. p. 15. D. de hered. petit. poteſt tamen illud retineri. De idolol. in princ. *Nam etſi ſuam ſpeciem tenet vnum quodque delictum, & ſi ſuo quoque nomine indicio deſtituatur, idololatriæ tamen crimine expungitur. Lectius* noſter legit:

etſi

etſi ſuo quodque nomini inditium deſtinatur, Ego : etſi ſuum cuique nomen indicio deſtituatur,&c. Genevæ VII. Cal. Sextil. MDC.

IO. POLYANDER.

Vt graias dotes, Meurſi, Latiasq; Camœnas,
Sic celebres calamo reddis & ore tuo.
Parua loquor. Themidis leges & Martis vtroq;
Bella refers, Batauæ & iura ſacrata toga.
Dignus quem caneret, ſi poſſit Phœbus, at ipſe
Cum pater hoc nequeat, filia fama dabit.

CONRAD. RITTERSHVSIVS.

Parat editionem fabularum Phædri.

Intellexiſti nuper me parare nouam Fab. Phædri editionem, quare abs te peto, vt ſi quas in illum libellum iam collectas forte habes obſeruationes aut emendationes, mihi ne inuideas meis adiungendas. Si nihil dum annotaſti, rogo vel mea cauſa relegas bellum lectu iucundum, & quod in mentem venerit, per otium annotes. In eum ſum ad te mitto genuinum exemplar, quorum alterum habet excerpta *P. Pithœi* V. C. nnotata ad oram libri manu Domini *Bongarſii*, qui vltro ad me ante nouem annos

Mm miſit.

miſit. addo etiam editionem Rigaltii. Illud quoque maxime abs te peto & contendo, ſtudeas ſupplere verſu perſuaui fabulas LXXXII. LXXXIII. & LXXI. quæ eſt narratio de Demetiro & Me.... Digna profecto res erit tuo ingenio ac ſtudio, mihique vt & aliis gratiſſima.

IDEM

Laudat Meurſii notas & Coniecturas in Phœdrum: Ritterbuſius orationem ſcribit de exiguis rebus non contemnendis, & percenſendam offert Meurſio.

Equidem ita fore augurabar, vt Phœdrum non ſine fructu & tuo & publico relegeres, Meurſi doctisſime, addo & amicisſime, quando inter nos ſtudiorum ſimilium amor amicitiam conciliauit. Quare nec me conſilii mei, quo te ad hanc relectionem inuitavi, pœnitere poteſt, nec debet te obſequii, quo mihi morem geſſiſti. Ne multa: probo vehementer emendationes * & coniecturas tuas.

* vereor, vt ex animi ſententia loquatur. In auctoribus latinis emendandis infelix erat Meurſius & coniecturis ac ingenio ſæpe confiſus à veritate diſceſſit.

tuas, inter quas nonnullæ eminent, tametſi pleræque omnes ſint felicisſimæ, nec minus probo etiam tuas adverſus quasdam Phœdri ſententias diſputationes: non enim caret probabilibus rationibus. Gratias itaque tibi ago, qui non ſolum relegendum me hortatore ſuſceperis ſuauem illum fabulatorem, ſed & obſeruata in eo mihi inſcripſeris. Erit hæc illuſtris προσθήκη novæ, quam paro, editionis, eamque non parum exornabit: ac præterquam quod multa lectorem docebit, etiam noſtræ amicitiæ monimentum erit minime contemnendum. Verſor iam in conſcribenda oratione mea de *exiguis rebus* non contemnendis, quam die craſtini cum DEO abſoluam, & priusquam in publico recitem, te capiam privatum arbitrum. Scis enim ex Plinio & aliis morem veterum, quo inter amicos ſuas vel orationes ac μελέτας vel muſas recitabant & doctorum iudicia pertentabant, ac ſecundum ea ſæpe multa corrigebant in melius. Nos vtilisſimum morem iam pridem ſicut & alia maiorum præclara inſtituta in deſuetudinem venire paſſi ſumus, atque obliterauimus. Sibi enim quisque fere

Digitized by Google

ſapit domi & ſibi placet ſe contentus iudice. Non ſic ego, qui cuperem, ſi otium eſſet, iudices hunc morem frequentare & quæ primus ſcribendi feruor in ſe laudarat, delere ad alienum arbitrium, ac melioribus commutare. XIX. Iun. 1607.

IDEM.

Rittershuſius tradit ſua recenſenda Meurſio.

Vix tandem tantillum vacui temporis nanciſci potui, vt orationem meam in panegyri proximo die lunæ recitandam ex lituris deſcribere potuerim. Hanc tibi, vir doctiſſime, recenſendam mitto ob cauſas nuper & coram & per codicillos expoſitam. Reſecabis libere, quæ ſuperflua videbuntur, idque tanto liberius, quanto magis in arctum cogere copias iubebit me ipſa temporis anguſtia, nam vltra horam ſine auditorum tædio perduci oratio non facile poterit. Accipe vna & D. Remi Themiſtium, eoque tuo arbitratu ſicut & aliis meis omnibus vtere fruere.

GEORG.

Digitized by Google

GEORG. REMVS.

Meurſii laus: Rittershuſii Ius Iuſtinianeum editur.

Magnas me tibi agere gratias, magna dictat ratio. Munus exquiſitæ eruditionis, quod ἀμφοτέρηφιν amplexus fui, longe gratiſſimum accidit. Egone vero cenſeam? Taciti heus! æmulum te agnoſco ſolertem æque ac felicem. Palpum non obtrudo. De morte Rittershuſii inaudiſti, opinor, cuius memoriæ vtinam metra des. Editur *Ius Inſtinianeum* XVII. capitibus methodo exactisſima digeſtum a Rittershuſio; ei operi addentur amicorum Epicedia. De Caſaubono proh! quid ais? abiit? immortalitate dignus emoritur Noriberg. X. Cal. Mart. cIↄ Iↄc XV.

IDEM.

Freheri & Velſeri mortes denotantur.

Poſtquam 3. May ad beatas conceſſit ſedes Marq. Freherus, cauſæ optimus Patronus teſtamentariæ tutelæ Electoris ſui: en ceu ſuccenturiatus ſequitur Idib. Iunii *Marcus* noſter *Velſerus*, Annalium Auguſt. & Boicorum ſcriptor. Vrbs hinc Vindelico-

 rum

Digitized by Google

tum Auguſta duo amiſit lumina, Reſp. autem litteraria totidem columina. Iuſta ſolvamus vtrique fas eſt. Rittershuſio te quoque exequias ire velim. Heredes tuos expectant verſus. Velſerus ἄτεκνος obiit: Freherus natos duos, tres ſequioris ſexus proles, Rittershuſius tres filios, duas natas reliquere.

G. REMVS.

Höſchelius laudatur.

Notus & charus mihi eſt Höſchelius ab annis XXXV. plus minus, cum quidem A. M D LXXV. Condiſcipuli ſub Hieron. Wolfio eſſemus: ille primum, ego imum obtinuiſſem locum: admodum autem adoleſcens tum eram, ille ætate me antecedebat, atque exemplo induſtriæ prælucebat: adeo vt D. Wolfius hunc Höſchelium cum ob eruditionem tum ob mores compoſitos & καλλιγραφίαν in deliciis haberet. Norib. 6. Eid. Sext. CIↃ IↃC VII.

IAC. BONGARSIVS.*

de laribus vialibus inſcriptio.

Libellum tuum elegantem & doctum accepi

* Edita eſt Epiſtola hæc, ſed nonnihil diuerſa inter Epiſtolas Bongarſii & Lingelshemii.

Digitized by Google

cepi eum epiſtola, quæ nondum lecta periit mihi negligentia pueri. Sed & pro libello & maxime pro illa tua in me conſtanti beneuolentia tantum tibi debeo, quantum ſoluere me non poſſe profiteor. In libello tuo vt primum aperui, primum incidi in caput 2. Auctarii & ad legendum quamuis alias occupatum inuitauit Epigraphe de *Laribus Vialibus*. Inſcriptio hæc eſt Albæ Iuliæ in ædibus principis, quæ olim fuerunt Epiſcopi.

Fortunæ
reduci, Lari
viali, Romæ
æternæ
Q. Axius Aelia
nus. ue. pros.
Aug.
ex ioui

Eam vidi & deſcripſi & notaui ad res Hungaricas loco Varronis, qui eſt in V. de L. L. *Compitalia, dies attributus laribus vt alibi.* nemo non videt legendum: *Vialibus*, quod olim adſcriptum oræ libri mei, cui debeam neſcio, a me non eſſe ſcio. Vale. Francof. XXVII. Sept. 1601.

Digitized by Google

IO. KIRCHMANNVS.

De profectione Danorum in terram ſanctam liber MST.

Hintzium noſtrum ſe tibi iuſto tempore ſtetiſſe, equidem lætor, vtque labores eius, quos in filio tuo informando ſuſcepturus eſt, DEVS fortunet, ex animo precor. Cur de ſcriptore Anonymo libelli *de profectione Danorum in terram ſanctam* nuper quæſiverim, hanc habui cauſam. Cum ante aliquot annos mihi a ſenatu vrbis huius demandaretur cuſtodia Bibliothecæ tum primum inſtitutæ; reperi inter libros, qui in curia adſeruabantur, Manuſcriptum Ioſephum latinum, in cuius calce additi erant duo Tractatus I. *de regibus Norwagienſium.* II. *de profectione Danorum in terram ſanctam:* quos cum illuſtris Cancellarius Chriſtianus Frys ante paucos annos, cum hic pacificationi inter Cæſarem & regem intereſſet, apud me vidiſſet perlegiſſetque, non indignos eos editione iudicauit, meque ad illos luce donandos hortatus eſt, quod etiam me facturum promiſi. Sed partim mors typographi, partim ſucceſſoris incuria, partim quotidianæ occupationes me ab hoc propo-

ſito

ſito auocarunt. Peruelim igitur ſcire, vtrum huius argumenti tractatus apud vos adhuc manuſcripti extent. Qui de Norvvagiæ regibus agit, conſtat cap. XXXIII. orſus ab Haraldo pulcre comato, deſinit in Sivvardo. Alter agit de profectione Danorum in terram ſanctam, quam ſuis literis promouit Gregorius VI. Pont. M. Kanuto Woldemari F. regnum obtinente. Is conſtat cap. XXVII. quorum penultimum facit mentionem imaginis Sanctæ DEI genetricis apud Conſtantinopolitanos. Ac vtrum tale quid apud vos manuſcriptum extet, rogo me docere ne graveris. Illuſtris Cancellarius negabat ſibi hac de re conſtare. Vale. Lubec. 29. Oct. 1633.

THEOD. CANTERVS.

Meurſium dehortatur Canterus ab humanioribus litteris ad Iuris ſtudium. Rigaltii laus in Meurſium.

Literas tuas amoris & beniuolentiæ in me pleniſſimas a parente tuo traditas grato animo accepi. & maxime, quod ex iis intellexerim de ſtatu rerum tuarum, & quod honeſto loco illic ſis apud D. Barneheldium atque vt in ea vocatione functioneque ad

Digitized by Google

tempus perſiſtas, rebus tuis minime obfuturum exiſtimo, & interea dum illic es, recte meo iudicio feceris, ſi poſtpoſitis aliquantum humanioribus litteris te ſtudio iuris in totum addixeris, neç ab eo ſtudio animum prius deflexeris quam tædia omnia difficultatesque omnes deuoraueris, quod ſi feceris crede mihi, magno in poſterum ornamento tibi erunt ſtudia litterarum, quæ alias per ſe parum ſunt, ſed ſi adiungantur cum aliqua facultate, maxime hominem illuſtrem reddunt. Quod tibi certe factu difficile non fuerit, vtpote qui DEI opt. max. beneficio bono & felici ingenio, promptaque memoria præditus ſis. Quare vt cœpiſti iam perge, inque eo ſtudio obdura; & quemadmodum ex ſtudio litterarum hactenus vbique terrarum magnum tibi nomen acquiſiueris, ſic ex hac facultate, ſi perſeueraueris, maius inſuper (niſi meum me fallat augurium, nomen tibi acquires. Magna cum voluptate nuper legi Nic. Rigaltii doctiſſimi galli de te iudicium, qui in notis ſuis ad Phædri fabulas inter alia ſic inquit: Etenim Seruianæ in Eclogam II. inquiſitioni pertinacius mihi fauere

videt

Digitized by Google

videtur Io. Meurſius doctiſſimus adoleſcens, quem ſæpe miror. & certe ſupra ſuos annos literarum dote diteſcit. βλάστημα καλλίπρωρον ἀνδρόπαις ἀνήρ. Hæc volebam neſcius ne eſſes. Vltraiect. XIX. Aug. 1600.

THEOD. CANTERVS.

Emendationes Meurſii in Arnobium percenſentur.

Licet literis tuis hactenus non reſponderim, accepi tamen & in voluptate perlegi emendationes tuas ad Arnobium. Sed occupationibus præpeditus iis reſpondere integrum non fuit, nunc paulum plus otii nactus ſcribendi officium vlterius intermittere nolui. Satis certe feliciter & ingenioſe meo quidem iudicio nonnulla emendaſti, ſed vt ſcis, periculoſum admodum eſt coniecturis indulgere: nonnulla tamen loca extra omnem controuerſiam recte emendaſti. Singula autem loca examinare, nunc otium non eſt. perplacet mihi ſtudium & diligentia tua in perluſtrandis & pervolutandis cum iudicio bonis auctoribus. Et libere dixero, ſi eo quo cœpiſti pede perrexeris, & DEVS opt. tibi vitam & otium con-

Digitized by Google

conceſſerit, magnum quiddam de te mihi polliceri auſim, & certis iudiciis colligo, non fore vanum augurium noſtrum. Vltrai. 8. Nov. 1596.

THEOD. CANTERVS.

De Meurſii coniecturis in Arnobium.

Summa cum voluptate legi coniecturas tuas ad Arnobium, & perplacet acumen. attamen hoc omnino perſuaſum habeas velim, lubricum admodum eſſe & minime tutum in huiusmodi ſcriptoribus coniecturis indulgere, niſi accedat Manuſcripti codicis auctoritas, aut ſaltem vitioſa veteris codicis ſcriptura, quæ nos quaſi manu ducat ad veram ſcripturam. Attamen ex his pauculis re ipſa facile experieris, quam periculoſum & fallax ſit, in hoc genere ſcriptorum coniecturis vti, nec temere eo deueniendum. Vltrai. XVI. Mart. 1596. Leydam.

THEOD. CANTERVS.

Meurſii Gloſſarium collaudatur.

Gloſſarii tui partem accepi & maximas vt

Digitized by Google

debeo, pro iſto beneficio gratias habeo.
it certe meo iudicio opus illud poſterita-
gratiſſimum, conſtitit enim tibi non mi-
no labore, & miror, qui potueris tam
ultos euoluiſſe auctores, quos in teſtimoni-
n adducis & præſertim ineditos & quorum
. fando quidem nomina inaudiueram.
erito certe de poſteritate bene mereberis.
o certe quod ad me attinet, priuatim tibi
ıximas & immortales habeo gratias, mul-
plurimaque, quæ ante nobis obſcura erant,
auctore & illuſtratore jam dilucide in-
ligimus. Vltrai. XV. Aug.

THEOD. CANTERVS.

Apollonius Tyrius Manuſcriptus.

Librum totum tuum euolvere per an-
ſtiam temporis nondum potui, quæ tamen
nc inde libando guſtavi, mirifice pla-
nt, vt omnia tua. Illud vero mihi di-
icuit, quod Epiſtolam ad Scriuerium
is ſcriptis inſerueris, nollem factum.
ud magis miror, quod eius rei mentio-
m nullam apud me, cum hic eſſes, fece-
. Maluiſſem meo iudicio totum hos diſ-
nulare, quam ita in apertam inimicitiam
pro-

Digitized by Google

proſilire. nam iam vt videtur omnes ſpe concordiæ & reconciliationis penitus ſu[illegible] lata eſt. Scire velim, unde habeas Apollon Tyrii hiſtoriam ab ſymphoſio verſam eſſ nam, & ipſe eandem hiſtoriam Manuſcr ptam habeo, ſed multis locis ab impreſ hiſtoria diuerſam & diſcrepantem. Vltra XIIX. ſept.

THEOD. CANTERVS.

De Th. Canteri fratre.

Quod ad diem & obitus fratris mei pi memoriæ attinet, ille natus eſt A. 1542. men Iul. die XXIII. denatus eſt A. 1575. Maio di XIIX. ita vt nondum annum 33. expleueri Vltrai. XI. Mart.

THEOD. CANTERVS.

Meurſius laudatur.

Quo diutius tua ſcripta lego, miror in genium & induſtriam, & qui fieri poſſit, v in ea ætate, qua es, tam multos autores ed tos & ineditos cum cura euoluere potueri

PETI

Digitized by Google

PETR. CVNÆVS.

Leges atticæ Scaligeri in Manuſcripto.

Solonem tuum accepi ſed ſine litteris, pro quo munere cum gratias tibi agere conſtituiſſem, neminem reperi, qui iter ad te faceret. Enim vero pro luculentiſſimo illo munere vt gratias tibi ago maximas, ita plurimum tibi debet ICtorum ordo, eorum præcipue, qui leges romanas illuſtrare cupiunt ex Athenienſium antiquiſſimo iure. Nihil iam a multo tempore edidiſſe te memini, quod magis adiuuet cauſam iurisprudentiæ noſtræ. Vtinam leges Atticas iam pridem a Scaligero collectas evulgarent tandem illi, qui *epiſtolas præter auctoris mentem ac fortaſſis etiam contra amicitiæ æquisſimas* leges publicarunt. Vale. Lugd. Bat. Cal. May 1634.

IS. CASAVBON.

De Thuani opere & animo.

Tuam de ampliſſimo Thuano epiſtolam heic accepi. Feciſti rem & vtilem ipſi & ſine dubio gratam. Sæpe ille mihi narravit, quanti ſibi laboribus conſtarent ea quæ ſcripſit: neque tamen dubitare ſe, quin

res

Digitized by Google

res peregrinas exponens ſæpe offendiſſet. Ac ſum ipſe conſcius animi candidi, quo ſemper excepti ſunt ab ipſo, qui certiora ipſum vellent docere. Itaque nullus dubito tuas eiuſmodi animadverſiones fore ipſi longe gratiſſimas. Sed hiſtoriam tuam quando videbimus? Ego ingenti flagro cupiditate ea legendi, quæ ais ſcripſiſſe de Albano Duce. * Vtinam quos non puduit tam tetra & horrenda ſcelera admittere, pudeat ſaltim in tuis ſcriptis recognoſcere. Poſſemus in poſterum meliora de illis ſperare, ſi ſemel eo Romanenſes poſſent adduci, vt ſuæ immanitatis illos ſerio puderet & pœniteret. Sed non ita Romæ viuitur, vt ſperare hoc liceat. Nos in opere ſuſcepto pergimus & primæ partis editionem dies ac noctes vrgemus. Quid præſtiterimus vere doctorum & vere piorum erit iudicium. Lond. prid. Nov. CIↃ IↃC XIII.

BALTH. BONIFACIVS.

Meurſii Areopagus laudatur.

Cecropia tua quamuis nullo ætatis machinamento, nulla temporis obſidione expugnabilis, non videbatur ſibi ſatis munita, niſi

* Legimus de iſto in Meurſii Hiſtoria Belgica.

Digitized by Google

niſi Areopagi freta ſuppetiis. Quem profecto librum Sereniſſ. Venetorum Reſpubl. ſuſpicit, Italia tota admiratur. Hunc tu Reipubl. Sapientiſſimæ bono conſilio proſpero euentu donaſti: Italiæ toti permiſſu tuo propediem donabit vir in vtraque lingua doctiſſimus *Io. Franciſcus Cornelius*, matruelis meus, pulcherrime inter tuos areopagitas ac Decemviros noſtros collationem facturus. Laudamus vehementer ingenium tuum, præſertim ab inuentione, qua cum primis excellis. At nos timidi imitatores vel potius ignaui exſcriptores litterariam ſcenam collaticiis & ad dominos redituris apparatibus adornamus. Gratulor tibi ſummos honores, quibus te respubl. optime de ſe meritum affecit: nobile quoque gratulor ἀντίδωρον, quo te Senatus remunerauit, egregium ſane cum virtutis tuæ tum publicæ liberalitatis monimentum. Amo te plurimum de libro, quo curtæ admodum ſupellectilis bibliothecam pro tua ſingulari humanitate locupletaſti. Ac vt ne videar aut ἀσύμβολος aut ἀχάριςος, cum de meo nequeam, tibi ſoluam ab alio. Mitto igitur *Commentarium Feudale*,

 quod

Digitized by Google

quod patruus meus *Io. Bonifacius* aſſeſſor Principis nuper ab ſe confectum Senatui transſcripſit. Taruiſio, Cal. Nov. 1614.

IO. CASP. GEVARTIVS.

Geuartij Electorum libri ſub prælo: de libello famoſo in Regem Galliæ. Meurſii liber de gloria gallice redditus.

Habeo hic modo ſub prœlo *III. Electorum libros*, in quibus miſcellaneæ ad varios ſcriptores obſeruationes. Excuditur & *Manilius* cum notulis meis, quibus omnibus, poſtquam erunt adfecta, te participabimus. Heſterno die hic bini Itali, & gallus vnus rotarum ſupplicio affecti ſunt, quod libellum famoſum in regem ediidiſſent in gratiam matris reginæ. Erat in eo libello perpetua comparatio regis cum Nerone, & inter cætera erat, regem eſſe crudeliorem Nerone, quippe qui matrem ſuam ſemel interfeciſſet, cum Rex id ſingulis diebus faceret, & huiuſmodi alia ſcurrilia. Prodiit nuper libellus tuus *de gloria*, quam *Dn. Lalanius* Conſiliarius regius in idiotiſmum gallicum traduxit, & gallicæ iuuentutis Princi-

pi

pi ad virtutis ſtudium velut facem prælucere voluit. Lutet. Paris. 23. Iul. 1628.

FR. LINDENBRVCHIVS.

Lindenbruchius parat opus de ritibus Eccleſiaſticis.

Ego de ritibus eccleſiaſticis, qui à paganis originem ſumpſiſſe videntur, quædam collegi & euolgare in animo habeo, ſed ægre in hiſce locis typographiam inveniam. In illis memini obſeruata a me quædam de modo ſepulturæ, quæ nunc apud Romanos frequentabatur: & nuper admodum commodum hunc locum notaui Hilarii Arelatenſis in vita Honorii: *Prælata ante feretrum ipſius aromata & incenſum vidimus.* De legibus Germaniæ noſtræ propediem, vt ſpero, ſpecimen videbis. Pariſ. 1603.

IO. A WOVWEREN.

Varios fortunæ caſus conqueritur. De Canteri Arnobio edendo.

Iam duo ſunt, quæ a te exigam, quod ſi frigidiuſcule aut non ſatis ex voto me te tractaſſe ſentias, non naturæ meæ ſed tempori imputes: iuro enim tibi ante abitum

cturas me mihi eripuiſſe, deinde ſinas matureſcere virtutes tuas ſcopum tibi non tantùm famam ſed etiam vſum fingendo. Vides quam curioſus ſit tuus affectus, caue tamen ea ames, quæ vulgo placent. Scio me multos inimicos (quod magnis viris ſemper glorioſum fuit,) mihi peperiſſe apud vos prompta illa & nimis aperta mea facilitate, quorum latratus, ſerio loquar, etiam tui aures meas verberant. Tu ſi ſapis caninam illam loquentiam defenſione tua reprimas, quippe qui me longe alium noris. Quam febrientia mea ſtudia facile diuinas hominis deſultorii & magis vagi quam Scythæ. *Canterum* quæſo ſalutes, iubeasque meo nomine inhibere Arnobii editionem, niſi omnium ſibi riſum arceſſere amet. *Franc. Pithœus* breui Arnobium, Minucium Firmic. editurus eſt, vt de iis merito proclamari poſſit, quod de Auguſti magnis ludis, tales nec vidiſſe, nec viſurum quemquam. Lutet. IX. Kal. Mai. cIↄ Iↄ XCVII.

IOS. SCALIGER.

Lipſius meditatur in Senecam Commentarium

Digitized by Google

tarium magis, ipſius verbis vtar, vtilem quam ambitioſum. Kal. Mart. 1600.

ERYC. PVTEANVS.

Nugas agit in arguta dicendi ratione.

Humanitate tua iam opus, Clariſſ. Vir, ne inhumanus ipſe videar. Silentium meum velut flagitium eſt: maiori dignum pœna, quia & poſt munera durauit. Si hoc ſatis, confitentem habes reum. Scribere debui, imo potui, ſed procraſtinatio delictum fecit. Libris interim tuis & laboribus nouis vereque eruditis animum paui. Ita me DEVS ex interuallo me tibi adeſſe viſus ſum, ore certe animo promere, quicquid committi epiſtolæ ſolet. Affectum ſi meritis ſcripſi, cum non ſcripſi. Ingenium tuum admiratus fui, & hoc amplius erat quam ſcribere. Piſiſtrati lectione non adhuc ſaturare me potui. Profecto amplius ille tibi debet, quam ab Athenienſibus Harmodio & Ariſtogitoni tributum eſt, qui Hipparchum occiderunt. Eius Ἑρμᾶς admirari ſoleo. Sed nec eas induſtria tua omiſit. Perge illuſtrare Græciam, quia iam tua; facies incomparabili hac induſtria, vt omnium

Digitized by Google

um mox futura ſit, a qua omnes fere exulant. Perge inquam & vale imo viue vt poſſis pergere. Louan. 1623.

IDEM.

Doctiſſimum ad me munus mittis, quod profecto cœpi legere, vt accepi. Vix e limine pedem tabellarius extulerat, & lemmata capitum ſingulorum percurri. Sic vero maiori deſiderio correptus quantum legere exorſus ſum, tantum cultiſſimi ingenii tui induſtriam admirari. Hoc vero eſt bene de Athenis imo de ſeculis omnibus mereri. Quam multa obſeruas, quam varia indagas, quam involuta explicas! diuini non humani oculi tui ſunt: omnia intuentur, amplius dicam: omnia illuſtrant. Perge intueri, illuſtrare perge tuo beneficio deinceps, diem ſine nocte habebimus. Sed felices Athenæ, felices Archontes, qui eſſe iam non deſinent, feciſti vt regere adhuc videantur, qui ne viuunt quidem, & quorum maxima pars hactenus ignorata eſt. Qui latent etiam per nubem, tamen conſpicui ſunt, in quam ingenii tui radios immiſiſti. De Athenis vero ipſis imo de Acro-

poli

Digitized by Google

poli quam ſuaue fuit intelligere! in arce viuo; Acropolin teneo, quicquid dixeris, propriè ad me pertinere arbitrabor. vale, me amare perge, quem augere diuitiis tuis pergis. Ego redhoſtire cupio, ſed vinci liberalitate tua ingenuum erit proffiteri. Louan. 1622.

IDEM.

Antea doctrinam tuam æſtimaui & admiratus ſum, nunc beniuolentiam & humanitatem. Etenim amare tibi ſatis non erat, niſi & ſcriberes: quo officio cum ſuperatus ſim (præueniſti enim) operam dabo, vt nouiſſe videar, quem non compellaui. Sic quidem cum æterno nomini tuo perſoluam laudem, ipſe aſſumam, tuo affectu quam meo ingenio clarior evaſurus. Tot iam ſcriptis illuſtraſti litterarum tenebras, vt tot iam monimentis ad æternitatem vacaſti genus humanum, vt non vincere dicam, qui indoctus eſt, non ſapere, qui feliciſſimam ingenii eruditionisque tuæ induſtriam non intelligit. Mitto Belgas: in Italia celebris es, & inter lumina ævi haberis. Iam quoque creſcunt iſti radii &

Digitized by Google

vel ab *Orcheſtra* emicant: Sed ſi ſic pergis, nox in omni antiquitate eſſe deſinet, teque ſolem ſuum ſeculi conſenſus appellabit. De me quid attinet dicere? Satis erit, ſi in maiori numero ſtella ſim, ſi non obſcurus lateam. Obſcurus tamen, quia famæ tuæ radios nunc ſubeo, & affectu iungor. Non recuſo, obfuſcari malo, quam non amari, ſic tamen tuo beneficio clarus ero.

IANVS RVTGERSIVS.

De ſiniſtra Meurſii fortuna.

Litteras cum incredibili meo dolore legi, qui eo maior fuit, quod non præviſus eſſet. Ac ad eas citius reſcripſiſſem, ſi vel tantillum temporis mihi fuiſſet a moleſtiſſimis occupationibus in tot aulis Principum, quæ me pene mihi eripuerunt. Tum autem ſi quod in tuo periculo conſilium ſuccurriſſet, Nolebam in amici fortuna ſolita negligentia agere, veni rem totam accurate perpendere, perpenſa tempus expectare, quo otioſus animi mei ſententiam explicare poſſem. Principio quod hiſtoriæ ſcribendæ ſpes tibi adempta ſit, equidem vehementer miror. Quis tibi ſuccedet? Grotii

Digitized by Google

tii calamitas & ea ſtudia & libertatem eripuit. Heinſius iam in opimo Sereniſſimi Regis mei ſtipendio duobus eodem titulo ſeruire non poteſt. Scriuerius noſter æque ac tu ſuſpectus es. Quo confugient; nam quod negligentia prætenditur, mihi tota vita, nedum exiguo tempore ſatis hiſtoriarum quis ſcribere videtur, ſi recte ſcribat, quantum tu ſcripſiſti. Equidem nihil æque me miratum fateri debeo ac eum caſum. Ego ſi quid in ea re metuiſſem tibi, ab Heinſio metuiſſem, cuius florentiſſimum ingenium ſimilem prouinciam merebatur, niſi & tu ambiiſſes, & ille ſatis munerum ſine illo fuiſſet. Sed eo metu per regem ſublato, ſecurus eram, cum hic caſus plane ex transverſo me oppreſſit. Augebat admirationem meam de reprehenſa ſcriptione, cum errata tua tibi & demonſtranda, & a te corrigenda forent. Malorum enim libellorum ſupplicium ſpongia eſt, non domini damnum. Sed hiſtoriæ tuæ odium non te premere videtur, verum perſonæ tuæ, earumque partium, in quibus magni viri ſed infelicis auſpicia ſecutus aliquando fuiſti. etſi tu extra ſcenam conſtitutus eras, vt ani-

 mo

Digitized by Google

mo tantum illi faxis, re ipſa non potueris.) Nam quid aliud eſt, quod Illuſtriſſimi ordines etiam honorem dedicationum ſuarum refugerunt? vt non ſolum hiſtoriam tuam ingratam eſſe videas. Memini cum ante annos aliquot *Samuel Neronus* editum a ſe elegantem alioquin carminum libellum patrio ſenatui dedicaſſet, eadem contumelia remiſſum, non ob aliam cauſam, quam quod earum partium ſuſpectus eſſet, quæ nunc ſuccubuerunt. Adeo illud perpetui mei in Getico exſilio comitis verum eſt.

In genus auctoris miſeri fortuna redundat
Et patimur nati quam tulit ipſe fugam.

Sed hæc duo licet grauiſſima ſint, tertium tamen vtrumque ſuperat, quo etiam de Profeſſione te periclitari ſcribis. Equidem fatebor id quod res eſt, id, vbi legi, totus expallui. Quid enim aliud in tali caſu amici facerem, quem ego fidiſſimum ac optime de me meritum ſemper expertus ſum? at quo crimine damnatus? quod barbarorum aliquot adoleſcentulorum palatum ad antiquas

Digitized by Google

quas eruditionis delicias, quibus te præeunte paſci poterant, obſurduerit. Ita ex illorum ſeu ignorantia ſeu negligentia pendebit doctoris ſtipendium. Meminimus nobis adoleſcentibus V. C. *Paul. Merulam* ſæpiſſime tribus auditoribus ſæpe me ſolo contentum fuiſſe. Neque hoc illi fraudi fuit. Nam de *Tuningio* etiam res in fabulam abierat. Ne quid de aliis dicam, qui iam fuerunt, quoniam candor noſter viuorum nomina diſſimulare iubet. Cur igitur tibi vni obeſt, quod illis non nocuit? nimirum quod ante dicebam, vera odium tui cauſa eſt, quod e partium ſtudio, quibus olim addictus fuiſti, conceptum eſt. Reliqua prætextus tantum, qui quærendus fuit. Quomodo enim humaniorum litterarum profeſſor remoueretur, niſi foris cauſa quæſita eſſet, quæ domi non erat. Neque enim vllus librorum tuorum in ſynodo, puto, damnatus eſt. Et hæc quidem de ipſo morbo, nunc de remedio videamus. Primum quod de bibliotheca tu ipſe ſuggeris in Academia Vpſalienſi adminiſtranda, id mihi imprimis probaretur, ſi ea res parata foret, Nunc cum diligentiſſime id inſtitutum hactenus

ctenus vrſerim, nihil tamen promovere potui; etſi in ea ſententia conſtantiſſime S. R. Maieſtas perſiſtat. Sed vt in aulis fieri ſolet, tardiſſime talia procedunt, præſertim cum ingens pecuniæ ſumma ei rei perficiendæ debeatur, cum ea cum inſtauratione Academiæ nouiſque Profeſſoribus advocandis coniuncta ſit. Id autem an paucos intra annos fieri poſſit vt mihi conditio horum temporum nota eſt, vehementer dubito. Et tamen prolixe ea de re ad Illuſt. Cancellarium ſcripſi, animumque eius tentaui, vt eo te Rex vocare velit. Stipendium luculentum futurum eſſet, tu modo dum reſponſum ad id acceperis, omni cura enitere, ne removearis. Et ego ſuper tua cauſa ad auunculum meum & *Honerdum* ſcripſi. Cauſam ſoli tibi habe. Metuo vt tui remoti opera rex vti auſurus ſit, ne eorum cauſam approbare videatur, qui ab Ordinibus damnati ſunt. quorum fauore quantopere eius Maieſtas opus habeat, tu ipſe noſti. Deinde honorificentius longe tibi futurum eſt a tuo loco auelli a tali Principe, quam ſi vacuus ab eo occupâris. Hæc mi Meurſi, non eo ſcribo, quod hæc præda

da iam capta ſit (& tu tanquam nunquam futurum puta, ne cum ſpe ſuſpenſus fueris eluſus te ipſum torqueas) ſed ita ſcribo vt amicus, qui vnice laborat, vt ægrotanti fortunæ tuæ remedium aliunde reperire poſſit. Optarem vt præclaro aliquo volumine & præfatione prolixa atque eleganti te Illuſtriſſ. Cancellario inſinuares. Et ſi quid paratum eſt, age, ne differto. Non enim illi audiendi ſunt, qui libellorum tuorum multitudinem accuſant. Tu plura indies ac plura procude. Et quod præmium tui temporis malignitas & ingratitudo tibi negauit, id a tot nominibus obſtricta tibi atque deuincta poſteritate exſpectato. Quanquam neque de tuis quidem temporibus tibi deſperandum eſt. Venabor ſi quem Pragæ tibi leporem excitare poſſim, vt duabus anchoris innitaris, ſi minus alterum ſucceſſerit. Atque vtinam nunc aliquot rege illo dignum monumentum paratum haberes, quod dum ergo illic etiamnum ſum, illi Principi offerri poſſit, apud quem etſi abſens & ignotus in ſumma expectatione ſum, commendante Ioanne Caſimiro Pr. Pal. Ser. noſtri Regis adfine, quo principe neque melior quiſ-

quam

quam multi. Habes quæ hoc quidem tempore in tua mihi cauſa ſuccurrant. Ad quæ reſponſum tuum expectabo. Etſi non tantum ibi periculum fore confido, quantum metus ex ſuperiori contumelia etiamnum recens ſibi fortaſſe fingit. Cæterum me in omnibus & fideliſſimum & diligentiſſimum in hac cauſa offendes. Vtinam *Porphyrii* omnia parata eſſent pro Bohemiæ Rege. Et potes adhuc. Sed ne omitte. Itali cuiusdam verſionem latinam περὶ ἀποχῆς, quæ apud magnum Voſſium reperies, tum *Rittershuſii* in vitam Pythagoræ notas vt & *Petr. Gilbertii Valentini* in introductionem. Lipſ. 30. Mart. 1620.

NICOL. RIGALTIVS.

De ſuo Gloſſario, & Iuliani epiſtola edita.

Gloſſariorum editionem ſe accurare ſcripſerat Vulcanius, an edita iam illa ſint, fac me obſecro certiorem. Ego interim abſolui meum illud *græco barbarum*, * quod olim promiſeram. Mitto tibi ſimul & *funus paraſiticum* paulo emendatius auctiusque. *Iuliani* quoque *Epiſtolam* in lucem dedi,

* Prodiit Lutetiæ 1611 4.

Digitized by Google

dedi, dum mihi tantillum otii de negotiis forenſibus ſuffurari licuit. De iſtis vero quid cenſes? iudicium enim tuum plurimi facio. Gallia noſtra ingenium tuum exoſculatur & libros tuos auide legit. Gloriæ tuæ aſſertores & fautores habebis hic, ſpondeo, permultos. Lutet. Kal. April. CIↄ Iↄ C.

IO. PHILIPP. PAREVS.

De noua Plauti editione aliisque.

Erumpit tandem interior animi mei adfectio erga publica tua merita, quæ varia iam pridem in remp. litterariam contuliſti, atque indies eam egregiis tuis lucubrationibus iuuare non deſiſtis. Quo nomine me tibi quoque obnoxium eſſe fateor, quippe qui iam à multis annis multiplicem è monimentis tuis percepi fructum. Id quod amica hac ſcriptione ad te conteſtatum facere volui, plane confiſus, haud tibi ingratam futuram hanc meam ſalutationem. Habent enim hoc, vt noſti, litteræ noſtræ, vt in ſui communicationem facile coaleſcant. Equidem inter eos me eſſe lubens profiteor, qui quicquid habent virium,

in

in conſilium & doctis literarum conferre ſtuderent. Prodierunt a me ingenioli mei [illegible] aliquot, quibus hunc meum animum iam viris doctis apprime innotuiſſe mihi perſuadeo. Inter alia nuris ab-hinc edito in cenſuram vocabuli *[illegible] Co-[illegible] Fabulas*, quas mea induſtria paulo meliores reddere conatus ſum: quid vero præſtiterim, aliis merito iudicandum relinquo. Certe quidem animo ſemper pœnituit, tam propere præcipitaſſe illud meum ſtudium. Taceo enim, quod ab operis typographicis nunc miſere exceptus meus labor, dum prave omnia expreſſa, non pauca omiſſa aut interpolata. Etiam dies, vt fit, multa me docuit aliter. Senſi inſuper iniquum obelum τῶν [illegible]. Quæ omnia me neceſſario pepulerunt, vt de noua editione cogitandum fuerit, vt hac ratione auctori, quem expoliendum ſuſceperam, rectius conſulerem, meæque famæ contra inuidorum morſus minime deeſſem. Serio igitur iſtam rem aggreſſus ſum, illuſis omnibus beneuolentibus. Ab Sereniſſ. noſtro Principe Electore nobiſcum MSS. Codices impetraui, e quibus palmarium obtinet vetu-

r 3 ſtisſimus

ſiſſimus iuxta atque optimus ille, quo olim quoque vſus Camerarius. Ex hoc libro & cæteris optimæ quoque notæ MSS. proximis nundinis, ſi Deus vitam & valetudinem porro conceſſerit, caſtigatiſſimas dabo poetæ noſtri fabulas: ſequeſtratis omnibus aliorum divinationibus aut coniecturis. Ita polliceri audeo, poſtquam iam priores ſeptem ad librorum iſtorum cynoſuram emendaui. Reprehendi namque paſſim a multis properam lectionem membranarum exſcriptam, meque antea, qui alienis oculis videre cogebar, turpiter quoque inductum. Quin heri demum dum in Epidico verſor, L. I. V. I. mirabar, quis magno μακαρίτῃ Scaligero inſuſurraſſet libello de *re nummaria* pronuper edito, in optimo Camerariano codice inibi legi: *—geſtant copulas ſecum ſuas:* vnde ipſe fecerat, *ſeſumias*. Sed affirmo tibi, mi Meurſi, expreſſe membranas ſic habere: *— geſtant copulas ſuavi*. Talia ψευδογραφήματα ex omnibus Codic. Palatinis nobis prodidit is, qui a columbis an colubris nomen accepit in vaſto illo Centonum volumine infinita prorſus, vti & altera editione mea cuivis liquido pateſcet. Promiſerat non ita pridem iuvenis quidam in Analectis ſuis novam editionem, eamque e curis magni Scaligeri, quæ tot iam annos in magna fuerunt expectatione. Profecto cum illam ὑπόσχεσιν

Digitized by Google

legerem, cor meum rem ludicram fecit. Totus enim exilii & in hæc verba prorupi: ἔξεχ' ὦ ὕαιε! Interim meam cogitationem abiicere non potui, tot præſidiis ad hanc rem oppido quam neceſſariis inſtructus: absque quibus ſi ſit, neminem in bonorum auctorum emendatione feliciter verſaturum vtique te ὁμόψηφον habebo. Quæſo igitur, Cl. Vir hanc mihi gratiam facias, & quid de Swartiana pollicitatione credendum, mihi ſignifices. Ego ut dixi propterea a meo propoſito dimoveri non potero. Semel hæc alea mihi iacta, ſecus namque abſtinere maluiſſem, cum alia multa in meis λυχνίδοις ſuperſint, quæ lucem affectant. E quibus facile laudem merebitur *Panoplia* univerſalis Locorum communium, quam inſtitui. Sed heic nunc fatiſco, uſque dum comicis meditationibus ſatisfecero. Habeo & paratos duos indices abſolutiſſimos in opera *Statii* & *Naſonis*, quos iam typographis tradidi. *Symmachum* nuper percurrebam & *Salluſtium*, quorum hunc tibi dono ut de μελέταις noſtris iudices. Addidi alia quædam opuſcula dicis cauſſa a me edita, profutura tamen, niſi me omnis ratio fallit, iuventuti. d. 5. Sept. 1617.

GE-

GEVERHARD. ELMENHORSTIVS.

De Andreæ Hieroſolymitani orationibus MSS. Palatinis.

Significavit mihi P. Schottus, ſub manu te habere aliquot homilias *Andreæ Hieroſolymitani.* Quod ſi verum, transmittam tibi duas elegantiſſimás & doctiſſimas Orationes in Natalem beatæ Virginis, quas ex MSS. Palatinis olim deſcripſi. Hamburg. MDCXIX. d. XXIII. Junii.

IDEM.

Nos actis *concilii Chalcedonenſis* iam vltimam manum impoſuimus, quæ ſpero proximis nundinis prodibunt ſplendide, vt & *Wouweri* opuſcula poſthuma, quorum frontem tibi, Grutero, Heinſio & Scriverio inſcripſi. Excuduntur etiam Lubecæ iuſſu meo *auctores de viris illuſtribus eccleſiaſticis*, quos brevi mittam. Si forte penes te *Braulion* aut alius eiusdem farinæ, rogo transmittas, ut cæteris iungatur. Conferam me poſtea ad *Zonaram* & *Theodorum Studitam*, modo per imbecillitatem valetudinis licebit. Iam enim propter crebros labores emaciatus ſum, & totus langueo. Si pertexis *Gloſſarium latino barbarum*, ſuppeditabo complura vocabula barbara, quæ obſervavi apud *Bleſenſem*, quem his diebus cum MSS. contuli. Eximium Heinſium patrem leporum & poetarum deum propter negotia amatoria compellare non audeo. Hamb. III. Kal. April. CIↃIↃCXVII.

Digitized by Google

IDEM.

Conſtans hic ſermo percrebüit *Bamfeldium* &Grotium proditionis ſummi ſtatus reos in carcerem detruſos, quod hactenus credere non potui. Non enim arbitror homines optimos,eruditiſſimos patriæque amantiſſimos lucri cupidine adeo ineſcatos, vt ſcelus in auditum & execrandum omni ævo committere voluerint. CIↃIↃCXIIX.

IDEM.

De Proclo aliisque.

Amo te propter ſummam tuam humanitatem & prolixum in me animum, qui te impulit, vt elegantiſſimas in *Proclum* emendationes nobis transmitteres. Si plures penes te notæ tam bonæ, communica. Sane *Procli* codice uſus ſum corruptiſſimo, deſcripſique non ſolum a græculo inepto ſed & malo. Nulla linea fere extat, in qua non enormia errata commiſit. Itaque in toto hoc genere mihi divinandum fuit, unde factum, vt paſſim obhæſerim, nec in aliquot locis ſenſum commodum extricare potuerim. Religio vero fuit, noſtras coniecturas pro MSSti lectione lectori obtrudere. Tu autem Vir ſumme ut es in græcis exercitatiſſimus, facile multa advertiſti & emendaſti feliciter, in quibus noſtra parvitas in caſſum deſudaverat. Vnde & occaſionem mihi dediſti vel in ſecunda editione latine ea vertendi, quæ iam pro deſperatis de-

Digitized by Google

depoſueram. Vtinam ſimiliter ſtudia noſtra iuvare velles in collatione *Conciliorum Zonaræ* & *homiliis Theodori Studitæ*, quarum editionem poſt provolgatum *Concilium Chalcedonenſe* aggrediar. Habeo & *Panthaleonem* de *laudibus Michaelis archangeli* & multa aliorum græcorum Patrum opuſcula ſub manibus, quæ ubi lucem viderint, ſtatim inter primos ad te ibunt. *Proclus Platonicus* iam in fine laborat, cuius exemplar, ubi potero, ad te mittam. Inſtigavi omnibus modis typographum, ut *Nicolai Methonenſis refutationem* prelo iungat, ſcilicet animam corpori. Hamburg. V. Id. Ian. M IƆCXVII.

IDEM.

Acta Chalcedonenſia Iam per integrum annum otioſa iacent apud Wechelianos. Zonaras totus abſolutus eſt, quem cum *Balſamone* græco ſtudioſe contuli, & iam typographo noſtro commiſi, licet ſciam, alios eius editionem maturare. Crede mihi non niſi caſtratum Zonaram fibulati iſti patres nobis dabunt. 1617.

IDEM.

De opere Catechetico Theodori Studitæ.

Holſtenio noſtro duas eruditiſſimas orationes *Andreæ Hieroſolymitani* transportandas dedi a te veſte latina contegendas. Vidit etiam apud me *opus Catecheticum Theodori Studitæ*, quod olim vertit *Livineius*, ſed

Digitized by Google

plane barbare. Si mihi aliquot exemplaria pro impenſa, quam in deſcribendo inſumpſi, dare tibi animus, codicem ipſum lubens transmittam editioni iam paratum. Poteris ex eo gloſſarium tuum centenis vocabulis locupletiorem reddere, multorumque tibi animos iſto ſancto labore demereri. Vt enim es Helleniſmi peritiſſimus, in corrigendo opere facile immutare poteris, quæ *Livincius* non intellexit aut perperam immutavit. Exemplar meum eſt antiquiſſimum, ſcriptumque manu eleganti, ex quo omnes lacunas, quæ in Vaticano ſunt, tibi ſupplere in proclivi. Hamb. XIX. Kal. Maji. 1619.

IDEM.

De opere Epiſtolarum Zonaræ in MSS.

Significavit nobis collega tuus ut & vir maximus *Heinſius*, extare penes nobiliſſimum *Theod. Douzam* integrum *opus Epiſtolarum Io. Zonaræ*, cuius ἐξήγησιν in omnia concilia ex MSStis Palatinis brevi provolgare nobis animus eſt. Rogamus igitur obnixe, vt a prædicto Douza theſaurum iſtum nobis impetres, quo operoſo operi noſtro addi queat. III. Non. Auguſti 1617.

IDEM.

De Meurſii fortuna iniquiori.

Nemo mihi ſcripſit de inhumano & barbarico facto, quo tibi homines naſuti auditorum paucitatem obiicere non ſunt veriti, quaſi

quaſi tum bene cum genere humano ageretur, ut bona pluribus placerent, aut tibi in proclivi eſſet, ſtolidiſſimis adoleſcentibus collegium totum farcire. Equidem vitio fatui & inſulſi huius ſæculi doctrina humanior omni ex parte laborat. Quos mihi dabis adoleſcentes ita moratos, ut græca diſcere velint. Non arbitror tres homines in tota noſtra civitate exiſtere, qui curam eius rei agant, ut illorum filii principis linguarum imbuantur liquore. Quoties video ſcholæ noſtræ Rectorem (video autem ſæpiſſime) conqueritur mecum ſuas fortunas, quod in dies minuatur numerus diſcipulorum ſuorum, nec amplius reperiantur, qui græcis litteris animum inbuere ſtudeant. Ipſe mihi retulit: ſe Baſileæ *Thomam Eraſtum* inſignem philologum ſæpius audiviſſe, Ariſtotelis Ethica explicantem, cum duos ſaltim auditores haberet, inter quos & famulus vnum locum occupabat. Et meo tempore Leidæ *Vulcanius* magna penuria diſcipulorum laborabat, neque tamen eius eruditio inde quid detrimenti accepit, vel domini curatores rem, quam præſtare non poſſet, ipſi imputarunt. Quare iniquiores in te ſint, cauſſa non eſt, niſi forte vnicum illud te premit, quod olim magni nunc nuper vero infelicis viri familiaritate vſus es nimis familiariter, quam incivilitatem tamen non arbitror in tam civiles homines cadere. Quod

Digitized by Google

ſi omnino merita tua in Remp. litterariam & eorum iuventutem contempſerint, cenſeo, infracto & generoſo animo aſſultus eorum feras & iniuriam Spartana nobilitate concoquas. Erunt, qui virtutem ſæculi ſui malignitate oppreſſam & injuſte ſedibus motam iuſto loco reponent, ſæpe enim maiori fortunæ locum fecit iniuria. Multa ceciderunt, vt altius ſurgerent & in majus.

VI. Kalend. Octobr. 1619.

Continentur hoc faſciculo:

I. *Io. Baptiſtæ Galli* Notationes in Thuani Hiſtoriam.

II. Acta & ſcripta *Theologorum Würtembergenſium* & *Hieremiæ* Patriarchæ CP. de religionis negotio.

III. *Catalogus librorum Manuſcriptorum græcorum* Conſtantinopoli apud Chriſtianos adſervatorum.

IV. *Eub. Theosd. Sarckmaſii* Continuatio judiciorum de civilis prudentiæ ſcriptoribus.

V. *Io. Henric. Meibomii* Epiſtola de κυνοφορίᾳ ſeu canis portatione ignominioſa.

VI. *Iacob. Thomaſii* diſſert. de Doctoribus Scholaſticis latinis.

VII. *Excerpta litterarum* ad Io. Meurſium ſcriptarum, ex Codice MSS. Bibliothecæ Lipſienſis Paullinæ deprompta.

Digitized by Google

Digitized by Google

NOVA LIBRORVM RARIORVM CONLECTIO,

QVI
VEL INTEGRI INSERVNTVR
VEL ACCVRATE RECEN-
SENTVR.

FASCICVLVS QVARTVS.



HALIS MAGDEBVRG.
IN OFFICINA RENGERIANA.
A. O. R. CIↃ IↃ CCXV.

Digitized by Google

CONTINENTVR IN HOC FASCIC. IV.

I. *Gu. Burtoni Hiſtoria Græcæ Linguæ.* p. 597
II. *Pandectæ Florentinæ.* p. 709.
III. *Jo. Chifletii de Johanne Papiſſa.* p. 737.
IV. *Claviculæ Salomonis.* p. 747.
V. *Epiſtola Amici de iisdem.* p. 759.

Digitized by Google

VIRO

SVMME REVERENDO

Erdmann Neumeiſter,

PASTORI SVPERINTENDENTI. CONCIONATORI AVLICO ET CONSISTORIALI SORAVIENSI LONGE MERITISSIMO.

PASTORI HAMBVRGENSIVM RECENS VOCATO DIGNISSIMO

S.

PATRONE ætatem colende!

P*Lauſum plauſibus addere, auctosque honores & collata in TE nova munia gratulari, neminem forte magis, quam meipſum decebat; qui a longo ſatis tempore cultoribus TVIS ac-*

Digitized by Google

cenſeri, inter clientes certe devinctisſimos nomen profiteri, e reliquis unus maxime obligatus ſum. At enim, quid obſecro digni, quid exquiſiti proficiſci posſit ab homine, cujus detritus diutino corporis morbo vires Ipſe noſti, & ingraveſcentem affecti animi languorem haud raro in benevolentisſimis literis condoluiſti? Immo vero, quid ſcriberem, ſi vel ſalva omnia eſſent; ſi vel Milone ego robuſtior, vel Pythagora ſanior? Inſignia forte, quibus praeſtas, Merita praedicem? aut ſingulares ingenii dotes laudibus extollam? Atqui dudum haec magnorum volitant per ora Virorum; ipſius Magni Principis *aſſenſu comprobata: quod omnes (rumpantur ut ilia multis) mecum fateri coguntur; inficiari ſaltim, ſi velint, non audent. Ergo Protectionem TVAM ambire, Patrocinium flagitare convenit? Convenit fateor: apud omnes tamen alios potius quam apud TE, VIR SVMME REVERENDE, qui ultro favorem offerre, repetita in nihil tale merentem beneficia conferre, atque tantum non (vereor prope dicere, quod TV facere non gravaris) ipſos inter Amicos me referre haud aſpernatus es. Deniq; Officia mea exponam? ſervitia dicabo? Experto nempe TIBI cum pudore noſtro & dolore, quam curta mihi ſit ſupellex, ac quam viribus prona voluntas deſtituatur. Quid, quod nihil horum ultra ab eo cultore*

TIBI

TIBI promitti debeat, qui quantus denique, ut quam tenuis eſt, tantus & totus TVVS eſt.

Sola igitur vota ſuperſunt, communia piarum mentium libamina. Horum ſummam (innumerum enim numerum fecit quotidiana repetitio) in compendium miſſurus, ter illud antiquum rem bene gerere *acclamo; ter* fauſte vivere; pancratice valere; halcyoniis, poſt ſuperata tempeſtatum adverſa, diebus frui, *adopto.* Abi bonis avibus! Adi læto ſidere nobile Germaniæ Emporium, Domicilium poſthac Muſarum TVARVM perquam egregium, *nec non ibidem, quos infinito deſiderio Adventum TVVM operiri ſcimus, Cives TVI amantiſſimos,* mira morum ſuavitate recrea, ſingulari Oris ſuadela informa, & gravi integræ vitæ probitate confirma. *Sic vovet, ſic auguratur*

Cliens
&
Cultor obſervantiſſimus

Editor.

Digitized by Google

Lectori ingenuo.

DE Libris Rarioribus commentari dudum animus fuit, & ſpero affuturam aliquando occaſionem, qua propoſitum hoc juſto opere exſequi queam. Interea temporis deſiderio Dni Rengeri morem gerere, hosque Cl. Groſchupfii Faſciculos continuare placuit. Methodum beati Autoris in plurimis ſequor, idem quoque ſequenti Faſciculo Vto, cui præcedentium omnium Index accedet, facturus: eo vero abſoluto quid dare propoſuerim, ſuo tempore, ſuo loco exponam. Orthographiam, in his quæ integra inſerta ſunt, ipſam ut plurimum Scriptorum retinui, in reliquis uſitatiorem præferens; exceptis iis, quæ aperte in analogiam & genuinæ Critices regulas impingere viſa fuerunt. Odi ſcilicet omne novandi ſtudium, niſi quod evidenti utilitate commendatur. Ceterum, ſi quæ notanda ſuperant, (ſuperabunt autem plurima) ea modeſte carpant rigidi, quorum intereſt, cenſores: reliquis facilius probabor.

I. GVI-

Digitized by Google

I.
GVILIELMI BVRTONI HISTORIA GRAECAE LINGVAE. (a)

Lond. MDCLVII, 8vo pagg. 60.

Viro

a) Integer, & tantus tantuli libri Titulus hic eſt:

GRAECAE LINGVAE HISTORIA,
ſive
Oratio de ejusdem Linguæ Origine, progreſſu, atque ad ipſam ἀκμὴν incremento; de latiſſimo denique ipſius, omnibus prope ſeculis per univerſum Terrarum Orbem Uſu.
Habita olim Oxoniis in Aula Glevoceſtrenſi ante XX & VI. Annos
a
GVIL. BVRTONO Londinienſi in LL. L. Hodie autem ſcholæ, quæ eſt Regiovici ad Thameſin in Regnis Præfecto.

Digitized by Google

Viro ſibi Doctrina, comitate, veteris amicitiæ jure, multisque aliis nominibus plurimum colendo

GVILIELMO BVRTONO

ΥΓΙΑΙΝΕΙΝ.

A*Ccepi lætus, relegi lubens Schedas illas tuas, in quibus* Græcæ Linguæ Hiſtoriam *jam olim complexus fueras;*

ARISTOTEL. Ethicorum Lib. 1. (cap. 3.)

τὸ γὰρ ἀκριβὲς ἐν ἅπασιν ȣ̓κ ἐπιζητητέον.

Nunc demum Typis excuſa

LONDINII

AVGVSTAE TRINOBANTVM.

apud Thomam Roycroft

Proſtat autem venalis apud Joh. Martin. & Ja. Alleſtrye ſub ſigno Campanæ, in Cœmeterio D. Pauli M. DCLVII.

Præmiſſa etiam ſequ: Inſcriptio dedic.

Ad

Eruditum & vere nobilem Adoleſcentem

DN. THOMAM THYNNIVM

V. Nobiliſſ.

HENRICI FREDERICI THYNNII

Equ. aurati & Baronetti

F. N. max.

G. B. non ſine ingenti indolis minime vulgaris cultu

D. D. D.

Digitized by Google

fueras; quarum me, nedum Cognitorem, ſed & Cenſorem *eſſe voluiſti. Neque vero erat (ſi quid* cenſeo) *quod vel* Ariſtarchum *ipſum hac in parte reformidares; etiamſi non dixeras (quod tamen omnino dicendum fuit) Te Orationem illam (Profeſſorio muneri inauguralem) ante annos plus minus triginta habuiſſe; cum quæ juvenis adhuc, & pene puer* (b) *luſeras, iſtiusmodi ſint quorum nec ſenem pudeat. Hoc eſt ſcilicet, (ne* manes pati *dicam) ſequimur ſuæ quisque naturæ ſemina;*

- - - Qualesque premunt nunc ſydera quercus
A prima venêre die - - -

Mihi enimvero, tua hæc ob oculos habenti,

b) Inſignem propterea locum promeritus eſt BVRTONVS inter *præcoces Eruditos*, neque *Bailletto* tamen, ſi bene recordor, neque *Cl. Wolfio* in *Primit. Flensburg.* memoratus. Quanquam multa ab Autore noſtro ad adultiorem ætatem provecto addita paſſim fuiſſe & emendata, tum aliunde, tum ex eo inprimis clarum fiat, quod aliquoties Libri laudentur, poſt annum demum 1650. in lucem emiſſi.

Digitized by Google

benti, in animum ſubit illius anteacti temporis non injucunda recordatio, quo in iisdem Caſtris (Collegio *hoc noſtro* (c) Reginali) *uterque ſimul tyrocinium egimus; ubi nos alii plerique, pro Genio loci* ſeveriores (*Dialecticæ & Philoſophiæ aſpera ſectantes;*) *Tu interim, pro tuo,* (*amœnioribus Philologiæ ſtudiis addictior*) humaniores Muſas *perdius & pernox coluiſti; pari fortean animi Contentione omnes, ſucceſſu diſpari: Siquidem inde factum ut Tu revera* ἐν παισὶ γέρων, *nos tantum non* ἐν γέρουσι παῖδες, *apud æquos literarum arbitros videamur. Id quod amplius clareſceret, ſi exorari ſuſtineas,*

c) In *Philippæ Reginæ*, Eduardi III Conjugis honorem ſic dictum; alii malunt REGINENSE. Fundator fuit *Rob. ab Eglesfeld*, laudatæ Reginæ a ſacris; hodie ſextum inter Oxonienſia Collegia locum obtinet. conf. *Bentheems Engelland. Kirchen und Schulen-St. cap. XXII. p. 308.* & qui ex inſtituto de ædificio, ædificatore reliquisque Collegii fatis agit *Ant. a Wood in Hiſt. & Antiquit. Univerſit. Oxonienſ. L. II. p. 113. ſeqq.* (e Th. Scheldon. 1674. fol. maj.)

Digitized by Google

ſuſtineas, ne, quæ multa dudum ad illuſtrandas Britanniæ *noſtræ Antiquitates affecta habes, ulterius apud te in umbra premantur; Quid enim vetat vel poſt* Homerum Iliadas *ſcribere? Poſt, uberrimas licet, meſſes* Camdeni, (d) Armachani, Seldeni (*æterni nominis heroum*) *qui hæc poſteris pleno demenſi ſunt horreo, ſup rſunt etiamnum procul dubio haud contemnenda ſpicilegia: & quidem* ἀγαθὴ καὶ μάζα μετ᾽ ἄρτους. (e) *Tu vero huic negotio*

d) Puta JA. VSSERII, Archi-Ep. ARMACHANI cum vetuſtiore illo *Rich. Armachano* non confundendi, cujus *Annales & Antiquitates Eccleſiarum Britannicarum II. Voll. Lond. 1650 & 54.* mox junctim add. *Hiſtoria Pelagiana ibid. 1687. fol. prod.* Opus doctrina & judicio exquiſitiſſimo conſcriptum. CAMDENI, & SELDENI labores notiores ſunt, quàm quibus immoremur.

e) Vetus proverbium, de quo Parœmiogr. Græci *Zenobius & Diogenianus*; *Apoſtolius Cent. I. 10.* de iis dici notat, *qui* τὰ ὕστερα vel τὰ δεύτερεῖα *deteriora largiuntur.* Μάζα enim pane vilior habebatur,

gotia quam non ſis impar, documentum dabit præſens iſte Libellus, ea orationis puritate & eloquentia maſcula conſpicuus, ea lectionis varietate refertus, eo judicii acumine digeſtus, & (quod caput eſt) ea qua tum eras, ætatis teneritudine conſcriptus. Quem ſi paullo tardius quam par erat remiſerim, id non ſine cauſa (adde etiam ſontica) commiſſum: Cujus moræ culpam, quæque tandem fuerit, ſi minus excuſatio noſtra, Candor certe tuus facile diluet. Interim & mihi indecorum, & tibi (ne dicam publico) injurium duxi, ſcriptum illud tuum ſine Euphemiſmo dimittere; ab Homero *tuo jam olim edoctus,*

Αἰσχρόν

tur, ſervorum & ruſticanæ plebis cibus. vid. *Pollux* paſſim *in Onomaſt. Diogenianus* addit, æquipollere illi: δέχεται καὶ βῶλον ἀλήτης; *accipit & glebam mendicus*, i. e. quicquid porrigitur, arripit. *Langbainius* ergo teſtari voluit, *Spicilegia Burtoni Anglicana* tamen expetenda fore & æſtimanda, quamvis forte inferiora futura inſignibus illis monumentis, quæ *Camdeni* & reliquorum diligentia præoccuparat &c.

Digitized by Google

Αἰσχρόν τοι δηρόν μένειν, κενεόν τε νέεσθαι.(f)
Vale Vir Doctiſſime, & Æternitatem cogita.

Dabam Oxonii e Collegio Reginali.
Ad IV. Kal. Xres.
Anno Æræ Chriſti MDCLVI.

GER. LANGBAINIVS. (g)

HOME-

f) i. e.

Turpe manere diu tibi ſit, vacuumque redire.

O quam ſæpe igitur turpes ſunt Academici noſtri!

g) Fortunam ille in Juventute novercam expertus *Collegii Reginalis ſocius* aliquandiu, tandem *Præpoſitus & Theol. D.* fuit. Antiquarius & Philologus celeberrimus, Linguarum etiam, Philoſophiæ atque Juris municipalis peritia clarus, Obiit MDC LVII. 10. Febr. ſt. v. conf. quæ *Noſter* infra, non procul a fine, it. *Freherus in Theat.* & ex eo *Lexic. Lipſ. German. Kœnigius in Biblioth. V. & N.* aliique habent: præ reliquis *Woodius c. l. p.* 122. & prolixius in Athenis Oxon. T. II. col. 140. qui vero cum priori loco *Longini* Librum *de Grandi-loquentia, ſive ſublimi dicendi genere e græco latine redditum & notatiunculis illuſtratum Oxon.* 1638.

HOMERVS

Rhapſodiæ Iliadis. A. ſive libro
I. cujus olim ἐπιγραφὴ,
Λοιμὸς καὶ μῆνις.

Μῆνιν ἄειδε θεά. καὶ τὰ ἑξῆς. (h)

INſtitutum eſt mihi, Generoſi a-
qui

1638. inter *Scripta Langbainii* recenſet, duplex ἁμάρτημα commiſit, quod ipſe tamen poſtmodum in Athenis ex parte emendavit. Prodiit enim *Longinus* ille jam *A. 1636.* neque *ex verſione Langbainii*, qui ejus Interpretem nunquam, quod noverim, egit, ſed *vulgari Petreana*; cui *Langbainius breves in fine Obſervationes* nec non *Protheoriam de Dionyſii proſapia & Patria* addidit, *Ja. Tollio* dignam viſam, quæ ſplendidæ *Longini* Editioni *Ultraj. 1694.* in 4to excuſæ præmitteretur. *Benthemius p. 309. Langbane* vocat, operarum procul dubio errore. Fama etiam fuit, Ipſum *Briani Twynii Antiquitates Oxonienſ.* continuaturum, ſed nihil eo mortuo inventum fuiſſe, quod rem probaret, teſtis eſt idem *Woodius* c. l. multa tamen *Volumina Collectaneorum & Adverſariorum* ejusd. hodienum Oxonii aſſervantur.

h) Iram cane Dea. &c.

Digitized by Google

que optimi Adoleſcentes, bona cum veſtrum omnium venia, interpretari vobis ῥαψῳδίαν divini Poematis, Iliadis Homericæ. Cum enim ſemper animadverterem egregiam in vobis indolem, magnum ad literas ardorem, atque in Græcis quidem ipſis non contemnendum progreſſum, nolui impetum hunc veſtrum idonei præceptoris inopia retardari: Non quod tantum mihi meo jure tribuam, verum ut eximium meum erga vos affectum aliquo modo teſtatum redderem. Quæ itaque per decennium plus minus primum ſub optimo harum literarum (1) inſtitutore, propria deinde induſtria comparata mihi ſunt congeſtaque, ea omnia animus eſt refundere, atque vobis in veſtrum uſum communicare. Spero autem vos omnes, non tantum profectui veſtro defuturos, quin otium meum, quod aut ab amicis, aut gravioribus ſtudiis ſuffurari poſſim, boni conſulturi ſitis. Ipſe quidem illud omne quicquid erit, atque adeo meipſum, in veſtrum commodum quam lubentisſime ſum impenſurus.

1) *Dn. Alexandro Gillio P. Scholæ ad D. Pauli Londinii olim moderatore.*

Digitized by Google

Ad auſpicatiora itaque interpretationis meæ ſumenda initia, affero vobis Homerum, in ipſo cujus aditu minuendus eſt eorum error, qui non ſolum recentiorem multo librorum Homeri per literas diviſionem (qua antiquos nunquam uſos fuiſſe patet ex (2) Ariſtotele de Poetica. *Cap. XXIV.*)(i) ipſius fere Poetæ ſeculo adſcribunt; verum & ſingularem quamque literam, ῥαψῳδίας diſtinctæ, ut videmus, titulo fruſtra inſigniunt: contra quam vocabuli ipſius ratio patitur; aut etiam veterum ſcriptorum ulla

2) *Adi Joannem VVoßerium Polymatheias, cap. 18. §. 4. & 10.*

i) Contrariatur huic ſententiæ ipſe *Ariſtotelis* interpres *Caſtelvretius* ad h. l. cujus verba a pl. rev. *Fabricio in Bibl. gr. L. II. c. 2. §. 9.* adducta inferunt: *non veroſimile eſſe, Homerum integros 24 Libros continuo temporis nexu atque ſine ulla diſtinctione aut intercapedine recitaſſe.* At enim vero patrocinari videtur *Ariſtotelis* aſſerto, quod Antiqui jam tum hominem plus juſto loquacem *μακρότερα τῆς Ἰλιάδος λαλόντα, prolixiora iliade loquentem* dixerint, referente *Polluce L. VI. Onomaſtici c. 26.* cui add. *Eraſmus in Chiliad. col. m. 863.*

Digitized by Google

ulla (3) auctoritas confirmat. Ut merito (4) Appionis Grammatici, quem Tiberius Cæſar *cymbalum mundi*, appellavit, aliorumque ineptias, καὶ ἀβελτερίας (k) de Homeri ſcriptis rideamus & penitus explodamus. Cæterum utriusque ejus Poematis tanta fuit apud antiquos celebritas, atque veneratio, ut non hominem, ſed Deum ipſum auctorem habuiſſe credantur.

k) Gravis eſt, ut ſolet, *Annæus* in laudata Epiſtola, quæ tamen cum in omnium manibus ſit, malo Lectorem *Sixti Senenſis* verbis docere, in quonam *ſtolida* Grammaticaſtri *ſubtilitas* conſtiterit. Hic *L. III. Bibl. S. p. 142.* (*Edit. Frfrtenſ. 1588. f.*) *Appio*, inquit, *Grammaticus Alexandrinus a Tiberio Aug. Cymbalum mundi appellatus: cum exponeret primam illam dictionem Homericæ Iliados*, ΜΗ'ΝΙΝ; *dicere ſolebat, Homerum artificioſe a Syllaba* ΜΗ, *librum ſuum inchoaſſe; nimirum, ut his duabus litteris comprehenderet totum numerum octo & quadraginta voluminum, quibus abſolvitur univerſum corpus Iliados & Odyſſeæ a ſe editum. Numerum enim octo & quadraginta per* Μ *&* Η *Græci deſignant. &c.*

3) *Ælian.* ποικιλ. ἱστορ. *lib. 13. cap. 14. Vide quæ doctiſſ. Caſaubonus ad Strabonem pag. 13.*

4) *Seneca Epiſt. 88. De aliis nugatoribus vide eundem Senecam de Brevitate vitæ, c. 13. illic Lipſium atque Plutarchum Convival. quæſt. lib. 9. cap. 3. Euſtathium, aliosque.*

Digitized by Google

dantur. Neque illud quidem a levibus proditum eſt teſtibus, ſed, ad majorem rei fidem faciendam, aſſertorem habet Pythii ipſius Oraculum.

Ἤειδον μὲν ἐγὼν ὅδ᾽ ἀπέγραφε θεῖος Ὅμηρος. (1)

Aliter afferri ab aliis hoc carmen non neſcimus Ἔγραφον μὲν Ὅμηρος ἄειδε δὲ Φοῖβος Ἀπόλλων.

Homerum ſcilicet, dictata ſibi ab Apolline carmina excepiſſe; Deumque manu ipſius, ſi Diis placet, tanquam notarii, aut deſcriptoris alicujus uſum fuiſſe. Neque hoc alia factum eſt ratione, quam qua omnes prorſus poetæ ſe ὑποφήτας, hoc eſt, Muſarum interpretes ſive internuncios nominant.

Atqui nec ipſe quidem Homerus unquam deſcripſiſſe Joſepho videtur, ſed a Deo, Apolline ſcilicet, edoctus, populo in triviis publice decantaſſe. Haud aliud certe eſt, quod ille graviſſimus, ſi quis alius, auctor, contra Appionem Grammaticum diſputando confirmare conatur, ubi Homerum antiquitus apud Græcos, non ſcri-

1) *Ipſe ego cantavi quod dius ſcripſit Homerus.*

item ad marginem:

Phœbus Apollo canit charta quod mandat Homerus.

ſcriptum, ſed diu cantatum aſſerit. (m) Certe Ælianus, (5) in omnimoda Hiſtoria, poema ipſius ab Indis decantatum tradit; quos tamen magnus 5) *Ælian. Var. Hiſt. lib. 12. cap. 48.*

m) Non tam aſſerit *Ioſephus*, quam alios aſſeruiſſe refert; Verba ejus *L. I. c. Apionem, initio, p. m. 1034.* ex verſ. *Rufini* per *Gelenium* emendata, ſic fluunt: *Apud Græcos nulla invenitur conſcriptio poëmate Homeri vetuſtior, & hunc etiam poſt bella Trojana fuiſſe manifeſtum eſt. Et AIVNT, neque hunc litteris ſuum Poëma reliquiſſe, ſed cantibus memoria aſſervatum, poſtea fuiſſe compoſitum, & propterea multam in eo reperiri diſſonantiam. Hæc Ioſephus*, cujus cætera *graviſſimam Autoritatem* non omnes admittunt: adiſis *Fabricii Bibl. Gr. L. IV. c. 6. §. 4.* cui non poſſumus non inſigne junioris *Scaligeri* de *Ioſepho* Teſtimonium addere: *Ioſephe eſt un Auteur tres-veritable en ſon hiſtoire, & plus veritable, que pas un Auteur & tres-fidele. &c. Joſephus eſt veritatis ſtudioſiſſimus & fideliſſimus in hiſtoria Autor, atque fide dignior, quam ullus alius.* V. *Scaligerana prima p. 177. Utraque p. m. 212.* ſub voce *Ioſephus.*

(n) gnus Geographus (6) γράμματα ἐκ εἰδέναι, ἀλλὰ πάντα ἀπὸ μνήμης διοικεῖσθαι, *neſcire*, ait, *literas*, *omnia memoriter adminiſtrare*: quemadmodum & Dio ille Chryſoſtomus Orat. *XXXVI.* quæ eſt de Boryſthenitarum (populi ii ſunt Scythiæ ultra Tomos in ſuperiori parte Pontici litoris:) ſtudio erga Homerum, (o) ipſos ait (τὴν Ἰλιάδα ὀλίγε πάντας ἰσάναι ἀπὸ ςόματος) *fere omnes memoriter Iliadem cognoſcere ſive repetere.* Quamquam illud

6) *Strabo Geograph. lib. 16.*

n) Subſtitue *L. XV.* ubi Indorum mores atque ſtatum exponit diligens terræ ſcrutator, pag. *edit. noviſſima Amſtelod. 1035ta.* quam ſtudio notamus, quoniam *Almelovenius* Editor *indicem paginas antiquæ editionis Pariſ. de A. 1620. monſtrantem* retinuit. Quod monere oblitus eſt *Fabricius*, apud quem etiam typographi oſcitantia *editionem Almelovenianam* integro ſeculo vetuſtiorem fecit, *A. 1607.* loco *1707.* ponendo.

o) Tit. ſermonis eſt: Βορυσθενιτικὸς ſ. BORYSTHENITICA. In genere enim *de Boryſthenidum Gente, Patria, moribus* &c. non *de ſtudio* ſaltem *erga Homerum* tractat *Pruſæus Orator.*

Digitized by Google

illud ægre mihi perſuaderi patiar, nullum fuiſſe ſcriptionis uſum maximi poetæ ſeculo, ipſo etiam reclamante, idque diſertis verbis, in illo verſu Iliados ζ.

Γράψας ἐν πίνακι πτυκτῷ. - - (p)

Verum, ut in re crepera, & longa nocte incognita nihil mihi temere affirmandum duxi; veriſimile tamen eſt plane ejusmodi fuiſſe olim Homeri (7) *ᾠδὰς*, ſive illæ animo tantum & memoriæ impreſſæ fuerint, quod Joſephus contendit; ſive literis demum commiſſæ, quod quidem rationi magis videtur conſentaneum; quales Achillem hic noſter ad Citharam recitantem inducit.

7) *Philoſtrat. Vit. Apollonii Tyanæi lib. I.*

(8) *Φρένα τερπόμενον φόρμιγγι λιγείᾳ.*
- - *ἄειδε δ' ἄρα κλέα ἀνδρῶν.* (q)

8) *Iliad. ι.*

Tales (9) Demodoci fictæ cantilenæ, ac (10) Phemii in Odyſſea. Neque diverſa his opinor de Lini, Orphei, Muſæi,

9) *Odyſſ. θ.*
10) *Odyſſ. χ.*

p) *Vlto Iliad. v.* circiter *170. ſcribens in tabella plicata.*

q) *Iliad. ι. ſ. nono, v. 186.*
Oblectans animum cithara ter ſuave ſonanti,
- - - *geſta virum glorioſa canebat;*

Digitized by Google

11) *Ælian. lib. 14. cap. 21.*
12) *Idem Ibid. 11. cap. 2.*

Muſæi, (11) Syagri, (12) Oribantii Trœzenii, Daretis Phrygii, Meliſandri, aliorumque Homero antiquiorum auctorum, carminibus & ſcriptis pronunciaverim, ſi modo Joſephi atque Euſebii auctoritate fas ſit niti. Quorum ille, loco contra Appionem citato, Acuſilaum, Cadmumque Mileſium, quos Græcorum ſcriptorum fere antiquiſſimos nominat, paululum præceſſiſſe Perſarum in Græciam irruptionem diſerte ſcribit, quæ tamen contigit, uti conjicere licet, Olympiade LXXIV. Archonte fere Athenis Calliade. Euſebius (13) vero προπαρασκευῆς, *lib. X.* inter ipſorum ſcripta Draconis leges antiquiſſimas ponit, paulo ante Piſiſtratum,

13) *Præparat. Evangel. l. 10. cap. 5. & 8. ex Joſepho, Clemente, aliisque,* οὐ μὲν οὐδ᾽ ἀπ᾽ ἐκείνου τοῦ χρόνου, (*ſc. Cadmi*) δύναιτό τις ἂν δεῖξαι τὴν σωζομένην ἀναγραφὴν, οὔτ᾽ ἐν ἱεροῖς, οὔτ᾽ ἐν δημοσίοις ἀναθήμασιν· ὅπου γε καὶ περὶ τῶν ἐπὶ Τροίαν τοσούτοις ὕστερον ἔτεσι στρατευσάντων πολλὴ γέγονεν ἀπορία, καὶ ζήτησις, εἰ γράμμασιν ἐχρῶντο. *Euſeb. lib. 10. cap. 7.* (r)

r) *Euſebii hæc verba p. 477. Edit. Col.* (verius *Lipſienſ: ubi ſumtibus Weidmanni 1688. fol. exſcripta*) *Vigerus* ita vertit: *Neque tamen quiſquam aut in ſacris aut in publicis unquam monimentis litterarum ullum ejus* (Cadmei puta) *temporis exſtare veſtigium oſtenderit, cum de illis ipſis, qui Trojanam expeditionem tanto poſt ſuſcepere, dubitatum perdiu quæſitumque ſit, num litteris uterentur.*

Digitized by Google

ratum, qui Perſicum in Græcia bellum haud ita diu anteceſſit. Adeo nuperrime ad Græcos, ſi immenſam illam ſpectes antiquitatis ſeriem (quam tamen illi perpetuo crepant, atque ſibi arrogant:) ex optimorum auctorum fide, literarum atque ſcribendi pervenit cognitio. Neque enim vetuſtiſſimi illius Orphei (s) ſunt illi, quos habemus, Hymni (quod tamen quidam autumarunt:) ſed poſterioris cujusdam, Crotoniatæ, ut volunt viri docti, quod & facile probant, cum aliis rationibus, tum quod Deos quosdam minorum, ut ajunt, gentium ab ipſo celebratos, Priapum dico, Fortunam Victoriam &c. obſervent. Sed nec Argonauticωn quæ ſub ejusdem nomine publice ambulant, alium aſſignant auctorem, quam *Onomacritum*, quem Theognidis ſeculo vixiſſe volunt. Neque eundem Muſæum quis credat Ἐρωτοπαιγνίου ſive amatorii Poematis de Herone &

14) *Præter Herodot. lib. 7. & Tatianum Aſſyr. Orat. ad Græcos, adi Joſ. Scaliger. in Can. Iſagog.*

s) De hoc & ſeqq. prolixe egit πολυμαθέστατος. *Fabricius L. I. Bibl. Gr. aliquot capp.* poſt quem Iliada ſcribere non placet.

Leandro ſcriptorem cum eo, qui ab Euſtathio (15) ἀκέσεις τῶν νόσων compoſuiſſe ſcribitur; ſed multo poſteriorem quendam, qui ſub Imperio Conſtantinopolitano floruit; cui etiam rei fidem maximam aſtruunt Manuſcripti Codices, in quibus γραμματικὸς appellatur, inuſitato penitus Muſæi, aut etiam Homeri ſeculo vocabulo. Contra quam viſum eſt Viro illuſtrisſimo Julio Cæſari (16) Scaligero, qui in Homerum ſemper iniquior, Virgilii tamen perpetuus admirator, ex eo poemate quædam excer-

15) *Sanationes morborum.*

16) *Jul. Scalig. Poetic. lib. 5. cap. 2.* (t)

t) Prætermiſit hunc *Scaligeri* locum, æque ac parallelum alium *Hier.* Magii (*L. XVIII. var. Lect.*) laudatus modo *Fabricius* §. 3. c. 16. *L. I. Bibl. gr.* cui merito tertium *Joſ. J. Scaligeri* jungimus, qui pro more in Patrem iniquior, eadem fere, quæ *Burtonus* habet, quando in *Scaligeranis Vtr. p. 278* ait: *Muſæus n'eſt pas cet ancien, qui eſtoit du temps d'Homere* &c. *Muſæus*, ſcilicet, *non eſt ille antiquus qui vixit tempore Homeri. Pater meus pluris fecit Muſæum quam decebat, prætulit ipſum Homero, ſed non ſatis intellexit Græcorum Poëſin.* &q. ſq.

Digitized by Google

excerpſiſſe Homerum, imitatum eſſe alia, quædam in pejus immutaſſe, judicio nequaquam probando ſcripſit.

Sed Homerum repetamus. Longo temporis decurſu, ſunt qui ſcribant, (17) Lycurgum cum in Samo poſterorum Creophyli hoſpitio uteretur, Poemata Homeri ab iis accepiſſe deſcripta, & in Peloponneſum primum aſportaſſe. (u) Alii (18) Piſiſtrati tyranni ævo atque juſſu collecta ajunt plusquam Abſyrtea ipſius membra, in rhapſodias diſpoſita, atque viginti quatuor

17) *Heraclides de Politiis. Ælian. lib. 13. cap. 14. Vide præter Strab. lib. 15. Apulei Florid. lib. 3. fine.*

18) *Ælian. Var. Hiſtor. lib. 13. cap. 14.*

Qq 2

u) Plurima hic monenda in promptu ſunt, ſed chartæ parcentes, unum *Dionem Chryſoſtomum* addimus, neque *Burtono* neque *Fabricio* memoratum: ille *ſerm. 2do*, qui inſcribitur *de Regno*, disertis verbis refert, *Lycurgum Homeri Poetica vel ex Creta vel Ionia apportaſſe*; unde colligendum, jam tunc inter ſcriptores de *Loco Poeſin Homerianam primitus aſſervante* non conveniſſe. Vid. pluribus *Bibl. græc. L. II. c. 2. §. ii. ubi tamen verba Fabricii: POST LYCVRGVM PISISTRATI CVRA CELEBRATVR, recte intelligenda ſunt.* Quod obiter.

Digitized by Google

quatuor literarum Alphabeti apicibus inſignita. Non deſunt tamen qui prodant (19) Hipparchum, Piſiſtrati filium natu maximum, ſuorum civium longe ſapientiſſimum, ante alios Homeri carmina Athenas attuliſſe, & Rhapſodos coegiſſe in Panathenæis, ſive communi Græcorum conventu, canere.

Atque hic eſt tandem πολυθρύλλητος ille, καὶ περιβόητος (20) Homerus, quem admirata ſunt omnia ſecula, ſpatioſus ille omnis vetuſtatis tractus ſemper ſuſpexit, ex quo cum antiquiores omnes Græci omnia fere in ſuum uſum exhauſerint, ipſe tamen univerſæ πολυμαθείας, ſive omnifariæ doctrinæ locupletiſſimus manet theſaurus. De quo mihi ſatius multo eſt tacere, quam non ad dignitatem ipſius loqui. Vereor enim ne poſt doctiſſimos atque in omni ſcientiarum genere laudatiſſimos (21) viros, ingenii mei exilitate, tantas laudes deterere videar. Unicum tamen illud adnotabo, aliis fortaſſe non obſervatum, hujus poetæ unius auctoritate, magnum plerumque uſum

19) *Ælian. ib. lib. 8. cap. 2.*

20) *Adi Strabon. u. initio pluribus. Porro Homerus omnis Philologiæ dux, Vitruvio l. 7. dicitur. Velleio ejus ingenium ſine exemplo maximum. Ipſe primus doctrinarum & antiquitatis parens, Plinio. Apuleio multiſcius, & omnium rerum peritus.* Πανταχοῦ πολυπειρίαν *Antigono* ἱστορ. παραδόξ. συναγωγῇ. *Pater liberalium diſciplinarum, Tertullian. Scripta ejus, pretioſiſſimum humani animi opus, eidem Plinio.*

uſum fuiſſe (22) Juriſconſultum (y) aut in inveniendis, componendis vel legibus, aut in ſtabiliendis aut interpretandis, quod cuivis facile videre eſt, D. Tit. *de Legat. & fideicommiſſ. de emptione contrahend. Ad L. Juliam de Adulteriis coercendis, de Pœnis, de verborum ſignificatione.* Inſtitutionibus, item Tit. *de Donationibus, de L. Aquilia*, alibi etiam.

Sed omiſſo ipſo Poeta, maximisque ipſius virtutibus, aliis deprædicandis, ad rem ipſam, quam volumus, tandem

Nullum etiam feliciùs extitiſſe ſcriptum ſive operis forma ſive materia, uti placet Ciceroni. Adiſis Manilium lib. 2. aliosque ψαμμακοσίους. (x)

21) *Herodotum, Heraclidem Ponticum, Plutarchum, Dionem Chryſoſtomum, Porphyrium, Euſtathium &c.*

22) *Juſtinian. D. Proœmio vocat Homerum, omnis virtutis Patrem.*

x) Copioſa *Homeri*, elogia cumulat quoque Jac. Duportus in Homeri Gnomologia & *Donnola de Patria Propertii* §. *3. 4. ſeqq.* quæ Burtonianis addat, quemcunque panegyriſticæ tavtologiæ detinent. Nobis haud vacat difficiles agere nugas.

y) Nec *Juſtinianus JCtus* erat vocandus, qui *Juris Dator & Dictator* fuit, nec *Homerum* quandoque in Corpore juris teſtem citari *primus* obſervavit *Noſter*, idem multo ante *Budæo, Gentile*, aliisque notantibus. Conf. præter *Cl. Fabricium, Heresbachius in Orat. de Græca linguæ laudibus. p. 16. 17. edit. Baſil.*

tandem deveniamus. Vos autem, quod fortaſſe more apud pleroſque recepto facitis, prolixum atque importunum Græcæ linguæ encomium in ipſo præfationis meæ limine non expectabitis. Hujus enim tanta eſt utilitas, adeoque late patet in omni artium, ſcientiarumque genere, ut ab omnibus quam facillime deprehendi poſſit. Et ſane ingens ipſius neceſſitas dilucidius vobis innoteſcet, ſi ſtrenua aliquando opera, & diligentiori ſtudio in adyta atque penitiora harum literarum acceſſeritis. Interea, prout loci hujus atque temporis rationem aliquam habeam: Quænam ſit Græca illa omnium linguarum (23) clariſſima, quam fieri poſſit breviter explicabo. „*Quibus* „*nimirum auſpiciis inchoata eſt, au-* „*cta, atque continuata, donec ad* „*ipſam ἀκμὴν pervenerit. De latiſſi-* „*mo ipſius uſu per omnes fere orbis* „*terrarum gentes. Nonnihil etiam* „*de variis ipſius dialectis, & perpetuo* „*denique usque ad ætatem hanc no-* „*ſtram ſucceſſu.*

(23) *Auguſt. de C. Dei lib. 8. c. 2.*

Hæc quidem luculentius demonſtrare licebit, ſi prius antiquæ Græ-

ciæ

Digitized by Google

ciæ origines, atque fines; brevemque aliam deſcriptionem exhibeamus. (24) Græcia itaque, ſic antiquitus appellata, a Græco Theſſali filio, ſive Cecropis, ut aliqui volunt: Hellas deinde ab Hellene Deucalionis F. ab occidente Ambraciæ promontorio & Aractho flumine claudebatur, ut Strabo docet (25) Penejo fl. autem a ſeptentrione, cætera Mari: Ita ut Acarnania verſus continentem extrema Græciæ eſſet regio. Hinc Ariſtoteles (26) politicorum II. σχεδὸν τοὺς Ἕλληνας ἱδρυμένους παρὰ θάλασσαν ἅπαντας. *Omnes fere Græcos ſitos ad mare* dicit. Poſterioribus (27) Geographis limitem habet ab Oriente mare Ægeum, ab Occidente Adriaticum ab Italia, ab Aquilone montem Hæmum, ab Auſtro Mediterraneum, & Jonium mare. Diverſis temporibus limites ipſius deſcripti ſunt, prout extendebatur ipſius imperium. Etiamſi hodie

24) *Stephan. Byzantin. περὶ ἐθν. καὶ πόλεων aliique.*

25) *Strabo Geographiæ lib. VII.*

26) *Ariſtot. Polit. lib. 2. cap. 10.*

27) *Adi Maginum & Cluverium.* (z)

z) *Joh. Ant. Magini* Mathematici exactiſſimi *in Geographiam & tabulas Ptolemæi Commentarius* prod. *Colon. Agr. A. 97. Sec. XVI.* in 4to. *Cluverii* geographica vel tironibus nota ſunt.

ſi hodie infra invidiam poſita nullum locum, nullum numerum obtineat, & ab antiqua majorum virtute atque amplitudine fœdum in modum degenerarit. Antiquitus autem ea tantum portio priſcæ & avitæ Græciæ Ἑλλὰς appellabatur, quæ poſterioribus Theſſalia dicta eſt. Hinc doctiſ-

28) *Servius in 2. Æneidos.* ſimus Grammaticus: (28) *Græci proprie ſunt Theſſali*; & (29) Scholiaſtes

29) *Didymus.* ille ad *l.* Iliados: Ἀρίςαρχος παρ' Ὁμήρῳ Θεσσαλίαν μόνην τὴν Ἑλλάδα εἶναί φησιν, καὶ Θετταλοὺς τοὺς Ἕλληνας, παρακολουθῶν τῷ Θουκυδίδῃ. *Ariſtarchus Thucydidis* nimirum *auctoritatem ſequutus, Theſſalos* ἀρχαϊκῶς καὶ κυρίως *apud Homerum* Ἕλληνας, *ſive Græcos eſſe ſcripſit, Theſſaliam autem ipſam ſolam dici Græciam*; Ἕλληνας inſuper proprie appellari, qui eam Theſſaliæ partem inhabitarunt, ubi eſt urbs Lariſſa, teſtis eſt Apollodorus apud Strabo-

30) *lib.* 13. (a) nem: (30) μόνους inquit, τοὺς ἐν Θετταλίᾳ καλεῖσθαι Ἕλληνας. Itaque ut *Græci a Græco*

a) Locus *Apollodori*, qui eſt apud *Strabonem L. VIII.* (non XIII.) huc nihil facit, hiſtorice enim refert *Apollodorus*, *ſolos Theſſa-*

Digitized by Google

Græco Rege, quod ait (31) Plinius, qui (32) ex Aſia in Europam primum venerunt, ita *Hellenes ab Hellene*. Græcorum vero nomen univerſim in Hellenas apud ipſos Græcos abiit, neque enim eſt ubi apud antiquiores paulo Græcos, aut etiam poſteriores τȣ̃ γραικȣ̃ nomen uſquam, quod ego quidem ſciam, reperiatis, niſi apud (33) Lycophronem in σκοτεινῷ illo ipſius Poemate, *Caſſandra* inſcripto. (b) Callimachum etiam apud (34) Strabonem & Magni Etymologici Auctorem

31) *Plin. Hiſt. N.lib.4. cap.7.*
32) *Vide dictiſs. Iſ. Caſaub. Diatrib. in Dionem Chryſoſt. cap. 12.*
33) *γραικῶν ἄριστος &c. Græcorum optimus. Lycophr.*
34) *lib.5. & alibi.*

Theſſalos ab Homero ἕλληνας *dictos eſſe*, non grammatice evincit *illos ſolos ſic dici debere*. Sed fingas licet, poſterius etiam *Apollodorum* ipſum affirmaſſe, nondum tamen eo probatum eſt, quod *Burtonus* probare voluit aut certe debuit: *ſolos nimirùm Lariſſæ Urbis accolas* τῶν ἑλλήνων *nomine appellatos fuiſſe*. Conf. ſollicitus talium indagator *Palmerius in Græcia antiqua*.

b) Imo ipſe *Ariſtoteles* hac voce uſus fuit, *L. I. Meteorol. c. 14.* ad quem locum conſulendus *Olympiodorus* Metaphraſtes: add. *Stephanus de Vrb.* ſub voce γραικὸς, cui *Noſter* multa debet.

ctorem ſcriptoresque aliquot alios ab Athenæo citatos, Alcmanem puta, & Sophoclem, apud quos *Græcorum matres γεραίκες* dicuntur. Poſterioribus autem ſeculis, uti Græca lingua, Achiva dicta eſt: ita & Græci ipſi, Achivi ſemper appellati, quod apud infimæ ætatis ſcriptores obſervare poſſumus, quales erant Dionyſius Exiguus, Marcellinus Comes, atque ejusdem farinæ aliquam multi. Verum operæ pretium eſt videre quæ annotarunt Viri docti ad Actor. XIX. Com. 21. & inter eos Claud. Salmaſium in exercit. Plin. ad Solinum, *pag. 808.*

Sed Græciæ ipſius, prout in plures portiones tandem diſſipata eſt, ac diviſa, accuratiorem delineationem ex (35) *Sophiano*, homine inter Græcos μετωγενεςέρος longe eruditisſimo, repetere poteſtis, in elegantisſima illa tabula quam circa annos CL. (c) de Græcia compoſuit. Et tamen *hæc cuncta*

35) *Tabula Sophiani expoſitionem vide apud Nicol. Gerbelium in Deſcript. Græciæ, Ubbon. Emmium Tom. 2. Veteris Græciæ. Adi & Ortelium.*

c) Mendum ſubeſſe operarum facile patet, forte legendum: *circa Annum MDXL.* Conſtat enim *Tabulam hanc* iſtis

cuncta Græcia, ut ait (36) Cicero, *quæ fama, quæ gloria, quæ doctrina, quæ pluribus artibus, quæ etiam imperio, & bellica laude floruit, parvum quendam, uti videre poteſtis, Europæ locum tenet, ſemperque tenuit.* Cujus etiam initia ſi ſpectare volumus, nihil, niſi ex barbarorum hominum excurſionibus & colluvie coalitam ipſam, atque concretam videbimus. Hujus rei (37) Strabonem locupletem habemus aucto-

36) *Cic. Orat. pro L. Flacco.*

37) *Geograph. lib. 7.*

---

illis temporibus aliquoties prodiiſſe, donec 1545. *Gerbelius deſcriptionem Græciæ Baſil. fol.* ederet, quæ nihil aliud eſt, quam *Iſagoge & explicatio dictæ tabulæ.* Cæterum *Sophiano Michaelis* nomen fuiſſe, ocularis librorum inſpectio docet: perperam ergo *Geſnerus*, *Simlerus*, *Kœnigius* & qui ſequuntur alii, *Nicolaum* appellant; confuſione procul dubio cum *Gerbelio commentatore*, cui *Nicolai* prænomen erat, admiſſa. *Caſtigationes in Æſchylum* per *Robortellum Venet. 1550.* editæ, in deliciis habentur ab Eruditis. *Codicem* etiam *manu ejusdem circa An. 1560. ſcriptum* in Bibl. regia Pariſienſium aſſervari, teſtis eſt *Montfauconius p. 104. Palæogr. græca.* Inter Græcos denique Præceptores, qui latina parum attigerint teſten-

auctorem, Græciam univerſam prius a Barbaris inhabitatam fuiſſe. σχεδὸν δέ τι, inquit ille, καὶ ἡ σύμπασα Ἑλλὰς κατοικία βαρβάρων ὑπῆρξε τὸ παλαιόν. (38) Pelops ex Phrygia in Peloponneſum. Danaus ex Ægypto. Dryopes, Caucones, Pelasgi, Leleges, aliique eorum ſimiles intra Iſthmum ſita obtinuerunt, atque etiam extra Atticam, licet ſeipſos (39) αὐτόχθονας jactitent. (Quaſi non advenæ, neque paſſim collecta populi colluvies origines urbi dediſſent; ſed in eodem nati eſſent ſolo, quod incolant, & quæ illis ſedes, eadem origo eſſet:) Thraces qui cum Eumolpo venerant poſſederunt. Daulidem Phocidis Tereus, Cadmeiam Phœnices, Bœotiam Aönes, Tembices, Hyantes. Imo ὗν i. e. *ſuem*, antiquum probrum, & regionis, & urbis Thebanæ, vel ſuo tempore detergere ſatagit (40) Pindarus, pro elegantisſimo illo, atque ſummo, quo erat ingenio. Ad quam etiam

38) *Sic n. Sophocl. in Aiace:* Ἀρχαῖον ὄντα πέλοπα βάρβαρον φρύγα.

39) *Demoſth. Orat.* περὶ παραπρεσβείας. *Iſocrat. Orat.* περὶ εἰρήνης. --- Ἀθήνας φασὶν οἰκητὰς λαβεῖν τὸ μὲν πελασγὰς πρῶτον, ὡς δὲ καὶ λόγος κραναὰς καλεῖσθαι. (d) *Marcian. Heracleota* ἐν περιηγήσει.

40) *Pindar. Olympionic.* εἰδ. ς. *vid. Scholiaſt.*

refertur a Volaterrano Comment. Urb. L. XXI. Col. m. 776.

d) i. e. *Athenas ajunt primum habitatores accepiſſe Pelasgos, hos vero etiam Crannaos dictos eſſe fertur.*

Digitized by Google

etiam rem. Aeneam, carminum ſuorum recitatorem, ſerio adhortatur.

Γυῶνοι γ᾽ ἔπειτ᾽ ἀρχαῖον ὄνειδΘ- ἀλαθέων λόγοις Φεύγομεν. (e)

Quin & nomina ipſorum barbariem præ ſe ferre idem maximus Geographus docet; qualia erant Cecrops, Codrus, Aeclus, Drymas, Crinanus, & ſimilia his alia. Immo ipſius etiam tempore (vixit autem ille ſub Tiberii Cæſaris imperio (41) quod non obſcure teſtatur;) Græciæ latera (42) a Barbaris cincta fuiſſe, indubitatamque Græciam a Barbaris poſſeſſam, Theſprotis, Moloſſis, Caribus ipſe ſcribit: qui tamen tandem a Dorienſibus, & Jonibus infeſtati, in Aſiam

41) *Geogr. lib.* 13. (f)

42) καὶ μέχρι νῦν ἐν πλευραῖς, *&c. Strabo.*

e) Sic *Stephaniana* legit, & *Schmidius in ſua*; *Burtonus* ſcripſerat λόγοις Φύγοιμεν, quod metrum non fert. Senſus eſt: *Æneæ Socios notum facere debere, Thebanos nunc antiquum illud probrum* (porcorum cognomen) *legitimo modo effugiſſe.*

f) Adde L. XVI. quo *Athenodorum* ἑταῖρον *ſuum* vocat, & L. XVII. ubi poſt alia pergit: *noſtra tempeſtate Juba Jubæ Pater nuper mortui &c.*

am expulſi ſunt, poſtquam diu ſub Græcorum ſtipendiis militaſſent. Quos tamen non ideo Barbaros appellavit (ne verbi uſu decipiamini) quod Carice loquerentur, ſed quod Græca male efferrent. (43) βαρβαρίζειν γὰρ ἐπὶ τῶν κακῶς Ἑλληνιζόντων, οὐκ ἐπὶ τῶν Καρεσὶ λαλέντων εἰώθαμεν λέγειν; contra quam *Barbari* vocabulum, a Græcis elatum, docti quidam viri intelligunt. (g) Quod quidem (44) Homerus elegantiſſime expreſſit, cum

43) *Vid. Strabo lib. 14.*

44) *ἐν καταλό-γῳ.*

g) Innuunt ſane *Strabonis* verba ſeparatim ſpectata, quod *Burtonus* iisdem innuere voluit. At enim vero, cuilibet, qui antecedentia relegere non gravatur facile aliud *de mente Geographi & latiore nominis Barbari uſu* conſtabit. Sic enim Strabo, poſtquam *Cares ideo Barbaros dictos demonſtravit*, *quia craſſo ore loquebantur*, pergit *p.* 777. ex interpret. Gui Xylandri. *Hos igitur initio vocaverunt barbaros, tanquam diductionem aſperitatemque oris exprobrantes: deinde tanquam communi quodam gentili nomine abuſi ſumus, IN NATIONUM DIVISIONE BARBAROS GRAECIS.*

cum Caras *βαρβαροφώνες* appellat; quos & Trojanis auxilium tuliſſe narrat.

Tandem vero & ipſi Græci ſuis finibus evagati ſunt, vel mercaturæ exercendæ gratia, vel quod vicinorum infeſtationes ſibi graves metuerent, minimeque ferendas, ſive quod in exiguas portiones diſtractæ eſſent, propter principatus eorum, qui ob faſtum coaleſcere invicem, & conſortia tueri non poſſent. Hinc factum eſt, ut Neapolim, Cumas aliasque Campaniæ urbes, Athenienſium, & aliis Græcorum fugitivis repleri inveniamus: Ita ut Campani (45) omnes Græcis vocabulis Campanis intermixtis uterentur. Una urbs ſiquidem Miletus, Athenis profecta, ſeptua-

(45) *ἑλληνικοῖς ἀναμὶξ τὰ Καμπανικά &c. Strabo l. 5.*

CIS OPPONENTES. Quin ex *Ovidii* hexametro, *Triſt. L. V. eleg. 10. v. 37,*

Barbarus hic ego ſum, quia non intelligor ulli,

diſcimus, omnem alienâ, quam Gentis in qua vivebat, linguâ loquentem *Barbarum* nuncupatum fuiſſe. Uti quæ ad *commat.* 2. *cap. XIV. Ep. I. ad Corinth.* afferunt commentatores,

ſeptuaginta Colonias (46) a Seneca, Plinioque emendato (h) emiſiſſe dicitur. Atque ſic demum univerſa fere Italia, quæ inhabitata fuit, *Græcia Magna* appellabatur, ſi quid Athenæo credimus. Πᾶσα σχεδὸν, inquit ille, ἡ κατ' Ἰταλίαν κατοίκησις Ἑλλὰς μεγάλη ἐκαλεῖτο, & ut Ovidius ait. (i)

46) *Senec. Conſolat. ad Helviam cap. 6. Plinius lib. 5. cap. 29.*

Itala

h) Corruptus hic locus viſus fuit aliquibus, qui legere malunt: *a Seneca Plinioque EX EO emendato;* ſed quod pace illorum dicam, nihil vitii ſubeſſe opinor. Reſpexit quippe *Burtonus* ad aliquas *Hiſt. Naturalis* editiones minus accuratas, qui *Miletum Vrbem octoginta coloniarum genitricem* exhibent, quod in melioribus codicibus emendatum, & numerus *ſeptuagenarius pro exſuperante illo octogenario* repoſitus eſt. Quibus præmiſſis ſenſum planum eſſe autumo.

i) *L. IV. Faſtorum p. 64.* Huc refer *Myrſili Lesbii* libellum *de Origine Italiæ, Frontini* de *Coloniis Italiæ* & alios, quos cum *Comment. ſuis de Republ. Romana* excudi fecit doctiſſimus *Panvinius Pariſ. 1588. 8vo.* add. *Rycquius* in eleganti contra Gluverum atque Bochartum *de*

Veteris

Itala nam tellus Græcia major *erat*, non aliquantula ipſius pars, quemadmodum probare conantur Viri eruditiſſimi; unde enim Magnam aut Majorem dicerent, niſi Græci longius complexi eſſent? Eximius Poeta, in admirando Aeneidos opere, lib. 1. (k) *Heſperiam magnam*, pro Italia poſuit, quam tamen ipſam regionem lib. quarto *Magnam* dicit *Italiam*; priorem vero locum doctiſſimus atque antiquisſimus interpres Servius Honoratus περὶ Ἑλλάδος μεγάλης expoſuit, qui & *omnes civitates a Tarento ad Cumas usque Græcos condidiſſe* prodit. Expreſſe quidem, & ſatis ad rem, vetus Hiſtoriographus Trogus Pompeius: *Omnes gentes Græci nominis Italiam poſſidentes non partem, ſed univerſam ferme Italiam ea tempeſtate occupaverunt. Denique multæ urbes adhuc poſt tantam vetuſtatem veſtigia Græci moris oſtentant.* Quæ deinceps habuit magnus

Rr ille

veteris Italiæ Coloniis & Æneæ in eandem adventu commentatione.

k) *Virgil. L. I. Æn.* ubi *Servius* legendus, & *L. IV. v. 335.*

ille ſcriptor, operæ pretium eſt videre apud Juſtinum hiſtoriæ libro 20. c. 1. Neque diverſa ſunt iſtis, quæ leguntur apud alterum Pompeium, cognomento Feſtum: *Major Græcia dicta eſt Italia, quod eam Siculi quondam obtinuerunt, vel quod in ea multæ, magnæque civitates fuerunt ex Græcia profectæ.* Ad quem locum clariſſimi Grammatici, Joſephus Scaliger exoticam Græciam, quam Meſſenio ſervus vocat apud Comicum (l) in Menæchmis, de magna hac Græcia, contra quam cenſuit Turnebus, doctisſime, ut ſolet omnia, interpretatur. Nam certe, ut plurimum Græcas illas ἀποικίας in Italiam translatas, ἐξωτικὴν Ἑλλάδα, i. e. barbaram ſive exteriorem Græciam, Græci omnes veteres appellarunt.

Sed brevis hæc admodum, neque adeo

l) *Plautum Men. A.II. Sc. 1.* Eandem cum *Scaligero* ſententiam fovet *J. Douſa. J. F.* & qui *Scaligeri* verba habet, *Taubmannus* ad h. l. de cujus *in Sarſinatem Poetam commentario* nollem excidiſſent *Crenio* indigna verba, quæ *p. 105. Diſſert. I. de furibus librariis* leguntur,

adeo remota eſt ipſorum ἀποδημία, dum in proximos quaſi fines, atque terminos, colonias deducunt. Neque enim referre hic multum neceſſe eſt, quod a (47) Dionyſio Halicarnaſſenſi proditum legimus, Populum Romanum, totius orbis terrarum victorem & Dominum, a Græcis rerum ſuarum initia petiiſſe: Loca enim ipſa, in quibus poſtea ſtupendæ καὶ ὀυρανομήκους urbis jacta ſunt fundamenta, a barbaris Siculis, qui & Græci cenſebantur, prius detenta ſunt; quos Aborigenes tandem (γενάρχας, ſive πρωτογόνους Græce dicunt (m) moleſtantes, atque auxilia a Pelaſgis, aliisque Græcis accipientes, cum ipſis tandem Pelaſgis, in unum coaluerunt, devictis Siculis, atque profligatis. Sed his limitibus, arctis quidem nec ſatis ſpatioſis non contenti, immenſum eſt in quam longiſſimas regiones perrexerint. Nihil itaque hic attinet dicere de Colonia illa Græcorum, omnium fere ſeculorum monumentis celebrata, quæ Phocæa

47) Dionyſ. Halicarn. ἀρχαιολογ. lib. 1.

 profa-

m) αὐτόχθονας ſcitius pro ea appellavit.

48) *Harpagi lege, ita enim Herod. lib. 1. Juſtinus, Oroſius, aliique. Adi Ammianum Marcell. lib. 14.* (n).

profecta (48) Harpacis inclementiam vitans Cyri Regis præfecti, Italiam navigio petiit. Cujus pars in Leccania, Veliam; alia condidit in Vienneniſi *Maſſiliam*, inter Ligures & feras Gallorum gentes; dein ſecutis ætatibus, oppida, aucta virium copia, non pauca inſtituit. Unde tam magnus & hominibus & rebus impoſitus eſt nitor, (49) ut non Græcia in Galliam emigraſſe, ſed Gallia in Græciam tranſlata videretur. Hæc eſt illa *Maſſilia*, cujus ego civitatis, inquit (50) Cicero, diſciplinam atque gravitatem, non ſolum Græciæ, ſed haud ſcio an cunctis gentibus anteponen-

49) *Juſtin. Hiſt. lib. 43.* (c. 4.)

50) *Cic. Orat. pro L. Flacco.*

n) Tacet *Autor* miſſas *in Joniam* & *Aeoliam Colonias*, quarum, *illius* quidem *Strabo L. XII.* *hujus Paterculus L. I. c. 4.* mentionem injiciunt. Phocæa vero *Græcis Aſiaticis* non *Europæis* (de quibus hic ſermo eſt) debetur. *Ammiani* verba in quibusdam diverſa ab iis, quæ *Noſter* habet, invenio *L. XV.* (*non XIV.*) *p. 427. a.* (*Aurel. Allobr. 1609.*) *inter Scr. Hiſt. Rom. T. II.* ubi *Harpali* non *Harpacis* & *Lucania* e græc. λευκανίαν pro *Leccania*, (quod nihil eſt,) legitur.

Digitized by Google

ponendam jure dicam. Quæ tam procul a Græcorum omnium regionibus, diſciplinis, linguiſque diviſa, quum in ultimis gentibus barbariæ fluctibus alluatur: ſic optimatum conſilio gubernatur, ut omneis ejus inſtituta laudare facilius poſſint, quam æmulari. At præter Ciceronem, Strabo etiam lib. quarto, hic mercatum fuiſſe bonarum literarum ſcribit. Eo namque velut ad alteras Athenas, Romani, Galli, Hiſpani, aliique, quibus licebat, Philoſophiæ linguæque Græcæ gratia ſe conferebant. Teſtatur Tacitus in vita ſoceri ſui Julii Agricolæ, Britanniæ noſtræ poſtea Legati, eum parvulum ſedem ac magiſtram ſtudiorum habuiſſe Maſſiliam; (o) locum Græca comitate, & provinciali parſimonia miſtum beneque compoſitum. Hæc Pythiæ, ex quo quam plurima nec aliis audita, ſtudioſe adeo excerpſit (51) Strabo; uti & aliorum clariſſimo-rum

(51) *Strab. l. 2. & alibi.*

o) Huc etiam, eodem *Tacito* narrante *IV. Ann. c. 41. L. Antonius, III Viri F.* miſſus eſt, *ut*, ſcilicet, *ſtudiorum ſpecie moleſtum exſilii nomen tegeretur* &c.

Digitized by Google

rum ſcriptorum, patria fuit. Hæc (52) Gallos omnes ita φιλέλληνας reddebat, ut contractus omnes Græco idiomate conficerent, & in omnibus publicis privatisque rationibus * Græcis literis

(52) χρῶνται δὲ Κελτοὶ τοῖς ἔθεσιν ἑλληνικοῖς, ἔχοντες οἰκειότητα πρὸς τὴν Ἑλλάδα. *Marcian. Heracleota* ἐν περιηγήσει.

* *Cæſaris hic locus & alii apud eundem de Græcarum literarum uſu ſuo tempore apud Gallos, longe ſuſpectus ſuperioris ætatis, viris ſummis, adeoque nobiliora inter eos ingenia exercuit, ut nec ſibi, quod fatentur, neque aliis adhuc ſatisfecerint.* (p) *Præter Iuſtum Lipſium Elector. lib. 2. cap. 7. Epiſtolic. Quæſt. lib. 2. cap. 2. qui & alibi eum ſugillat, adibit lector, ſi commodum fuerit, Ioſephum Scaligerum epiſtola 16. ad Claudium Vernellam, Franc. Hotomannum ad Cæſaris Comm. & in Franco-Gallia cap. 2. Ioannem Seldenum in Illuſtr. ad magni Poetæ Polyolbion Cantic. X.* (q) *aliosque. Nos malumus rem in medio relinquere, quam poſt tantos viros certi quid definire.*

p) Præter citatos diligentiſſime omnia collegit *Daviſius*, *Burtoni Civis*, in egregia *Commentariorum Cæſ.* editione. *Scaligeri Epiſtolæ* merentur iſta addi, quæ ex ore ejusdem exceperunt *Collectores Scaligeranorum*

literis (ſi non mirifice interpolata Cæſaris lectio) uterentur. Hinc ho-
Rr 4 dieque

vanorum ſub voce *Dryida*, ubi ſerio affirmat, *ſibi locum Cæſaris neque de Gallis neque de Helvetiis probari, ſed τὸ Græcis omnino eſſe rejiciendum.* Idem quoque inferius ſub voce: *Lingua noſtra Gallica* &c. contra *Stephanum* (qui de eo, *L. IV. Sched. c. 4.*) & alios defendere conatur. Ubi *Perionius* inprimis ipſi vapulat, qui vocem Gallorum *maiſon a Græco οἶκος* ridiculo auſu derivare ſategit; quam *a Latinorum manſione* deducendam nemo non videt. Nec *Harduinus* pro paradoxo, quo amat eſſe ingenio, hic otioſus fuit, quippe qui *Gallicismos* in *Thucydide* ſibi obſervaſſe viſus, *Belli Peloponneſiaci Autorem*, neſcio quem *Gallulum* fingit.

q) Magnus ille Poeta eſt Mich. Drayton multorum Carminum ſcriptor, circa initium ſuperioris ſeculi. Polyolbion vero pluribus, qui Seldeni Scripta recenſent, ignotum, prodiit ſub Tit. *Notes and Illuſtrations on the firſt eighteen Songs in Mich. Draytons Poly-Olbion Lond. 1612. fol.* ſequuta poſtmodum & *altera* hujus *Poly-olbii Pars ibid. 1622.* ſed abſque notis & illuſtrationibus, forte nec *Seldeno* edente.

dieque tam frequens in Gallo-Romano ſermone Helleniſmus, Guilielmo Budæo, Lazaro Bayſio, Joanni Picharedo in Celtopædia, Henrico Stephano de Latinitate ſuſpecta, *cap.* 7. aliisque obſervatus. Quid Græcorum ſobolem in (53) Hiſpania numerare neceſſe eſt? Quid Sagunti meminiſſe? Certe Gallæci Græcam ſibi originem aſſerunt. Siquidem poſt finem Trojani belli, Teucrum morte Ajacis fratris inviſum Patri Telamoni, Hiſpaniæ littoribus appulſum narrat (r) Juſtinus (54). Immo Græciæ examina ad Occidentis ultima perveniſſe, diſerte ſcribit Hieronymus eo in loco, ubi qui ſint Galatæ docet; libro ſcilicet II. Commentariorum in illam, quæ eſt ad ipſos, epiſtolam. Legamus, inquit ille alio in (55) loco, Varronis de antiquitatibus [illegible] libros

53) *Plin. lib. 4. c. 20.*

54) *Iuſtin. hiſt. lib. 44.*

55) *D. Hieronym. Quæſt. in Geneſin.*

---

r) Mutilata dedit *Hiſtorici* verba & hinc eſt quod dubitare de ipſorum veritate poſſit, quicunque novit *Teucrum ex Græcia profugum Salamina in Cypro ædificaſſe*; verum rem, ut geſta eſt integram exponit *Juſtin. d. Libro c. 3.* quem adeat, qui plura cupit.

Digitized by Google

libros & Siſinnii Capitonis, & Gramcum Phlegonta; cæterosque eruditiſſimos Viros, & videbimus pene omnes inſulas, & totius orbis littora, terrasque mari vicinas Græcis accolis occupatas: qui, ut ſupra diximus, ab Amano & Tauro montibus omnia maritima loca usque ad Oceanum poſſedere Britannicum. Quamobrem opus haud fuerit Plutarchi teſtimonium huc adducere, qui, in libro *de facie in Orbe Lunæ*, mentionem facit *Continentis magnæ verſus Occidentem a Græcis habitatæ*. Ad quem Plutarchi locum, ſi lectum Joannem Keplerum, inſignem Mathematicum, conſulere voluerit, ſciet ſe haud peſſime operam locaturum. Quod ſi ad Auſtrum oculos convertere libet, quot illic Græcorum *ἀποικίαι*, quæ per omnem Africam ſedem poſuerunt? Si univerſum Orientem ſpectemus, quam numeroſa Coloniarum ſeges ex Græcis compoſita illic viſenda occurret? Alexander ille Magnus, qui ut ait poeta:

Eoum gladio demeſſuit Orbem,

præterquam quod utrasque Alexan-

duas (s) condiderit, Aegypti illam, totius Terrarum orbis delicias, atque alteram cognominem ad Panaim fluvium, in (56) Bactrianis vero Sogdianisq; XII. urbes poſuit, diſtributis his quoscunque in exercitu ſeditioſos habebat; quam multas etiam alibi inſtituerit Græcis civibus refertas, inde conjectura capi poteſt, quod Seleucus, unus inter ſucceſſores ejus, ſi quid (57) Appiano credimus, LX. Colonias in Parthia, India, Scythia, Meſopotamia, Armenia, aliisque quam plurimis in locis duxerit. Quarum ad præſens, inquit (58) Marcellinus, pleræque licet Græcis nominibus appellentur, quæ iisdem ad arbitrium impoſita ſunt conditoris, primigenia tamen nomina non amittunt,

56) *Juſtin. Hiſt. lib. XII.* (c. 5.)

57) *Appianus, ἐν συριακῇ ῥωμαϊκῶν.* (t)

58) *Amm. Marcell. lib. 14.*

(s). Quid quod *tertiam* quoque *in Thracia* ab *Alexandro XVIII. Annorum Juvene* exſtructam fide dignus Autor ſit *Byzantinus* ἐθνόγραφος; qui & *alias XV.* addit, quamvis poſteriores has Græcis coloniis repletas merito dubitemus.

t) *L. XI. Rom. Hiſtoriæ*, qui *Syriaca* & *Parthica* bella deſcribens hodiedum habetur.

Digitized by Google

tunt, quæ iis Aſſyria lingua inſtitutores veteres indiderant.

Sed de Græcia, Græcisque adeo ipſis quam latiſſime ſuis finibus evagati fuerint, ſatis hæc dicta ſunto. De literis ipſorum,* earumque numero, nominibus, varia ſcriptione, pronunciatione, accentibus, atque derivatione poſtea dabitur, uti ſpero, dicendi occaſio, cum ipſam linguam κατὰ τέχνην καὶ κρίσιν, ut loquuntur Philologi, aliquandiu expoſuerimus.

* Cl. Salmaſius, librum ſingularem de Græcis literis promiſit, in Exercit. Plinianis. (n)

De ipſa autem lingua quid breviter dicturo, primo quidem in loco minuendus occurrit, atque labefactandus eorum error, qui Græcam linguam cum Phœnicia, quæ & Punica dicitur, eandem eſſe autumant, nulla alia ratione aut auctoritate ducti, quam quod ſecum Cadmus ex Phœnicia in Græciam literas attuliſſe dicatur:

n) Idem præſtitit Vir, ſi quisquam in his literis exercitatus, *Sylburgius in Alphabeto Græco Francof. 1591. 8vo* edito (libello inventu nunc difficillimo) & ex parte *Montfauconius* in ſplendido opere, quod *Palæographiæ Græcæ* Titulo inſigne eſt.

cantur: (quod tamen Suidas, & alii, ſed perperam, a Lino Herculis præceptore, factum volunt). Primus omnium, qui hocquidem tempore occurrunt, ſciolorum quorundam huncerrorem exploſit magni nominis Juriſconſultus (59) Petrus Faber, Curiæ Tholoſanæ præſes. Nam præterquam, quod ex Plauti (60) Pænulo illud concedi nequeat, immo contrarium colligatur, & probetur, Fl. (61) Joſephus etiam auctor eſt, Menandrum transtuliſſe ex Phœnicium dialecto Tyriorum ἀρχεῖα, ſive Archiva in Linguam Græcorum: quod nihil neceſſe erat, ſi ambæ illæ eadem prope eſſent lingua. (62) Euſebius etiam Philonem Biblium interpretatum (x) eſſe narrat Sanchoniathonem Berytium de Phœnicum (y) Theologia:

59) P. Faber Semeſtr. lib. 3. cap. 1.
60) Act. 5. ſc. 1. & 2.
61) Ioſeph. ἀρχαιολ. lib. 8. cap. 2.
62) Euſeb. πρoπαρασκ. lib. 1. cap. 9.

x) Niſi confinxiſſe; quæ Virorum quidem κριτικωτάτων Urſini, Dodwelli & noviſſime Fabricii ſententia eſt, in contrarium tamen abit Th. Burnettus L. I. c. 6. Archæolog. qui ut genuinum Sanchoniatonis fœtum vindicare, fruſtra forte laborat.

y) Cur non Phœnicum? Vox certe ἀπὸ τῆς Græcorum Φοινίκης eſt.

Digitized by Google

ologia: unde quidem conſtat, pluſquam dialectos fuiſſe utrorumque ſermones, vel etiam gloſſas, quas *ſecretiorem linguam* reddit (63) Quintilianus; veteres autem Grammatici eos libros (64) περὶ γλωσσῶν inſcripſerunt, quibus eas voces explicabant quas Græci auctores ex aliis linguis videbantur ſumpſiſſe.

63) *Quintil. Inſtitut. lib. 1. cap. 1.*

64) *Adi doctiſſ. Iſ. Caſaub. ad Act. cap. 10. commate 46. 1. Cor. 13. comm. 1.*

Quod autem afferunt auctorum teſtimonia de translatis literis, a Phænicibus ad Græcos, inter eos præcipuum locum mihi obtinere videtur (65) Eupolemus, qui περὶ τῶν ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ βασιλέων librum conſcripſit, in quo ait τὸν Μωϋσῆ πρῶτον σοφὸν γενέσθαι, καὶ γραμματικὴν πρῶτον τοῖς Ἰουδαίοις παραδοῦναι, καὶ παρὰ Ἰουδαίων (66) Φοίνικας παραλαβεῖν, Ἕλληνας δὲ παρὰ Φοινίκων, Moyſem *primum fuiſſe ſapientem, primumque Judæis Grammaticam tradidiſſe, unde Phœnices acceperint, Græci vero a Phœnicibus*: Et Zeno poeta, in quodam Anthologiæ epigrammate. (z)

65) *Apud Clementem Alexandr. Stromat. 1.*

66) *Vide Tacitum Annal. XI. c. 14. Plin. lib. 7. cap. 56.*

z) Ego quidem nec hoc nec aliud *Zenonis* Epigramma in *Anthologia* (*Frft.* 1600.

Εἰ δὲ πάτρα Φοίνισσα, τίς ὁ φθόνος; ἦς καὶ
ἀπὸ Κάδμος,
Ἀφ᾽ οὗ τὴν γράπτην Ἑλλὰς ἔχει σελίδα.
Si Phœniſſa genus, nihil obſtat; Cad-
mus & illinc,
Cui ſcriptos codices Græcia tota refert

Nos rem totam ex antiquiſſimis au-ctoribus explicabimus.

Primum itaque locum ex Hero-doto in medium afferemus; Phœni-ces ait introduxiſſe literas, (67) *γράμματα οὐκ ἐόντα πρὶν Ἕλλησι, πρῶτα μὲν τοῖσι καὶ ἅπαντες χρέωνται Φοίνικες, μετὰ δὲ χρόνου προβαίνοντος ἅμα τῇ φωνῇ μετέβαλον καὶ ῥυθμὸν τῶν γραμμάτων.* *Primas ſcilicet apud Græcos extitiſſe literas, quibus omnes Phœnices utun-tur:* (68) *progreſſu vero temporis, una cum ſono, mutaverunt & modulum pri-ſtinum.* Ipſe etiam ſe inſuper ait apud

Thebas

67) *Herodot. in Terpſichore.*

68) *Nam ut ait Tacitus* (a) *compertum eſt, Græcam quoque literaturam, non ſimul coeptam abſolutamque.*

1600. ap, Wechel. Fol.) me reperiſſe memini. Quiſquis autem *Poeta Græcus* ſit, peccavit ille in proſodiam, quem & *in-terpres latinus*, ſive *Burtonus* ſive alius ille fuit, ſtrenue imitatur, primam in *co-dice*, quod eſt a *caudice*, corripiendo.

a) *L. XI. Annal. c. 13. c. fin.*

Thebas Bœotiæ in Apollinis Iſmenii templo, literas Ionicas magna ex parte Phœniceis, ſive Cadmeis ſimiles, in Tripode inciſas vidiſſe. Iones enim primi Græcorum a Phœnicibus receperunt, poſtea autem formam quarundam immutarunt. Atque hinc Phœniceas antiquitus appellatas eſſe, mox Ionicas. Alter locus eſt apud Diodorum (69) Siculum; Cadmus, inquit ille, e Phœnicia veniens, primus tranſtulit literas ad Græcorum enuntiationem, cuilibet nomen attribuens, & characterem affingens; dictæ itaque Phœniceæ, mox Pelasgicæ, quod poſt translatas eas earum uſus primum Pelasgis innotuiſſet; Herodotus tamen Ionicas nominat. Libro autem ς. His enim, inquit, qui literas ſcilicet Syrorum inventioni tribuunt, a quibus Phœnices didicerunt, & Græcis cum Cadmo profectis communicarunt, reſpondent (loquitur autem de Ægyptiis:) Phœnices non fuiſſe inventores, ſed formas elementorum immutaſſe, *ἀλλὰ τὰς τύπους γραμμάτων μεταθεῖναι, καὶ τῇ γραφῇ ταύτῃ τὰς πλείστους τῶν ἀνθρώπων χρήσασθαι καὶ διὰ τοῦτο τυχεῖν τὸ προση-*

(69) *Diodor. Bibliotheca lib. 3.*

ὑπὸ προειρημένης προσηγορίας. Diodori ſunt verba. Ex his omnibus liquido patet (quod etiam ad rem, quam in manibus habemus, ſpectat) literarum formas ſive charecteres primum fuiſſe ab Aſſyriis (b) i. e. Ebræis (quomodo & (70) Plinius intelligendus eſt, ubi literas ſemper fuiſſe Aſſyrias ait, nec non Theodoretus *ἐν ἀπόροις* in Geneſin; contra quam Divus Lucas (71) in Hiſtoria Apoſtolica, qui non uno loco Ebræam linguam pro Aſſyria poſuit, quæ Judæis eo tempore

70) *Plin. lib. 7. cap. 56.*

71) *Act. XXI. 40. XXII. 2.*

b) *Syris* hoc (puta *Judæis*) tribuit *Herodotus L. V.* quanquam autem confuſio *Syrorum* & *Aſſyriorum* apud Veteres non infrequens ſit, in eo tamen paulo poſt *Diodori* verbis vim infert *Noſter*, quod *aliquantum ſaltem literarum Phœnicum figuris a Græcis immutatas tradat*, quas plane novas factas pag. antec. ipſe verbis Siculi Hiſtorici docuit, qui l. c. *de Cadmo* affirmat; *Illum primum has literas transtuliſſe ad Græcorum enunciationem, cuilibet nomen attribuens & CHARACTEREM AFFINGENS* conf. *Diod. Sic. p. 200. Edit. Rhodomanni* (*ap. Wech. 1604. fol.*)

Digitized by Google

pore fuit vernacula :) Phœnicibus communicatos; deinde Græcis a Phœnicibus, ita tamen, ut poſt ſuum in Græciam adventum, figuras ipſorum aliquantum immutatas ipſis tradiderint; Græcosque ſenſim, & temporis progreſſu, earum ſcripturam ad eam rationem redegiſſe, qualem fere eſſe hodie videmus.

Cæterum ſi Græcorum ſtudia reſpiciamus atque rem ab ultima origine repetamus, deprehendemus artes non ſolum antiquitus ab iis inventas, & perfectas fuiſſe, ſed etiam ab illis ad eas derivatas, a quibus Græcos hauſiſſe volunt iſti Margitæ. (c) Quos enim, inquit, nobiliſſ. Scaliger, (72) libros paulo vetuſtiores bonarum artium

72) *Ioſ. Scaliger prolegom. ad Manilium* (d)

c) *Margites* ſtupidi hominis nomen; hinc *Lucianus* in Hermot. Dial. *Tene cum Margite quodam loqui exiſtimas?* Citatur *Homeri* etiam *carmen* ſub *Margitis* titulo, quod hodie vix exſtat. Vid. *Eraſmus in Ad. ad h. vocem p. m. 411.*

d) Scilicet in *edit. ultima Bœcleri. Argent. 1655. 4to* cui *Curæ tertiæ Scaligeri* acceſſerunt; in prioribus enim editt. de *A. 1590. & 1640. Burtono* citata non leguntur.

tium habent Chaldæi, & Aegyptii, quos non ad verbum ex Græcorum in ſuam linguam transfuderint? Chaldæi certe nihil antiquum retinent, præter characteres, qui nihil aliud ſunt, quam Phænicum & Chananæorum literæ interpolatæ. Aegyptii vero ne ſuas quidem hodie literas habent, ſed ab Arabibus emendicatas.

Linguam autem ipſam Græcorum ex variis hominum undique affluentium atque concurſantium dialectis conflatam eſſe, maximo argumento erunt atque indicio, quæ prius ex Strabone attulimus de miſta ipſorum origine. Dein quod tam variæ ſint in ipſa Græcia Græcorum Dialecti; Qui enim Athenienſium eſt Θεὸς ἀγαθὸς, is Lacedæmoniis Σιὸρ λιοσάγιος ſonat. Cæterum de frequenti hac eorum terminatione in ορ, (e) egregium atque continuatam extat exem-

(e) De crebra τῦ ς in τὸ ρ mutatione egit *Reineſius L.I. Var. Lect. p.25.* in *Spartanorum* vero *Pſephiſmate* (quo in exilium pulſus fuit *Timotheus*, quodque, ſed inqui-

exemplum ex veteri Senatusconſulto apud Boethium, Virum clariſſimum, in Muſicæ ipſius procemio. Diverſitatis autem maximæ vocabulorum inter diverſos Græciæ populos, mille occurrunt ſpecimina, ſi quis Heſychium, & veteres γλωσσογράφυς velit evolvere.

Atneque nihil ſe tamen debere
- - *Tyriis & Agenoris urbi.*

Jactare poteſt Græciæ φίλαυλος illa, ut (73) Euſebius vocat, κλοπή, cum plurimi non tantum ritus, & ceremoniæ, ſed variæ etiam linguæ ipſorum antiquitates inde velut e proprio

73) *Euſeb. de Præpar. Evang. lib. 1.*

inquinate ſatis ap. *Boethium* invenire eſt) reſtaurando, certatim operam collocarunt Critici a *magnif. Fabricio Bibl. gr. L. III. c. 11. p. 290.* recenſiti; quibus jungimus *Bulengeri Commentariolum, de Theatro,* qui *L. II. c. 39. (p. 390. T. II. ſyntagm.)* integrum decretum inſeruit, ſed quod mireris in homine reliqua græce doctiſſimo & ſatis accurato ipſam litter. *s.* & *ϱ.* mutationem neglexit. *Seldeni peculiarem de hoc Laconico monumento Diſſert.* nunquam Typis exſcriptam eſſe opinatur *Colomeſius, OO. Hamb. editt. p. 363.*

Digitized by Google

prio & nativo fonte eruantur. Hoc docturus erat Vir ſummus, ſi modo longiorem vitam Deus dediſſet, (74) Iſaacus Caſaubonus. Multa autem in hoc genere, præter alios, eruit magnum illud literarum decus Daniel Heinſius, qui nunquam ad reliquum Orientem ſatis exactam fuiſſe Græciam queritur. De Homero (75) ipſe ſerio promittit. (g)

74) *Vide Merici Caſauboni lib. inſcriptum* Pietas Merici Caſauboni &c. (f)

75) *Heinſ. in Ariſtarcho Sacro cap. 1.*

Atque his quidem initiis Græcia, atque ipſa etiam eorum lingua, ad ἀκμὴν ſuam felici ſucceſſu, atque optimo

f) Tit. Lib. int: *Pietas Merici Caſauboni, Iſ. F. adverſus patrii Nominis & Religionis hoſtes. Lugd. 1621. 8vo.*

g) Sunt qui *Homerum* multa è *S. Codice, Prophetarum* maxime *libris* deſumſiſſe contendunt; ſed probent illi *Prophetas ante Homerum ſcripſiſſe*, tum de reliquis diſpiciemus. Bogani & nuper *Croeſii Moſes hebraizans*, quoties in mentem venit, toties *Bilbiliani Vatis* recordor, aſſerentis, quod *ſtultus labor ſit ineptiarum.* Conf. *Fabricii Bibl. gr. L. II. c. 6. §. 2.* atque *Bergmanni* Diſſert. *de Theologia Homeri* inter Diſſert. pl. *rev. Recbenbergii in N. T. Hiſt. litt. & eccl.* p. 262.

Digitized by Google

mo fato, tandem pervenit. Eo opinor tempore, quo & Oratoria & Philoſophia adeo in Græcia floruerunt, maximis præſtantiſſimorum hominum ingeniis inſignita, atque exculta. Demoſthenis dico, Iſocratis, Platonis, Xenophontis, Ariſtotelis, Theophraſti, aliorumque, quorum jamdiu nomina æternitati conſecrata ſunt. Variis tamen ſemper diſtincta eſt dialectis, ſed eæ omnes optimis atque excellentiſſimis ſcriptoribus ornatæ. Vna Ionica duos excellentiſſimos, ſi qui alii, viros protulit, quorum alter Hiſtoriæ, Medicorum alter cluit pater, *Herodotus*, *Hippocratesque*. Doricam vero quantum excoluerit olim Orpheus, ſequentibus etiam ſeculis Pythagoras, ejusque diſcipuli, utpote reliquarum omnium longe antquiſſimam; teſtatur * Jambulichus. Qui autem in reliquis dialectis ſcripſerunt ſunt etiam

* *Jamblich. in Vita Pythagoræ cap. 34.* (h)

 ſupra

h) Merito arguenda eſt *Burtoni inconſtantia* qui haud raro in textu aliter, aliter ad oram ſcribere ſolet. Hic utrumque ferri poteſt, τὸ *Jamblichus*, uſus, *Jambulichus* etymologia probat.

ſupra omnem laudem auctores, — ὅσσα ψάμαθός τε κόνις τε, quos ne numerare quidem quis unquam ſperet. Quinque autem celebriores ſeu magis notas Græcorum dialectos, Atticam, Ionicam, Æolicam, Doricam, & Communem, ex antiquioribus ponunt (76) Clemens Alexandrinus (77) Servius Honoratus (78) Iſidorus Hiſpalenſis, præter * Ioannem Grammaticum,

76) *Clemens* στρωμ. α.
77) *Servius in III. Æneid.*
78) *Iſidor. Origen lib 9. cap. 2.*
* *Dubitat tamen Conr. Geſnerus, utrum* τεχνικὰ *Ioan. Philoponi, in quibus de Dialectis, non ſint potius Ioannis Chaſaris Grammatici; cum ſi tanti eſt, vide.* (i)

i) Scil. in *Bibl. fol. m. 423. b. edit. Friſianæ*, ubi tamen *Characem* non *Chaſarem* vocat. Cæterum huic *Chaſari* ex merito vindicari Librum *Philopono* vulgo tribui ſolitum, pluribus confirmatum ivit *Cl. Thryllitſchius* in erudita *de Dialectis Græcis* diſſertatione, paucis abhinc annis *Witteb.* ventilata; quam vicies viginti locis ab ipſo adauctam atque emendatam ut typis iterum ſubmittere velit, *publice hic obteſtamur Virum* in omni litteratura, præ reliquis græca, exercitatiſſimum; in cujus quidem laudes excurrere *ipſius*, quæ inter nos ſarta tecta viget, *amicitiæ leges & optimi Hominis modeſtia* prohibent. Verum quamprimum ejus *de Scholiaſtis græcis & alius in caliginoſum*

Caſ-

maticum, Philoponum, Corinthum ex Tryphone, Plutarchum, aliosque, qui de iis ex profeſſo egerunt: e recentioribus vero omnes fère Grammatici, in quibus Iacobum Zvingerum, qui in his utilem ſtudioſæ juventuti navavit operam, vobis commendo. Verum e dialectis, quatuor priores principes ſunt, quod aperte Strabo in Græciæ deſcriptione demonſtravit. Communis dialectus dicitur, (79) non qua aliqua natio aut ſcriptor utatur; ſed quæ verba ab aliis non immutantur, ea ad communem Dialectum referenda ſunt, ut, ἄρτος, χρυσὸς, λέγω, γράφω, aliaque generis ejusdem: quanquam non deſint, qui ex reliquarum numero plane arceant. Alia omnia ἰδιώματα, ſive Dialecti, ut Macedonica, Bæotica, Chalcidica, Theſſalica, Cretica, & cæteræ ſingulares, ad unam ex illis quatuor generalibus revocantur.

79) *Angel. Caninius præf. ad Helleniſmum.*

Caſſandræ ſcriptorem Commentarius, bina reconditæ eruditionis molimina,

Vrgebunt operas, facient & prela crepare;

tum ſatis B. Lectori ſuperque de dictorum veritate conſtabit.

80) *Homer. Odyſſ. τ.*

Quum vero Creticæ dialecti mentio forte incidit, invenietis apud (80) Homerum hunc noſtrum, quod etiam obſervatione veſtra dignum eſt, in una iſtac Græcorum Inſula, Creta inquam, nonaginta ἰδιώματα ſive dialectos, (ipſe γλώσσας appellat,) ad urbium ipſius numerum reperiri,

- - - ἐνενήκοντα πόληες.

81) *In καταλόγῳ ipſius;* - - οἱ Κρήτην ἑκατόμπολιν ἀμφενέμοντο.

(Poſtea autem Ἑκατόμπολις dicta eſt utpote quæ (81) centum urbes, ut poetæ verbis utar, ſuſtineret.)

Ἄλλη δ' ἄλλων γλῶσσα μεμιγμένη· ἐν μὲν Ἀχαιοί,
Ἐν δ' Ἐτεόκρητες μεγαλήτορες, ἐν δὲ Κύδωνες,
Δωριέες τε τριχάϊκες, δῖοί τε Πελασγοί.
Τοῖσι δ' ἐνὶ Κνωσσὸς μεγάλη πόλις. (k)

Atque

k) v. 175.
Alia autem aliorum lingua mixta, in ipſa quidem Achivi (*ſcil. ſunt*)
In autem Eteocretes magnanimi, in autem Cydones
Dorenſesque Trichaices, diviniquè Pelaſgi
His autem in Cnoſos magna civitas &c.

Senſum

Digitized by Google

Atque hos quidem verſus fœdiſſime depravavit Sebaſtianus (82) Caſtalio, dum non intellexerit, Ἐτεόκρητες enim & τριχάϊκες, tanquam de duobus populis, ſeu tribubus Cretenſibus expoſuit; Cum priores Indigenæ, ſive αὐτόχθονες intelligendi eſſent, i. e. κρῆτες ἐτεοὶ, ſive veri Cretenſes. Poſteriores autem τριχάϊκες, quos ille intelligit, ad Dorienſes applicandi, utpote qui tripliciter diviſi eſſent, quemadmodum & in alio loco dixit de Aethiopibus: (83)

οἱ διχθὰ δεδαίαται,

biſariam diviſis: Et ſane tria Dorienſium genera a Didymo, ſeu quisquis eſt alius Græcus ille Homeri interpres nominantur. Porphyrius vero neſcio quid per τριχάϊκες de crinibus ipſorum ſomniat, ἀπὸ τῆς τριχὸς deducens. Sed nos πάρεργα omittimus. Marcus Cicero, (84) ingens illud

82) In Homeri editione Baſilienſi, qua nunc utor.

83) Odyſſ. α.

84) Cicero Orat. pro L. Flacco.

Senſum verborum ipſe *Autor Noſter* in ſeqq. explicuit, debetur vero inepta verſio *Andreæ Divo Iuſtinopolitano*, qui eundem etiam circa *Eteocretes* (nihil monente quidem *Giphanio* ad h. l.) quem *Caſtalio* errorem erravit.

illud atque fulgentiſſimum eloquentiæ ſydus, tria tantum Græcorum genera vere eſſe affirmat; Athenienſium, quæ & gens Ionum habebatur: Aeoles alteri, Dores tertii nominabantur; Cui ut peritiſſimo in Græcorum lingua ſimul & inſtitutis quam maxime aſſentiendum arbitror, Sed & eandem cum eo opinionem tuetur (85) Athenæus in ſuis Deipnoſophiſtis. (l)

85) *Athen. Deipnoſ. lib. 14.*

Atque ſic demum, ut videtis, ſuis finibus exculta Græcia, atque expolita, in remotiſſimas regiones, majori jam impetu evolare incepit, (86) Græcorum artibus atque libris omnia protinus repleri, Græcam jam linguam arripere Arabas, Indos, Perſas, Scythas, & ſiquid uſquam eſt ferarum, barbarumque gentium. Jam Græce loqui Brachmanæ, Gymnoſophiſtæ, Dryidæ; Phraotes Indorum

86) *Cicero Diſput. 2. Tuſculan.*

l) Qui *Dalechampio* interprete ita: *Tres enim Græcorum nationes eſſe cenſet ille* (*Heraclides Ponticus*) *Æoles, Doras, Jones, moribus inter ſe non parum disſidentes. p. 624. Edit. Lugd. 1612. fol.*

Digitized by Google

rum Rex, (87) Darius Perſa, Anacharſis Scytha, Græce omnes docti.

Immo quidem & veri perquam ſimillimum eſt, nos quoque

- - Penitus toto diviſos orbe Britannos,

& quaſi *Alterum orbem terrarum* (ita enim antiquitas cenſuit, & appellavit:) Græcarum literarum non omnino expertes fuiſſe, præſertim ſi *Maſſilienſium* in Britanniam frequentes commeatus, (88) ut ex Strabone patet, & antiquum illud cum (89) Dryidibus commercium ſpectemus, quos Cæſar Græce peritos docet. (m) Quin & pura puta Græcitatis veſtigia hodie adhuc ſermoni noſtro inhærentia (90) Viri longe doctiſſimi & diligentiſſimi perſpexerunt. Quod idem etiam in ſuis Idiomatis contenderunt

87) *Q. Curtius lib. V.* (c. 11.)

88) *Dn. Cokus epiſt. ad lib. 3. Report. ſive conſiliorum, ut vocant.*

89) *Cæſar. comm. lib. VI.* (c. 14.)

90) *Laur. Humfred. præfat. ad contractionem Edit. παρεκβολῶν Euſtathii in Homerum.* (n) *Guil. Camden. Paraleipomenum pag. 32. &c. Ampliſſ. V. Dn. Thomas Smithius lib. de*

m) De *Cæſaris* aſſerto vide quæ ſuperius ad *pag. 19.*

n) *Humfredi Præfatio eſt Epiſtola de Græcis literis, Homerique lectione & imitatione ad Præſidem & ſocios Coll. B. Mar. Magd. Oxonii* præmiſſa dicto *Euſtathii compendio*, quod *Hadr. Iunius Baſil. 1558.* fol. excudi fecit.

Orthographia Anglica. (o) *Omnium autem induſtriam longe ſupergreſſus eſt, Vir, ſi quis alius, eruditiſſimus Mericus Caſaubonus Iſ. F. in libello de veteri lingua Anglica, intra paucos annos edito, & auro contra caro.* (p)

derunt exteri aliquot, Galli, Belgæ, aliique, in quibus Hadrianus Junius gaudio geſtire ſe ſcribit, quod in Belgicis quibusdam vocabulis Græca ἔτυμα latere deprehenderat. Magnus autem ille Eraſmus popularis ejus, affirmare nihil dubitavit. (91) *Veterem Britannicæ gentis linguam, quæ nunc Wallica eſt, ſatis indicare vam aut profectam a Græcis aut certe mixtam fuiſſe.* Quod certe illius fere ætati

91) *In Adagio* Ῥόδιοι τὴν θυσίαν. (q)

o) Libelli *Smithiani* rubrica ea eſt: *De recta & emendata Linguæ Anglicæ ſcriptione Pariſ. 1568. 4to.* cui eodem loco annoque comitem dedit alium: *De recta & emendata Linguæ Græcæ Pronunciatione:* poſterius opuſculum *Noſtro*, ut videtur, non innotuit, *utrumque enim rariſſimum.*

p) Intelligit procul dubio: *Partem priorem Commentationis de IV. Linguis,* qua *in Lingg. Hebraica & Saxonicæ antiquitates &c. Mericus inquirit*, brevi quidem ſed exquiſito labore & *Caſauboniano nomine* digno. Fruſtra tamen a multis hic loci quæritur libellus *inventu hodie difficillimus.*

q) *P. m. 477. Rhodiorum ſacrificium,* quod

Digitized by Google

ætati ſuppar illuſtriſſimus Vir (92) Joannes Priſeus pluribus contendit; ſecutus, ut ipſe ait, Giraldum Cambrenſem in eo libro quem ὀδοιπορικὸν ſive *Cambriæ Itinerarium* inſcripſit. Idem etiam de Cornubienſi lingua fidenter ſatis aſſeruit Vir Clariſſimus, Richardus (93) Carevv Antonienſis.

92) *Priſ. Defenſione Hiſtoria Britan. capp. 1. & 7.* (r)

93) *Car. in notitia Cornubienſ.* s)

Itaque ſive illud factum eſt ex frequenti Græcorum in Inſulam commercio, quod *Camdenus*, aliique ſciſcere videntur; Sive quod reliqua Europa bellis infeſtata, Græcorum plurimi huc tanquam in aſylum confluxerunt, quod doctiſſimo *Smitho* placere video; Sive, quod majores noſtri avitis ſedibus in *Scythia Europæa* relictis, quæ eſt erudititiſſimi *Merici Caſauboni* multo potior ſententia,

quod unum cum *Lindio* (de quo idem *Eraſmus p. 448.*) Curioſa vero ſunt *Roterodami* verba, quæ ipſum Lectorem relegiſſe non pœnitebit.

r) Prodiit illa *Lond.* 1573. ſua tamen *Priſeum* e *Giraldo* ſumſiſſe notat *Cruſius L. V. p. 236. Germano-Gr. in Not.*

s) Cui calculum addit *Horesbachius* in

deruntexteri aliquot, Galli, Belgæ, aliique, in quibus Hadrianus Junius gaudio geſtire ſe ſcribit, quod in Belgicis quibusdam vocabulis Græca Ἔτυμα latere deprehenderat. Magnus autem ille Eraſmus popularis ejus, affirmare nihil dubitavit. (91) *Veterem Britannicæ gentis linguam, quæ nunc Wallica eſt, ſatis indicare eam aut profectam a Græcis aut certe mixtam fuiſſe.* Quod certe illius fere ætati

Orthographia Anglica. (o) *Omnium autem induſtriam longe ſupergreſſus eſt, Vir, ſi quis alius, eruditiſſimus Mericus Caſaubonus Iſ. F. in libello de Veteri lingua Anglica, intra paucos annos edito, & auro contra caro.* (p)

91) *In Adagio,* Ῥόδιοι τὴν θυσίαν. (q)

---

o) Libelli *Smithiani* rubrica ea eſt: *De recta & emendata Linguæ Anglicæ ſcriptione Pariſ. 1568. 4to.* cui eodem loco annoque comitem dedit alium: *De recta & emendata Linguæ Græcæ Pronunciatione:* poſterius opuſculum *Noſtro,* ut videtur, non innotuit, *utrumque enim rariſſimum.*

p) Intelligit procul dubio: *Partem priorem Commentationis de IV. Linguis, qua in Lingg. Hebraica & Saxonicæ antiquitates &c. Mericus inquirit,* brevi quidem ſed exquiſito labore & *Caſauboniano nomine* digno. Fruſtra tamen a multis hic loci quæritur libellus *inventu hodie difficillimus.*

q) *P. m. 477. Rhodiorum ſacrificium,* quod

Digitized by Google

ætati ſuppar illuſtriſſimus Vir (92) Joannes Priſeus pluribus contendit; ſecutus, ut ipſe ait, Giraldum Cambrenſem in eo libro quem ὁδοιπορικὸν ſive *Cambriæ Itinerarium* inſcripſit. Idem etiam de Cornubienſi lingua fidenter ſatis aſſeruit Vir Clariſſimus, Richardus (93) Carevv Antonienſis.

92) *Priſ. Defenſione Hiſtoriæ Britan. capp. 1. & 7.* (r)

93) *Car. in notitia Cornubienſi.* s)

Itaque ſive illud factum eſt ex frequenti Græcorum in Inſulam commercio, quod *Camdenus*, aliique ſciſcere videntur; Sive quod reliqua Europa bellis infeſtata, Græcorum plurimi huc tanquam in aſylum confluxerunt, quod doctiſſimo *Smitho* placere video; Sive, quod majores noſtri avitis ſedibus in *Scythia Europæa* relictis, quæ eſt eruditiſſimi *Merici Caſauboni* multo potior ſententia,

quod unum cum *Lindio* (de quo idem *Eraſmus p. 448.*) Curioſa vero ſunt *Roterodami* verba, quæ ipſum Lectorem relegiſſe non pœnitebit.

r) Prodiit illa *Lond. 1573.* ſua tamen *Priſeum* e *Giraldo* ſumſiſſe notat *Cruſius L. V. p. 236. Germano-Gr. in Not.*

s) Cui calculum addit *Heresbachius* in

tia, ita linguam ſuam interpolarant atque Græcis vocabulis ex frequenti eorum conſortio miſcuerant, ut poſt inſeſſam ab iis *Cherſoneſum Cimbricam*, atque poſt tot demum ſeculis occupatam hanc inſulam, adhuc quoque recentia ejus linguæ veſtigia retinuerint: longe extra omnem controverſiam poſitum eſſe, Græcas literas a multis retro ſeculis non ſolum apud nos cognitas, ſed excultas quoque atque in honore habitas, conſtabit. Vt nihil neceſſe habeamus, aut (64) *Vlysſis* hoc loco mentionem aliquam facere, quem *Caledoniæ* noſtræ appulſum manifeſtat ara Græcis literis inſcripta, ut ait Solinus. Aut etiam Bladudis (95) Regis Britannici, (u) quem ajunt Athenis redu-

94) *Solinus in Polyhiſtor. cap. 35.*

95) *Galfr. Hiſt. Britan. lib. 1. cap. 14.*

(t) *In Encomio gr. L. p. 9. Britannorum*, inquiens, *Pars quæ Cornubia dicitur, reliquias Græcæ Linguæ hodienum profitetur* &c. *Notitia Carewi* angl. prod. *Lond. 1602. 4to* ſub Tit. *The Survey of Cornwall.*

t) *Galfredi Monumetenſ. L. XII. de Geſtis RR. Britann.* recuſi *Heidelb. 1587. 4to.* Conf. *Voſſium* de *Hiſt. Lat. L. II. c. 82.* & Anglorum Biographos.

u) *Bladudes* cognomento *Magus* dictus,

Digitized by Google

reducem, quo profectus erat Græcorum ſtudiorum cauſa, Philoſophos, atque eruditos homines ſecum attuliſſe, quo melius ſui populi in Græcis aliisque artibus inſtitutioni proſpiceret. Aut Phileæ denique Taurominitæ cujus (96) Athenæus meminit, qui ad ſitum Britanniæ naturamque explorandam, centeſimo ante Iulii Cæſaris tempora & ſexageſimo anno, huc advenit. Adeo in quam longinquas terras, atque invias fere penetravit optimæ atque erudititiſſimæ linguæ uſus. Nam quid volunt, inquit (97) Seneca, in mediis Barbarorum regionibus Græciæ urbes? Quid inter Indos, Perſasque Macedonicus ſermo? Scythia & totus ille ferarum indomitarumque gentium tractus Civitates Achaiæ Ponticis impoſitas littoribus oſtentat; Apolloniam, Meſembriam, Dionyſopolin, Tomos, Iſtropolin, Olbiam.

Hic

96) *Athen. Deipnoſ. lib. V. cap. 8. Verum ex quo lectus hic nobis Athenæi locus a Clariſſ. Salmaſio edocti Βεττανίαν quoque Brutium in Italia promontorium dici a Græcis, in Polybii ſcil. Ecloge, lib. 10. Olympiodoro, &c. didicimus, non ſolum Britanniam noſtram. Nos certe librariorum & operarum incuria factum putamus,* (x) *atque ultra quicquam de noſtra inſula exinde colligere ἐπέτυχε.*

97) *Seneca conſolat. ad Helviam. cap. 6.*

ctus, Collegium exſtruxit & ipſe Profeſſorum Athenis ſecum adductorum in docendo, ſi fabula vera, ſocius fuit. Plura *Pitſeus de Scr. Angl.* & alii.

x) Ego ea reperio apud *Athen. c. 11. l. V.*

98) Ovid. Triſt. lib. 3. eleg. 9.

(98) *Hic quoque ſunt urbes Graiæ (quis credere poſſit?)*
Inter inhumanæ nomina Barbariæ.

Mirum vero cuiquam videri poſſit, quanta cum aviditate, atque animi impulſu in has literas involarint Romani, ità ut vix Latine prius ipſi, quam Græce ſcriberent. Qui enim primam fabulam, (Livius (99) fuit is opinor Poeta, (y) inter eos docebat, (quod

99) Cic. Tuſcul. diſput. 1.

L. V. ubi & ipſe interpres *Britanniam* vertit, nec correctum id eſt à *Caſaubono in animadverſionibus.* Male vero hic *putat Burtonus & librariorum incuriæ tribuit, quod deliberato conſilio recte beneque factum exiſtimamus;* quod ſi enim *Steph. Byzantinum* ad vocem Βρεττότια inſpexiſſet *Autor*, didiciſſet ex illo *Brettanidis* nomine veteribus omnino etiam *Brutiorum regionem* veniſſe; Ea tamen differentià ut hujus incolæ *patronymico vocabulo Brettiani* & ſucceſſu temporum *Brettii*, (tandem *Brutti*) transmarini vero: *Albionis inſulæ* habitatores *Brettani* diberentur. Adi *Cellarium* in *Geogr. ant.* quamvis & hic non curate ſatis diſtinxerit.

y) De *Livio* quidem *A. Gellius Noct. Att.*

Digitized by Google

(quod & antiquiſſimum eſt inter Romanos ſcripti genus,) temporibus Punicorum bellorum floruit. Eo, & Quinto Ennio magiſtris Romani Græcis literis erudiri cœperunt, poſt Romam conditam annis fere quingentis & decem, qui cum Poetæ ſemi-græci eſſent, & Hiſtorici, utraque lingua domi foriſpue docuerunt. Eadem fere tempeſtate vixerunt, atque Romanam Hiſtoriam Græce ſcripſerunt Q. Fabius, & L. Cincius Alimentius, (z) (100) teſtes a Dionyſio Halicarnaſſenſi laudati. Cincium vero

100) *Dionyſ. Halicar. ἀρχαιολογ. lib. α.*

Att. L. XVII. c. 21. quando *de tempore Virorum inter Græcos Latinosque illuſtr.* loquitur: *Primus omnium L. Livius poeta fabulas docere Romæ cepit, poſt Sophoclis & Euripidis mortem annis plus fere CLX.* &c. præterea de *Livio Ennioque* latinæ Poeſeos principibus inſtauratoribus *Voſſius in Arte Poetica* ea paſſim habet, quæ vel poſt *Gyraldum, Borrichium* & *Fabricium* evolutos, cum fructu legas.

z) De Cincio *Livius L. VII. c. 3. & L. XXI. c. 38. qui diligentem monumentorum Collectorem* celebrat. Lectu adhuc di-

1) *Livius lib.21.*

ro *maximum auctorem* appellat (1) T. Livius, & a Dionyſio Annibalicam Hiſtoriam τῇ Ἑλληνικῇ διαλέκτῳ compoſuiſſe dicitur. Quem ipſum Hannibalem Carthaginienſem (quando nominis ejus hæc incidit mentio:) aliquam multa Græcis literis & ſcriptis commiſiſſe Probus (2) Aemilius narrat. Sed ingentem Romanorum numerum, qui hiſtoriam ſuam Græce adornarunt atque ediderunt, reperietis apud longe doctiſſimum Virum, (b) qui nuper egregium opus de Græcis, Latiniſque Hiſtoricis contexuit; ut ego interim taceam *Albinos*, *Claudios*, & trecentos alios, qui ideo

2) *Aemil. Probus in Vita Annib.* (a)

gniora ſunt apud *AGellium L. XVI. c. 4. Macrob. L.I. c.12. Feſtum* & alios, e quibus ſua inſigni induſtria collegit *Voſſius de H. Lat. L. I. c. 4.* & *de H. Gr. L.IV. c. 13.*

a) Malim *Nepos* qui cap. ult. circa finem, inter alia de *Cn. Manlii Vulſonis in Aſia rebus geſtis* ſcripſiſſe refert.

b) *Seniorem Voſſium* celebrari pronum eſt, & tanta ſunt, fateor, *Illius* in *Rem litterariam* & *antiquam* merita, quanta vulgus Eruditorum vix agnoſcit. *Tenzelius*

Digitized by Google

ideo, uti conjicio, Res geſtas ſuas peregrino ſermone literis mandaverunt, ut eo facilius ab omnibus lectæ

Tt 2 eſſent,

zelius in Bibl. cur. A. 1705. p. 198. continuationem ex ipſius *Voſſii Reineſii aliorumve Epiſtolis* confici debere ſuadet, vellem addidiſſet, *ex Veterum Scriptorum fragmentis & monumentis;* quæ diligentiſſime excuſſerat *ipſe Gerardus*. Hodie certe oneri illi qui humeros digne ſubjiciant, pauci ſuperſunt, & dolendum foret, ſi *Purpuræ Voſſianæ* pannus, aut neſcio quis vilior obſcuri hominis cento aſſueretur. Neque tamen inficias eam multa etiam apud *Voſſium* reſtare emendanda, forte & quædam delenda, plura addenda. Præſtitit id ex parte *Sandius*, & ſtrenuus, ſi diis placet, continuator *Hallervordius*, quamvis & hos cum *Voſſio* in arenam deſcendiſſe aliquos indigne habeat. Mihi quid videatur hic quidem non exponam. *Reineſii Collectanea*, (qui ſi quiſquam huic labori par cenſendus erat,) *Bibl. Citicenſis* aſſervat; in quibus digerendis & expoliendis occupatus dicitur *Vir* quidam *eruditus*, ingens operæ pretium initurus, ſi nos inſigni

eſſent, atque intellectæ. Nam, ut ait Cicero, (3) Græca leguntur in omnibus gentibus, Latina ſuis tantum terminis, atque iis exiguis continentur. Neque enim Romani, rerum orbis terrarum Domini, paucas gentes Europæ, ut latinis literis uterentur, aſſuefacere potuerunt; cum omnes Græcas ultro amplexarentur. Vt non immerito a Juliano Cæſare proditum legamus: (4) Multo maximam orbis terrarum partem a Græcis Coloniis mitiorem ad cultum compoſitam; atque ita affectam eſſe, ut facilius ſeſe Romanis ſubjiceret. Itaque Imperator Iuſtinianus cum in remotiores

3) *Cic. Orat. pro Archia poeta:* Non inficias eo, quin lingua Gr. prolixior fuſiorque ſit quam noſtra. *M. Fronto apud AGell. lib. 2. cap. 26.*

4) *Julian. Cæſar. Orat. 4.*

ſigni Theſauro ulterius indigere non patiatur. Sed & *doctiſſimus Wendlerus*, in ſched. *de Libris a Pontificiis &c. ſuppresſis atque corruptis* (Ienæ 1714. 4ta forma exſcripto) *p. 37. Diſſert. præliminaris*, Publicum jubet continuationem Voſſiani Operis de Hiſt. Latinis ad noſtra usque tempora expectare. Et ſane ut optima quæque ab ejus induſtria nobis promittamus, ipſum illud ſchediaſma inſigni cura elaboratum, aliaque non proletaria *Viri* monumenta ſuadent.

Digitized by Google

tiores partes Conſtitutiones ſuas mitteret, Græce eas exſcribi fecit; quo melius ab hominibus, Græcis præcipue literis naturæ vi quadam occulta deditis, intelligerentur. Cujus rei ſpecimen habetis Inſtitutionum Imperialium lib. III. (5) *Sed noſtra Conſtitutio*, inquit, *quam pro omni natione Græca lingua compendioſo tractatu habito expoſuimus:* ubi pro *omni Natione* ICtorum Coryphæus Iac. Cujacius *omnium Notione* legit ex (6) Theophili Græco, διὰ τὸ πᾶσιν εἶδε πρόδηλον. Neque aliunde certe profectum eſt, quod Spiritus ſanctus Evangelium D. N. I. C. Græce primitus editum voluerit, quæque ſunt reliqua N. T. θεόπνευςα plane ſcripta, quam ad faciliorem eorundem inter gentes per orbem terrarum cognitionem, cum Græcæ literæ (7) longe maximam partem τῆς οἰκȣμένης occupaſſent. Leges autem Latine ſemper voluit extare Iuſtinianus,

5) *Inſtitut. Tit. de Succeſ. libert.* § 3.

6) *Vide Ang. Politiani Miſcellan. cap* 84. *& Henr. Erneſtium Obſervat. lib.* 1. (c)

7) *Nunc totus Graias habet Orbis Athenas* Iuvenal. Sat. 15. *v.* 110.

c) Prod. harum *Obſervat. Libri II. Amſt.* 1636. 8*vo.* rarius obvii. *Struvius in Bibl. Iurid:* aliique *Ernſtium* vocant, ſed minus accurate.

Digitized by Google

nus, ad majus Imperii Romani decus atque Majeſtatem; neque enim decuit Romanos, ut iis, quos armis ſubegiſſent, non ſua, ſed ipſorum lingua leges darent. (8) Quippe indignum eſſe exiſtimabant, illecebris, ac ſuavitate literarum Græcarum, imperii pondus & auctoritatem domari. (9) Ideoque in Græca urbe, Conſtantinopolin putate, quo tum translata erat Imperii ſedes Latinæ linguæ ad accommodiorem legum interpretationem, conſtituti ſunt magiſtri, & Præceptores.

8) *Val. Maximus lib. 2. cap. 2.*

9) *C. de Profeſſoribus & Medicis.* (d),

Sed ut, quo digreſſi ſumus, revertamur. Non tantum ipſi Græce ſcribere, ſed & Græcorum, ſiqua ipſi probarent, ſcripta in latinas literas tranſtulerunt. Hinc (10) Ennius Euhemerum (e) de Iovis, cæterorumque Deorum hiſtoria interpretatus eſt. (11) Cornelius Gallus, Euphorionem Chalcidenſem Poetam. (12) Cicero

10) *Lactant. de falſa relig. lib. 1. cap. 11.*

11) *Servius in Virgil. Ecl. 10.*

12) *Quintil. lib. 10. cap. 5.*

d) *L. XI. Lib. X. Tit. 52.*

e) *Euhemerus* hic, ſive *Meſſenius* (quod cum *Plutarcho Lactantius* & alii) ſive *Agrigentinus* (quod *Arnobius* voluit

ꝗero autem quam plurima Xenophontis, Platonis, atque Demoſthenis vertit: (13) Ipſe etiam Græce quam ſæpiſſime declamare ſolebat, Rhetorumque atque Philoſophorum Græcorum primum inſtitutione, mox conſortio quam familiariter uti. Vnus inter * Romanos Cato (f) externum idioma in urbe non tulit, feram tamen hujus ſtudii omiſſi

13) *D. Hieronym. epiſt. ad Paulin.*

* *Cic. de Senectut.* (g) *Quintil. lib. ult. cap. ultimo.*

Tt 4 vindi-

luit) ob ipſam illam *Deorum Hiſtoriam* inter *Atheos* a Veteribus relatus eſt. Collegit de eo, quicquid reperire potuit poſt *Scipionem Gentilem A. Politianus Miſcell. c. 35.*

f) Plures fuiſſe qui cum *Catone* græcas litteras deſpicientes a *Romanis* easdem tractari indignati ſunt, ex Cicerone diſcimus L. II. Acad. Quæſt. & alibi passim; ſed brevi abhinc tempore eousque grajæ litteraturæ cupido omnes inceſſit, ut multi reperirentur, qui ne latina quidem ulterius ferre poterant, teſte eodem Tullio L. I. de Fin. Bon. & mal. initio.

g) Add. & alius *Ciceronis* locus *L. II. Acad. Quæſt. initio.* Circa *Librum de Senectute* ſive de *laudibus Catonis Majoris.*

Digitized by Google

vindictam dedit, dum ſenex ferulæ, & Græcis literis canitiem ſubmittit. Neque Græcis literis ſolum, (hoc enim ita vulgo accipiunt tanquam Cato ſenex Græcam linguam tantum didiciſſet:) verum & diſciplinis, ſiquid (14) Plutarcho credimus, atque eruditioni incubuit, ut nec erubuerit Cenſor, nec deſperaverit ſenex. (h) Ejus vero tandem exemplo ampliorem in modum, atque ardentiori opera plerique commoti hæc ſtudia imbiberunt, adeo ut Strabonis tempore, ad trilinguem illam Varronis Maſſiliam, (i) *ἀντὶ τῆς εἰς ἀθήνας ἀποδημίας*, ut ipſe ait, Nobiliſſimi Romani ſe conferrent. Qui etiam Maſſi-

14) *Plutarch. in M. Craſſo.*

---

ris lectu non injucunda ſunt, quæ obſervat *Bailletus in Catal. Librorum ἀπὸ τῦ ἀντὶ denominatorum*, ſub rubrica: *Anti-Cato.*

h) *Futurus* ſcil. *hominibus documento, ea quoque percipi poſſe, quæ ſenes concupiſſent*, & quæ reliqua ſunt eleganitia *Fabii* verba c. l.

i) *Strabo p. 273.* laud. edit. *Romani tum pro Athenienſi peregrinatione Maſſilienſem amplexi ſunt.*

Digitized by Google

Maſſilienſes a Cæſare eodemque (15) Strabone res ſuas atque rationes omnes Græce computaſſe dicuntur, quod ſupra monuimus. * Quin & Imperatores Romani non Latinam magis linguam ſuam eſſe quam Græcam exiſtimarunt. Hoc videre (16) eſt apud Suetonium, in quo Octavianum Auguſt. legimus, propoſuiſſe legem, ut Romani Græco, Græci Romano habitu & ſermone uterentur. Nec minore cura (17) Claudius Imp. Græca ſtudia ſecutus eſt, amorem præſtantiamque linguæ occaſione omni profeſſus. Cuidam enim barbaro Græce Latineque diſſerenti, *cum utroque*, inquit, *ſermone noſtro ſis peritus*. Et in commendanda Patribus conſcriptis Achaia, *Gratam ſibi provinciam*, ait, *communium ſtudiorum commercio*. Solos quippe dixit Græcos ſuis ſtudiis dignos, & quam plurima Græce ſcriptitaſſe (k) narratur: Prioribus vero ſeculis, ipſi etiam pueri literis Græcis eodem mo-

15) *Vid. Strabo Lib. 4.* ὥστε καὶ τὰ συμβόλαια ἑλληνιστὶ γράφειν.

16) *Sueton. in Octav. cap. 98.*

17) *Sueton. in Claudio cap. 42.*

(*) *p. 634. ſqq.*

k) E. c. τυρρηνικῶν βιβλ. κ. & καρχηδονιακῶν η. *ſeu Tyrrhenicarum rerum Libros XX. & Carthaginenſium VIII. &c.*

Digitized by Google

do erudiebantur, quo prius erudiri ſolebant Hetruſcis, teſtante (18) T. Livio, (l) qui ejus rei auctores ſe habere affirmat. Et certe Fabius Quintilianus ab his prima linguæ tentamina, atque exercitamenta, melius atque felicius auſpicari pueros, quam a Latinis judicavit. (19) A ſermone Græco, inquit magnus Doctor, puerum incipere malo: quia Latinus, qui pluribus in uſu eſt, vel nobis nolentibus ſe perhibet; ſimul quia diſciplinis quoque Græcis prius inſtituendus eſt, unde & noſtræ fluxerunt.

18) *T. Liv. Hiſt. lib. 9.*

19) *Quintilianus Inſtit. lib. 1. cap. 1.*

Sed neque in civilibus tantum rationibus, aut iis etiam quæ ad doctrinas

l) Invertit *Autor Livii* verba, qui certe non probare vult *Romanam Iuventutem græcis literis inſtitui*, (hoc enim, quaſi rem ſuo tempore omnibus notam ſupponit;) ſed *quod illa Iuventus Romana eodem modo olim Etruſcis litteris operam dederit*, hoc eſt, quod Scriptorum teſtimoniis confirmari affirmat. Verba ipſa apud *Hiſtoricum* ſic jacent. *cap. 36. l. c. Habeo Autores, vulgo Romanos pueros, ſicut nunc Græcis ita tum Etruſcis litteris erudiri ſolitos.*

Digitized by Google

nas ſpectant, tanta harum literarum habita eſt a Romanis cura, atque obſervatio; verum etiam in rebus divinis rite faciundis. Quippe Romani (20) cum non Græca duntaxat origine, ſed ſtirpe ſint editi, Græcos quoque ſacrorum ritus, & Græcam in Deos * pietatem ab initio ad finem usque condiderunt, ac perpetuo obſervarunt. Herculis (21) enim Sacra ſæpius Græce peracta ſunt. Matris autem Deorum, ſive Deæ Phrygiæ ceremoniæ, nunquam niſi Græce in urbe celebrabantur.

20) *Iulian. Caeſar Orat. 4. quæ eſt εἰς Ἥλιον.*

* *L.* εὐσέβειαν. *Nam* ἀπιστίαν *perperam in Gr. habetur.*

21) *Servius in Virgil.*

Sed in immenſum jam excurrimus: Iudæos adeamus, aut etiam Syros, & in eorum quidem ſcripta Græcas quam plurimas voces irrepſiſſe videbimus. Nos paucas hoc loco γεύματος ἕνεκα, in ſtudioſæ iuventutis gratiam exhibebimus. Ex iis itaque eſt *Sanedrim*, a Græco συνέδριον, quod pro *concilio*, aut *conſeſſu* ponitur. Item *Mamphula*, & *Pſantherim*, ab illuſtr. (22) Scaligero obſervatæ; quarum priorem, quæ exſtat apud Feſtum, Vir ſummus ſe ſcire ait, in Hebræorum commentariis *mancipem priſtinorum* eſſe depravatam a

22) *Ioſ. Scaliger Caſtigat. ad Pomp. Feſtum de Verbor. ſignificat.*

Græco μονοπώλης. Neque dubitat quin *Mamphula* in traduce Syriacæ linguæ ex matrice Græca propagata ſit. Alteram quoque vocem, in vetuſtiſſimo ſcriptore Daniele, Græcam eſſe ait pro * pſalterio. Quomodo & in Paralipomenis ſeu Chronicis, *Rapſod* inveniri dixit παρὰ τὸ ῥαψωδεῖν. (m) Poſteriores autem Syros multa a Græcis mutuatos eſſe, auctores undiquaque eruditiſſimi, qui *Originum* libros nobis ſcripſerunt, idonei ſunt teſtes: eos quippe a Græco ῥητορικῇ, *Rehetera* ſuum, pro eadem Arte traduxiſſe affirmant: ut de ſexcentis aliis ejuſmodi vocabulis, apud eos e Græco derivatis, nihil hic opus ſit dicere. Tulerunt vero Veſpaſiani atque Titi Augg. tempora duos inſignes viros, Philonem, & Ioſephum Iudæos, Græcæ linguæ, ſi qui alii

* Ψαλτήριον. *Dan.* 3. *v.* 5.

m) De his qui plura cupit, adeat *Davidem Cohen de Lara, Lexici Talmudici compilatorem* in tract. *De convenientia vocabulor. Rabbinicor. cum Græcis Amſtel.* 1648. *4to.* de quo fidem fecit *Amicus*, multa in eo haberi docta & obſervatu digna; *mihi Liber non viſus.*

Digitized by Google

alii, apprime peritos; quorum priorem *Platonem Iudaizantem*, quæ erat nominis illius celebritas, appellarunt. Alteri etiam exacta hujus linguæ fuit cognitio, niſi quod patriæ conſuetudo pronuntiationem ipſius impediret, (23) quod ipſe quidem fatetur. Quæ eſt Caroli quoque magni, Germanici Imperii Auctoris, querela, quo tempore Oſnabrugæ clericis multas conceſſit immunitates & prædia, hac conditione, ut Græcam linguam ibi diſcerent; ubi palam profeſſus eſt: (24) *Se Græcam linguam melius intelligere, quam pronunciare poſſe.* (o) Cæterum omnino receptum fuiſſe

23) *Ioſeph. Archaeolog. cap. ult.* τὴν δὲ κατὰ προφορὰν ἀκρίβειαν πάτριος ἐκώλυσε συνήθεια. (n)

24) *Eginhartus in Vita Caroli M.*

n) *Ioſephus L.XX. c.9. Antiqu.Iud.* de ſe ipſo: *Græcanicæ quoque Litteraturæ non ſine profectu dedi operam, quamvis exquiſitam pronuntiandi rationem aſſequi per patriam conſuetudinem non licuit: Noſtri enim homines non ſuſpiciunt eos, qui multas perdidicerunt linguas, quod ſtudium profanum apud eos habetur, & ſervis commune cum ingenuis*, & q. ſ.

o) *Eginhardi* hæc *de Imperatore judicantis, non* ipſius *Caroli profitentis* verba

fuiſſe Iudæis, omnes exteras Gentes Græcos appellare, conſtabit ex frequenti illa, ac ſæpius repetita Antitheſi Iudæi & Græci in N. Inſtrumento. Ad Rom. ſcilicet, cap. I. commate 16. cap. II. comm. 9. & 10. cap. III. comm.

ba ſunt. Leguntur *cap. 25.* ubi tamen fruſtra quæſiveris reliqua *Burtono* adducta: etſi eadem ab aliis Autoribus fide dignis, *Cranzio* e. c. *Calviſio* ceteriſque referri non negemus. Vid. *Val. Kleinwechteri Progr. de Carolo M. Græcæ Linguæ per Germanniam propagatore*, & ipſum primario *donationis inſtrumentum*, quod paſſim in *diplomatum collectionibus*, in *Atlante* etiam *majori* alibique proſtat. Addimus celeberrimi *Schminckii* (*p 116. Edit. nuperæ Vltraj.*) monitum: *Putant nonnulli ex recentioribus ſe Carolum ad cælum evehere, ſi inaudita quadam & magna ipſi tribuant: narrant enim Carolum accurate locutum fuiſſe græce, contra diſerta Eginharti verba &c. Saxo* etiam *Poëta Anonymus L. V. v. 275.* de *Carolo M.* ita canit:

Sed ſolitus Lingua ſæpe eſt orare latina,
Nec græca prorſus neſcius extiterat;

Digitized by Google

comm. 9. cap. X. comm. 12. Epiſt. prima ad Corinth. cap. I. comm. 22. Ad Galatas cap. III. comm. 28. atque etiam alibi. Vnam hujus interpretationis addam auctoritatem, *Iſidori* quidem, non *Hiſpalenſis* illius, cujus prius mentionem fecimus, (p) ſed alterius cujusdam *Peluſiotæ*, Ægyptii, inter Græcos Patres Viri eloquentiſſimi; Ἕλληνας, (25) inquit, ἐνταῦθα φησὶν (reſpicit autem verſum 10. ſecundi cap. ad Romanos, quem prius adduximus:) οὐ τοὺς εἰδωλολάτρας, ἀλλὰ τοὺς εὐσεβεῖς, τοὺς ἐν τῷ ἐμφύτῳ νόμῳ πολιτευομένοις, τοὺς ἄνευ ἰουδαϊκῶν παρατηρήσεων, πάντα τὰ πρὸς εὐσέβειαν παραφυλάσσοντας, οἷοι ἦσαν Μελχισεδὲκ, Ἰὼβ, Κορνήλιος. Græcos vocat non Idolorum cultores, ſed homines pios, qui in legi naturali vivebant, qui absque Iudæorum obſervationibus, omnia quæ ad pietatem pertinerent, cuſtodiebant; quales erant Melchiſedech, Iob, Cornelius, & ſiqui ſunt alii. Neque enim, quod plerique opinantur, ideo appellati ſunt Græci, quod Philoſo-

25) *Iſidor. Peluſ. Epiſt. lib. 4. ep. 61.*

p) Ubi amabo? ego id juxta cum ignariſſimis novi.

Ioſophiam a Græcis conſcriptam, ſpreta Iudæorum religione, amplecterentur: Verum quod pleræque nationes, ut aliam etiam rationem aſſignemus, Græcis literis, uti nos Latinis, in ſuis rationibus uterentur. (q)

Immo & ipſi Iudæi, qui erant *ἐν τῇ διασπορᾷ*, (r) qua voce Iacobus atque Petrus uſi ſunt, Ἕλληνες, i. e. *Græci*, dicebantur. Atque hoc ſane apparebit ex recta interpretatione verſus 35. cap. VII. Evangelii Iohannis, paſſim vero ex Actis Apoſtolorum. Huc accedit, quod quæ Divo Matthæo *γυνὴ χαναναῖα*, mulier Chananæa dicitur, eadem beato Marco, *γυνὴ Ἑλληνὶς Συροφοίνισσα τῷ γένει*, *mulier Græca genere Syrophœniſſa* nominatur. Sed vobis fortaſſe *ἀπροσδιόνυσα* hæc videantur. Ad inſtitutum redeamus: feſtinandum eſt enim plurima percurſanti.

Jam

q) V. ſupra p. 634. *de Gallis*, & 669. *de Maſſilienſibus* &c.

r) *In diſperſione.* Loca ſunt. *I. Eplæ. Iacobi, c. I. v. 1. & I. Petri c. I. v. 1.* In priori *Iacobus ſalutem dicit XII. tribubus, qui ſunt in DISPERSIONE.*

Digitized by Google

Iam vero ad ea Græcarum literarum tempora devenimus, in quibus Sophiſtis ſolis omnia fere licere, Rhetorico nimium atque acuto, oſcitanti tamen plerumque ſcriptorum generi. Sed protulit & hæc ætas doctiſſimos Eccleſiæ Patres, Clementem Alexandrinum, Athenagoram Athenienſem, Iuſtinum Martyrem, aliosque non paucos, ad bonum Reipublicæ Chriſtianæ natos: Sed maſculus eorum atque validior, eviratior Sophiſtarum ſtylus, atque affectatus. (s)

Atque hoc fere ſtatu Græcæ linguæ permanſit conditio, donec Arabes Saraceni poſt Chriſtum Anno DC. XLI. ſub Heraclio Imperatore omnia fœdis excurſionibus contami-

s) Sed & *Patres ipſi* circa hæc tempora jam panegyrico & declamatorio dicendi genere uti cœperunt. In *Iuſtini* imprimis *ſtilum* curatius inquirit *Chriſt. Th. Koch* in *Dial. Iuſtini martyr. cum Tryphone Iudæo ſuppoſitionis convicto. Kilonii 1700. 8vo.* Sect. IV. c. III. §. 1. 2. ſeqq. cui maſcule ſe oppoſuit *Feldenus*. Id vero non hujus loci eſt.

Digitized by Google

narunt, quo modo & in Occidente Latina lingua, a Gotthis, Hunnis, Vandalis, aliisque Barbaris nationibus, (26) extincta eſt, ad bonarum omnium literarum πανωλεθρίαν fere atque internecionem. Qui etiam (27) Gotthi Græciam ipſam ſub Gallieno non leviter prius afflixerant, populi θεοστυγεῖς, (t) atque humano generi ſemper infeſti. Poſt fatalem hanc bonis literis ac diſciplinis peſtem,

26) Iuſt. Lipſius de Pronunc. L.L. cap. 3. vide & Rutgerſ. in Variis.

27) Eutrop Hiſtor. lib. IX.

> *- - - Omnia demum*
> *Ex illo fluere, & retro ſublapſa referri.*

Et jam quidem, ut Poetæ verbis loquar:

> *- - Vetus Græcos ſervabat Ciſta libellos;*
> *Et divina Opici rodebant carmina mures.* (28).

28) Iuvenal. Sat. III. v. 206. 207.

Pauliſper autem ſedatis rebus atque compoſitis, Græcorum libros rapiebant Arabes, homines ſane diligentiſſimi, atque ad Doctrinæ ſtudia nati, in ſuam etiam linguam transferre

---

t) Nimirum

> *Gens inimica Diis hominumque infeſta ſaluti.*

re cœperunt, ſed retentis tamen atque intermixtis quibusdam Græcis vocabulis; addito etiam articulo ſuo *Al*, pleraque Græca ad morem ſuum interpolarunt. (29) Vt liber Ptolomei eſt *Almageſtum*; eſt enim ἡ μεγίϛη πραγματεία, ſive σύνταξις, id eſt, *magna Conſtructio*. Sic *Alchymia*, χυμεία, & *Alchymiſta*, (30) χυμιϛής. Sic *Almanac*, Calendarium, μανακὸς, a Luna & menſibus, unde circulus Lunaris, apud Vitruvium, μανακός. (u) Sic *Alembic*, a Græco Ἄμβιξ, apud Dioſcoridem, quod idem Scaliger obſervavit. Quin & inſuper addit nummiſmata antiqua Imperatorum Arabum (*Califas* ipſos appellant:) cum Græcis inſcriptionibus ſæpius occurrere. (y) Atque jam quidem mi-

Vu 2 ſerrimo

29) *Ioſ. Scaliger in Propert. lib. 3. Eleg. 20. Idem etiam in* Culicem *Virgilii.*

30) *Porphyrius Arabico nomine* Αλμενίχια *vocavit. Scalig. in Prolegom. ad Manilium.* (x)

u) *Vitruvius* c. 8. L. IX. *fine*. ad quem Locum *Gu. Philander Caſtilionius Gallus in edit. Gerbeliana*: ἀπὸ τῦ μηνὸς *i.e. a menſe formatum nomen Circuli menſtrui manacos*. Hinc & vernaculum: *Almanach*.

x) In *Edit.* nempe *Boecleriana*, de qua *ſuperius*.

y) Ejusmodi, *Arabum* non ſolum, *ſed Perſa-*

ſerrimo infortunio, ſtante etiam quodammodo, atque florente Imperio, Græcæ linguæ propemodùm collapſa eſt gloria; ſuavitasque illa atque antiqua puritas fœdiſſima barbarie contaminata, adeo ut domi ipſam Græciam requirere poſſis: quod ex Niceta Choniate, Georgio Cedreno, Ioanne Zonara, Codino Curopalate, nec non Græcis Iuriſconſultis, aliiſque ſcriptoribus apparet; apud quos, inundante jam tum in Aſiam barbarie, tot vocum portenta puriſſimæ lin-

Perſarum quoque, *Ægyptiorum*, *Parthorum* imprimis & aliorum complurium *Aſiæ Africæve populorum Numiſmata græcis litteris inſcripta* hodie magno numero reſtant, quamvis illæ quandoque a communi Litterarum *γνησίως* græcarum forma nonnihil abeant (*e. g.* Λ *pro* A W *pro ω ponendo*) Indeque *Nummi Græcorum* vulgo in *Nummos Græciæ proprie ſic dictæ, Græciæ Aſiaticæ, Græciæ magnæ* & *Græciæ barbaræ* dividuntur. V. poſt *Hottingerum de Num. Orient.* omnino *Illuſtr. Spanhemius* in digno *de Vſu & Præſt. Numiſmatum* Opere, cujus *altera pars* nunc demum in *Belgio* ſub prelis ſudat.

linguæ affuſa. Græce enim bene & eleganter ſcribere, rara erat, atque infrequens hujus ætatis laus; quam cum paucis Annæ Comnenæ tribuit Zonaras, quam *γλώσσαν ἀκριβῶς ἀττικίζουσαν* (z) habuiſſe narrat; ſed penes eruditum lectorem ſit de iſta commendatione judicium.

Extat enim Ἀλεξιὰς *ejus, ſive de Alexii Comneni patris ſui Rebus geſtis.*

Vu 3 Verum

z) i. e. *Liuguam vere Atticam*: ſed dandum hoc eſt ſexui & *Zonaræ* adulationi. Neque tamen inficiari velim, *Cæſariſſam hanc* plurimis Græcorum ſequioris ævi Hiſtoricis, qua ſcribendi prudentia, qua Linguæ puritate palmam dubiam reddidiſſe. Optime poſt *Hæſchelium* de ejus *Alexiade* mereri conſtituerat *Joh. Frid. Gronovius*, ſed Gallis *Batavo* homini gloriam illam invidentibus, *Po. Poſſinus* conſilium ipſius antevertit, qui inter *Hiſt. Byzant. Scriptores* excudi curavit *Pariſ. 1651. fol.* Eius tamen oſcitantiam & errores creberrimos accuſat *junior Gronovius*, qui rem fuſius exponit in *Præf. ad Patris de Seſtertio Librum* & pluribus in addita ad *Ant. Clementium epiſtola* p. 691. ſeqq. conf. quoque *Fabr. Bibl. gr. L. V. P. II. c. 5. p. 390. Eberti in Muſæo Mulier. eruditarum*, & quos ille laudat, plures alii.

Digitized by Google

Verum ante penitus concuſſum Conſtantinopolitanum in Græcia Imperium, antiqui illæ Atticiſmi Veneres in citeriori Occidentis parte pauſo magis emarcuerunt. Notum eſt enim illud Franciſci Accurſii, quoties ad Homeri verſus a Juſtiniano citatos pervenit, *Græcum eſt*, inquit, *nec poteſt legi.* (a) De iisdem fere temporibus intelligendus Claudius Eſpencæus Epiſcopus Gallus, Vindo- [illegible]

a) Nota eſt *de Accurſio fabula*, cum *altera illa*, quod *anno* demum *ætatis quadrageſimo Alphabetarius* factus ſit: utraque tot impugnatores numerat, quot defenſores, & merito ſuo a prudentioribus exploditur. *Græca ſane Accurſium ſciviſſe* ex ipſis gloſſis patet, ſiquidem diſerte *ad L. 6. D. de Bonor. poſſeſſ.* ait: *Græcæ literæ poſſunt intelligi & legi.* Non minus *Græcanicam vocabulorum originem* e. g. *Emphiteuſeos* §. *3. Inſt. de Loc. Cond.* & aliarum paſſim exponit. *Quamvis* & quandoque in his interpellationibus mire ineptiat, e. g. cum hircos pro Lytis dixit in Proœmio ad D. &c. Leg. *Alciatus Parerg.* L. X. c. 15. *Menagius in Amœn. iuris cap. 33. & 39.* & (*citante Fen-*

chero

ctiſſimus, cum ait, *Græcum aliquid noſſe, fuiſſe ſuſpectum; Ebraice autem prope hæreticum.* Quamobrem tam ſtupendi ſeculi Pontificii, ſe haud immerito deridendos propinant, qui non ſolum Græcam Eccleſiam, ſed & linguam hæreticam eſſe putarunt: cum ſacrificulorum, ut ait (31) Buchananus, tanta & tam portentoſa ignorantia, ut N. T. a Luthero fictum dicerent, vetus repoſcerent. (b) In hiſce tam craſſæ ignorantiæ tenebris Gregorius Tifernas Italus, decreto Concilii *Viennenſis* ſubnixus,

31) *Buchanan. Hiſt. Scotic. lib.*

 circa

ckero in Diſſertatione *de ineptiis Clericorum*) *Dieterieus in Græcia exultante, littera D.* Excellerunt tamen & leguleji non raro in ipſius laudibus; quando alii *ab eo, quod unus Iuriſprudentiæ ruituræ in auxilium accurrere voluerit, Accurſium dictum;* alii, *Virum a cælo miſſum, ad reducendam in deſperabunda tribunalia juſtitiam* prædicare non erubuerunt &c. V. *Fichardus* in *Vita*.

(b) *Eſpencæi* dictum eſt in *Comment. ad I. Tim. c. 3.* Lepidam vero de *ſacrificulis Anglis* narrationem in *Buchanano* non inveni, ſed facile feſtinantis oculo ſe ſubducere

circa annum Domini MCCCCLXX Academiæ Pariſienſis rectori indicavit, ſibi propoſitum eſſe Græcas literas illic profiteri; quin id poſtulavit etiam ſtipendium, at mirari ſe omnes hominis peregrini, nec ab Academia accerſiti, audaciam. (a) Cum autem ille urgeret decretum, quod Scholæ etiam Pariſienſis mentionem faciebat, Rectorque ad Senatum retuliſſet, introducta denuo in Scholam illam fuit ea profeſſio, quæ per ſeculis jacuerat. Ferdinandus No-
[illegible]

---

cere potuit. *Parallela* etiam *exempla* copioſiſſima, non ſine riſu perlegenda, collegit *Amicus & Fautor*, dum in vivis erat, *honoratiſſimus Dnus Junckerus*, in dicta pereruditâ, *de Clericorum ineptiis*, diſſertatione, inſerta *plur. rever. Rechenbergii exercitationibus in N. Teſt. Hiſtor. eccleſ. & litter.* (*Lipſiæ* 1707. 8vo.) p. 543. ſeqq. ad quam *acceſſiones & emendationes plurimas* ſe habere, privatis litteris ante aliquot annos me docuit *beatus Autor*.

c) Malculum Tiphernatis factum iisdem prope verbis deſcripſit Cruſius L. V. Germano-Græciæ in Not. p. 402. ſeqq. & ante ipſum Melanchton T. I. Declam p. 532.

nius Pincianus primus intulit in Hiſpaniam uſum Græcæ linguæ. Succeſſit in ejus profeſſione Demetrio Lucæ Creteenſi, (d) quem paulo ante in ſuam Academiam Compluti Cardinalis Franciſcus Ximenius ex Italia evocaverat.

Inſula tamen hæc noſtra, variis vicibus atque optimo fato, Græcitatis ſtudiis inclaruit, (32) præter reliquas omnes citerioris Europæ gentes, in quibus ne vix quidem Latinæ linguæ veſtigia reperirentur. Chriſtophorus Angelus Græcus, quem puerі admodum ſenem Oxoniis familia-

32) *Semper enim docta fuit Britannia, etiam Græce.* Pontic. Virunnius Italus. (e)

 riter

d) Si *Nonius Demetrii in Græca profeſſione ſucceſſor fuit*, non video *qui primus ille hujus linguæ uſum Hiſpaniæ intuliſſe dici poſſit?* adde quod ipſum *Antonium Nebriſſenſem* eruditionis univerſæ in iis locis reſtauratorem *græcam litteraturam* calluiſſe, vel ex ſolo *Lexico Iuridico*, nedum *aliis Viri ſcriptis* pateat. Conf. Antonii Bibl. Hiſp. T. I.

e) Floruit hic *Virunnius ſec. XV.* ſed *ubi & qua occaſione* hoc elogio *Anglos* ornaverit, nunc quidem inquirere non vacat.

riter cognovimus, ea Conſtantini temporibus, Euſebii Pamphili auctoritate, ut dicebat, ductus; Græcos cum Britannis primam neceſſitudinem contraxiſſe: ſic eos enim ex Britannia, C. P. conceſſiſſe, καὶ ἀυτῷ τῷ μεγάλῳ Κωνςαντίνῳ καὶ πάλιν ἀπὸ τῆς οἱ Ἕλληνες ἐπεμφθήσαν εἰς Βρεττανίαν παρὰ τοῦ μεγάλου Κωνςαντίνου καὶ οὕτως ἐμίγησαν τῷ αἵματι οἱ Ἕλληνες καὶ οἱ Ἄγγλοι. καὶ τούτου ἕνεκα οἱ Ἄγγλοι ἀγαπῶσι τοὺς Ἕλληνας, καὶ τὰ γράμματα τῶν Ἑλλήνων σφόδρα. Ita Græculus Anglorum emendicabat benevolentiam. (f) Cæterum ex Anglia habuiſſe Cohortem Prætorianam Imperatores Conſtantinopolitanos, teſtantur idonei ſcri-

f) *Exul nempe Græcus atque egenus*, fami conſulturus *Britannorum* favorem aucupavit *Encomio Angliæ ad Anglos lingua Græca Anglicaque perſcripto.* Senſus textus Græci fere eſt: *Britannos ad Conſtantinum M. veniſſe, & ab hoc etiam Græcos miſſos fuiſſe in Britanniam, atque mutuis connubiis in unam tandem gentem coaluiſſe binas nationes, & inde eſſe, quod Angli Græcos Græcorumque literas hodienum in pretio habeant.*

ſcriptores. Perſpecta enim Anglorum fide & rei militaris fama, ultro eos ad corporis cuſtodiam ex Britannia evocarunt, quod non tantum ex Gulielmo Malmesburienſi conſtat, ſed ex Codino etiam Curopalate, de Officiis Aulæ Conſtantinopolitanæ cap. VII. ubi *Barangos* eos vocat, quos πελεκυφόρες interpretantur, ſcribitque illos ubique Imperatorem proſequi, ferentes humeris ſecures, quas tollebant cum Imperator ex Oratorio ſe populo ſpectandum exhiberet, quo tempore Anglice (ἰγκλινιςὶ) vitam diuturnam illi comprecantes, easdem ſecures, ut ſonitum ederent, collidebant. Vide Annam Cæſariſſam, eximiæ eruditionis fœminam, (g) Ἀλεξιάδος ſive vitæ Patris ſui Alexii Comneni Imp. lib. II. Ἰγκλῖνοι, *Inclini* a Niceta Choniate appellantur de Imperio Iſaaci Angeli lib.

g) *De hac* p. 681. diximus. *Codinus* & *Nicetas* habentur in ſplendido *Hiſt. Byzant. Corpore*, quod inter reliqua bene multa κειμήλια & pretioſa opera aſſervatur in *Bibliotheca Academiæ Lipſienſis Paulina.*

lib. II. ubi Richardi primi in Paleſtinam expeditionem deſcribit: cui quidem Rex ille ὁ τῶν πελεκυφόρων κατάρχων Βρεττανῶν, ὃς νῦν Φασὶν * Ιγκλίνες, dicitur, id eſt, *Bipennifer orum Britannorum Princeps, quos nunc Inglinos vocant*, & τῶν Ιγκλίνων ῥήξ, i. e. *Anglorum Rex. Bipennis* autem inter patria Anglo-Saxonum tela ſemper habita eſt.

* Angles.

h) Quod ſi non eſſet in iſtis teſtimonii ſatis, poſſemus & aliud proferre; „quod nacti ſumus humanitate Cl. „Viri *Gerardi Langbainii*: *Joannis* „ſcilicet *Cinnami* lib. 1. Hiſtoriæ *Ioannis Comneni* Imp. Πελεκυφόροι, ἐςὶ τοῦτο, inquit, ἔθνος Βρεττανικὸν ita enim

---

h) Monendus hic Lector, ſequentes lineas omnes (usque ad verba: *pro Brittannia intelligit*,) in ipſo anglico Hiſtoriæ noſtræ exemplari non comparere; verum adjecit illa poſtmodum Burtonus ſub finem *Lipſanorum Linguæ Perſicæ*, hucque inſeri debere monuit: quod idem quoque inferius circa obſervationem marginalem *de Planude* ex parte notandum eſt; ubi itidem Autoris juſſu aliqua, quæ fruſtra in prima editione quæſiveris, acceſſerunt.

Digitized by Google

enim gentem *Anglicum* appellavit; verum ipſum adi; nec non Virum clariſſ. *Iohannem Gerardum Voſſium*, de Hiſtoricis Græcis lib. IV. cap. XIX. eundem quoque pag. 549. ejusdem operis. Extat hic Auctor cum Notis *Petri Poſſini* inter *Byzantinæ Hiſtoriæ* Scriptores, quos *Carolus Annibal Fabrotus I. C.* non ita pridem *Pariſiis* edi curavit. (i) Addamus inſuper hoc in loco *ex Procopii* lib. IV. de bello *Gothico*; quod Φράγγων βασιλεὺς *Francorum* Rex, ἐπὶ πρεσβείᾳ τῶν οἱ ἐπιτηδείων τινὰς παρὰ βασιλέα Ἰουστινιανὸν ἐς Βυζάντιον στείλας, ἄνδρας αὐτοῖς ἐκ τῶν Ἀγγίλων ξυνέπεμψε, φιλοτιμούμενος ὡς καὶ ἡ νῆσος ἥδε πρὸς αὐτοῦ ἄρχεσθαι. (k) (norunt omnes, quod etiam maxime obſervat *Iſaac. Pontanus Origin. Francic.* lib. 5. cap. 7. pag. 386. *Francorum* nomine a poſterioribus *Græcis*, uti etiam ab hodiernis *Turcis*, Occidentales omnes *Euro-*

i) Plura & magis accurata de *Cinnami* opere vid. ap. toties laudatum *Dn. Fabricium L. V. Bibl. Gr. c. 5. §. 9.*

k) Cap. 20. Quæ verba *Claud. Maltretus*

„*Europæos* noſtros generatim atque „univerſim comprehendi;) Obiter „tamen hoc ipſo fere in *Procopii* loco „monendus eſt ſtudioſus lector, hal„lucinatum eſſe *Camdenum*, ubi Βρετ„τίαν illic κατ' ἀντικρὺ τῶν τοῦ Ῥήνου ἐκβο„λῶν, pro *Britannia* intelligit.

Sed longum eſſet, Auditores, omnia hoc loco percenſere, quæ apud doctos Viros habentur, quibus Anglorum ſingularis erga Græcos benevolentia, atque libros eorum ſtudium, conſtare poſſit. Aliter docere hic poſſemus, quo modo, mille fere ab hinc annis, ductu *Theodori* Tarſenſis, D. Pauli popularis, & auſpiciis *Vitaliani* (l) Papæ, Archiepiſcopi

pretus ita vertit: *Francorum Rex non ita pridem, cum nonnullos ex intimis Byzantium Legatos ad Iuſtinianum Auguſtum mitteret, Anglos illis adjunxerat; ambitioſe oſtendens, ſe huic etiam inſulæ Dominari.* p. 620. edit. Pariſ. 1662. fol. maj.

l) Sic plurimi, *Vitellianum* tamen vocat *Baleus Cent. I. de Script. Britt.* p. m. 71. qui *Theodoro græco* ad latus ponit *Adrianum Aphrum* & multa odioſa de ipſo *Vitaliano* ſuperaddit,

ſcopi Cantuarienſis, plurimi in Inſulam advenerint Græci, quibus & Scholam ille extruxit, atque Bibliothecam ornavit; (33) cujus etiam aliquot libri Græco exarati in celeberrimis quibusdam Angliæ Bibliothecis hodie adhuc aſſervantur. In iis eſt Home-

33) *Godwinus in Vita Theodori.* (m) *Sed vide Thom. Iameſii Eclog. Oxonio-Cantabrigienſem.*

m) Libro *de Præſulibus Angl. Lond. Anno XVIto ſuperioris ſæc.* exſcripto. Cæterum perquam celebris eſt inter Britann. rerum Scriptores *Schola Græco-Ladenſis* ſeu, ut vox anglo-corrupta; *Creek-Ladenſis*, & *alia*, *Latino*-ſeu *Leche-Ladenſis*. Circa ejus vero initia & fundatores multum inter ſe diſſentiunt Hiſtorici, *non pauca* forte *fabuloſa immiſcentes*. Totam rem ſtudioſe exponit præter *Lelandum*, *Twynium* & quos *Burtonus* allegat alios, *Woodius L. I. Antiquit. Oxonienſ.* qui, cum per plura folia de incrementis & fatis græcarum, latinarumque litterarum in Patria ſua egerit, *perpetui Commentarii inſtar ad hanc ſequentesque aliquot hiſtoriæ noſtræ paginas* eſſe poteſt; illum ergo adeat, qui ſpecialiora cognoſcere cupit; Nobis crambem bis (niſi decies forte) recoquere minime placet.

Digitized by Google

Homerus, tam accurate pulchriſque adeo literis conſcriptus, ut vix credatur extare hodie vel inter impreſſa typis aliud aliquod exemplar iſto vel pulchrius, vel caſtigatius. Schola autem ipſa, quam * *Creek-lade* inter (34) *Dobunos* in agro Glouceſtrenſi appellarunt (ſiquid gloriari vultis, Glouceſtrenſes, de ſtudiorum Græcorum propinquitate:) ad Bellum-Montem, juxta Aulæ veſtræ portas, translata eſt. Hos quidem Græcos, huc tandem migrantes, celeberrimæ Academiæ, hic poſtmodum enatæ, fundamenta jeciſſe, conjecturam ſatis haudquaquam eſſe abſurdam, ſunt qui exiſtimarunt. Neque unquam *prorſus ex quo Britanniam petierunt, Anglis feliciora fuere tempora*, inquit (35) Beda. Neque tot ſimul homines vidit Anglia literis & eruditione præſtantes; quorum tamen numerus brevi poſtea vehementer auctus; quippe ſeculo mox ſequenti, produxit, inter multos alios, *Bedam*, *Alcuinum* (a nonnullis *Albinum* vocitatum:) *Ioannem Beverlacenſem*; & (36) *Tobiam* Epiſcopum Roffenſem, Viros haud dubio claros, & eximie doctos.

* *Quanquam Lelandus Com. in Cygneam Cant. indocti vulgi ſomnium eſſe dicat, locum illum Grekladenſem Græcaniciis ſtudiis fuiſſe inſignem. Io. Caius de Antiq. Acad. Cantab. lib. 1. Br. Twyn. Antiq. Oxon. lib. 2. ſect. 26.*

34) *Glouceſtrenſes ita dicti olim Ptolemæo; Dioni autem Caſſio.* Βοδοῦνοι *lib. 60.*

35) *Beda Eccleſ. Hiſt. lib. 4. cap. 2.*

36) *Beda Eccleſ. Hiſt. lib. 5. cap. 9.*

Digitized by Google

doctos. Tales enim fuiſſe indicio eſt, inquit idem Beda, quod uſque hodie ſuperſunt de eorum diſcipulis, qui Latinam Græcamque linguam æque ut propriam, in qua nati ſunt, norunt. Poſſemus etiam his addere Virum longe doctiſſimum, *Joannem Erigenam* Scotum, id eſt, *Hibernigenam*, (n) e Scotia ortum, (hoc enim nomine celebris olim Hibernia;) quæ & Major Scotia appellabatur: ſiqui-

n) Ille *Auctor* creditur *Libelli Macrobiani de Differentiis & Societatibus Græci Latinique Verbi*, qui *Saturnalibus* addi ſolet, & ita finit: *Explicit Defloratio de Libro Ambroſii Macrobii Theodoſii, quam Iohannes carpſerat ad diſcendas græcorum verborum regulas*; ad quas voces vide, quæ monent *Pontanus* & *Opſopœus* in *Edit. Macrobii Gronoviana*. jung. *Waræus*, *Baleus*, *Olearius in Bibl. Eccl.* alii. *Acta Erud. Lipſ. A. 1683. p. 193. ſq.* docent, *Scoto noſtro Græcarum litterarum ſcientiam magnæ invidiæ fuiſſe*, imo addunt, *eundem puerorum graphiis tandem confoſſum periiſſe* &c. *Putſchius* dictum Libellum *Grammaticis ſuis* inſeruit; *de Johanne vero Auctore* nec verbum habet.

dem ille obſcuro ſeculo, atque iſtarum literarum rudi, Dionyſii Areopagitæ quæ dicuntur, opera in Latinam linguam circa annum DCCCLXXXIV. convertit.

Verum me dies antea deficeret, ſtudioſi adoleſcentes, ſi omnes numerare velim, qui ante ducentos annos in hac illuſtri Academia Græcorum ſtudiorum ſcientia, & laude claruerunt. Quid enim hic mentionem facerem, Heroum potius, quam hominium, Adami Eſtoni Cardinalis, (37) Rogeri Baconi, (38) Roberti Lincolnienſis, aliorumque plurimorum, (o) quorum jamdiu famæ ſempiter-

næ

37) *Scripſit Gracam Grammaticam.* Balæus.

38) *Qui &* Croſſ-head *dicitur. Hunc Suidam e Græco tranſtuliſſe, atque Annotationum librum in eum ſcripſiſſe, fingit Pitſeus, quamobrem* non ego credulus illi. *De ejusdem Verſione Teſtamenti XII. Patriarcharum, vide Matth. Pariſ. in H. 3. & Selden. de* Succeſ. in bona defunctorum *cap. 22. In MS. exemplar. latino B.* Bodl. *dicitur hic liber translatus ex Ebræo. Eſt plane ſpurius.*

o) De *Eſtono* quidem *Card.* videndus *Baleus Cent. VII. n. 15.* de *Bacono Cent. IV.* n. 55. &c. Verum enim vero, cum nec inſtituti ratio poſcat nec chartæ anguſtia permittat, ut *hos & ſequentes Eruditos ſingulos* fuſius deſcribamus, ea obiter de quibusdam notaſſe contenti erimus, quæ neglecta aliis aut perperam dicta occurrent. E. c. *Robertum* Angli vel ab Epiſcopatu *Lincolnienſem* vel a familia *Groſſeteſt* appellant, ultimum tamen *gallicæ* originis

næ commiſſa ingenia. Maxime vero floruerunt apud nos iſta doctarum linguarum ſtudia, ex quo (39) Clementis V. Conſtitutione in Con-

39) *Adiſis Brian Twyn. Antiq. Oxon. lib. 3. p. 297. 298. &c.*

---

originis eſſe non inficiantur. Quare *Baleus Grouteheade*, *Lelandus Grouteheved*, *Burtonus* & cum eo *Recentiores* plurimi *Groſſehead* vertunt; cumque hæc omnia noſtro Groß-Kopff æquipolleant, ratio in promtu eſt, cur *Lelandus* in Opere latino *Capitonem* vocaverit. Alii vero hanc vocis Etymologiam neſcientes crebro hallucinati ſunt. Ita Geſneri Epitomator *Conr. Lycoſthenes* in *Elencho Script.* ipſum Robertum Groſthede dicit, & præterea diverſum a *Ruperto Lincolnienſi*, (ſic ille ſcribit, non obſervans typogr. mendum eſſe apud Geſnerum, quem ſequitur,) facit, & mire utrobique ineptit, quem ex parte etiam *Friſius* imitatur, licet in reliquis accuratior. Nec qui Teſtam-groſſam appellent teſte *Kœnigio in Biblioth. V. & N.* deſunt. Hunc interim *Rob. Graſſeteſt Suidam latinitati donaſſe* ante *Pitſeum* jam *Baleus* retulit, qua fide diſpiciemus. *Lelandus* (cujus alioqui veſtigia legit *Baleus*,) tacet, ergo alius

cilio Viennenſi, apud nos, cum paucis aliis Academiis inſtituta ſunt, atque commendata. Hinc tanquam ex equo Trojano provenerunt Viri præſtantiſſimi, atque harum literarum ſtudiis longe celebres; cum primoribus Italorum, qui ſe ſolos Græciam expilaſſe jactitabant, facile comparandi.

Neque

huic citandus fuit idoneus aſſerti Autor, quem *Mathæum Pariſienſem* facit. Verum conferat Lector ipſam *Mathei hiſtoriam*, & *ne γρῦ quidem*, quod in proverbio ajunt, de *Suida ejusve Lexico* offenſurus cum ſtupore deprehendet, quam verba ejus a Baleo (quod mirere in Viro cætera non ſubleſtæ fidei) mutilata, vitiata & fœde interpolata fuerint; Vterque locus prolixior eſt, quam ut huc tranſcribamus; libri tamen ipſi, qui paſſim proſtant, conferri merentur. Atque ideo *fruſtra ex hac Lincolnienſis Verſione Suidæ ætatem aſtruere laborat celeberr. Fabricius in Decade dec. N 6.* ſub *Cl. Aeliano.* Quum, ut ex allatis clarum ſit, de *ipſa Verſionis exiſtentia* adhuc ſub judice lis verſet. Quantum denique *ad XII. Patriarcharum teſtamentum*

Neque nos fictis & ſpecioſis titulis ac nominibus quicquam gloriabimur. Miſſum itaque facimus Ioannem Grammaticum quem cognomento *Philoponum* dicunt, doctiſſimum Ariſtotelis interpretem, neque enim alius ille eſt, quem Anglo-Oxonienſem facit, & magnatum filios Græcis literis inſtituendos ſuſcepiſſe narrat Ioannes Pitſeus, Plagiarius impudens, (p) qui poſt Balæum, quem

ſtamentum, quod *Robertus* a *Nicolao Græcò* adjutus in *Romanum idioma* tranſtulit, illud ſæpius excuſum, & noviſſimè a *laudato Dno Fabricio* ex *Grabii ſpicil. Patrum, Codici Pſeudepigr. V. T. a pag. 496. usque 748.* inſertum eſt, ubi præter *Grabii præfationem* acceſſerunt *magnif. Editoris Obſervationes de variis editionibus & Codd. MStis in Bibliothecis latentibus*; quæ inter tamen, ſi probe memini, *Codicis Viennenſis Friſio in Bibl. Geſneriana* laudati nulla mentio facta eſt.

p) Commune hoc *inſipidi compilatoris* elogium eſt, quem tamen *Baleo par pari retuliſſe*, cum ex iis, quæ ad *Lincolnienſem* monuimus, cum ex *Hallii*

quem fœde ſuppilavit. Anglicorum ſcriptorum Catalogum ſatis prolixum conſarcinavit: deceptus, ſed ſatis volenter tamen illud, ut res ipſa docet, ab iis, qui Bibliothecæ Bodleianæ libros, atque eos qui ſunt Collegii Novi, in Catalogum compoſuerunt. Nos eos numerabimus, quorum neque dubitabilis fama, neque in his literis præſtantia; *Thomam Morum*, *Thom. Linacrum* (40) *Ioannem Phream*, (q) (41) *Ioannem Claymundum*,

Hallii verbis colligere eſt, qui ita: *Hoc opus Lelandi poſt mortem Autoris deplorandam in manus Ioh. Balei Sudovolgii pervenit, qui id FOEDE COMMACVLATVM ATQVE INTERPOLATVM in ſuas Centurias traduxit; hunc ſequutus eſt Ioh. Pitſeus*, & quæ reliqua ſunt verba *Ant. Hall. in præfatione ad Lelandi de Scriptoribus Britt. Commentarium*, ipſius demum cura *Oxonii* 1709. *8vo. editum.*

q) *Mori* & *Linacri* fata omnes norunt: de *Phrea* vid. *Lelandus c. 576. p. 466.* & qui multa duobus appendicibus addidit, *Baleus Cent. VIII. n. 38. pag. m. 614.* De *Poggii furto* alibi fuſius agendi occaſio

40) *Phreas iſte Colleg. Balionenſis ſocius vertit Diodori 6. libros, quam verſionem nactus Poggius pro ſua in publicum extrufit. Hoc teſtatur Twynus lib 3. Neque aliter Vinc. Obſopæo, qui primus Diodorum Græce publicavit, videbatur, tam virulentum ſycophantam, & ſpurciloquum vitilitigatorem quicquam Græcitatis calluiſſe, qui ne latinam quidem linguam cuius ſibi videbatur peritiſſimus, recte calluit. Præfat. edit. Diodori Gr. Baſil. 4. (1539.)*

(41) *Coll. Corp. Chriſti Præſid.*

mundum, (42) *Grocinum*, (43) *Crocum*, *Thomam* (44) *Lupſetum*, (r) *Guilelmum Lilium*, Scholæ Colletianæ ad D. Pauli primum moderatorem; qui

42) *Gr. lit. didicit a Chalcocondyle in Italia.*

43) *Lipſienſ. Acad. Gr. lit. ex Britan. acceptas per Ric. Crocum confitetur Eraſm.* in epiſt. (s)

44) *Gr. lingua poſt Ioan. Clementem, Oxoniis Profeſſor.*

occaſio erit, conf. interim *Fabr. Bibl. Gr.* L. III. c. 31. p. 773. & *Baylius in Lexico*, quibus nos non poſſumus non in præſenti addere *Woodium* præter alia (*L. II. Antiq. Oxon* pag. 76.) ita ſcribentem:

„*Diodori Siculi Bibliothecam Græcam Itali Poggio attribuunt, vidi tamen exemplar, quod & Archetypum fuiſſe nullus dubito, in cujus primi folii margine hæc recentioris alicujus manu ſcripta reperi:* Paulus Romanus propter translationem ſibi dedicatam Freum Epiſcopatu Badoniæ donaverat, quem cum accepiſſet, ſupervixit menſem unum & obiit Romæ, nondum conſecratus.

r) De *Claynmundo* & *Lupſeto* vid. præter *Baleum*, *Pitſeum* & *Bibliothecarum Scriptores*. *Woodius Antiq. L. II. p. 233. it. Athen. Oxon. T. I. p. 28.*

s) Verba *Eraſmi* cum altero *Camerarii* teſtimonio & lepida *Perliri* querela exhibet *celeberrimus Lipſienſium Polyhiſtor*

Digitized by Google

ut commodius Græcis literis operam daret, in Rhodo inſula quinquennium degit, ſexcentosque alios, qui avorum memoria clari ingenii ſui face hanc inſulam illuſtrarunt.

Sed fauſtam hanc, atque fortunatam nobis lucem, paulo præceſſit horrenda illa, καὶ ἐκ ὀνόματι Græcæ linguæ in ipſa quidem Græcia καταστροφή. Fatalis, inquam, illa, atque funeſta Dies in qua quidem ὁ τῆς Αγαρ ἀγρεῖος υἱός, Agreſtis ille Agaræ filius infando atque inaudito ſcelere Conſtantinopolim expugnavit, Anno ex Græcorum computatione Mundi ſexies milleſimo, nongenteſimo, ſexageſimo primo, Chriſti vero M.CCCC.LIII. In cujus quidem direptione ſpectacula occurrebant immania, captum humanitatis excedentia,

biſtor & Patronus ætatem colendus. I. B. MENCKENIVS in Diſp, *de Græcarum & Latinarum literarum in Miſnia Inſtauratoribus* §. 21. ubi tamen loco Ioh. Coleti ſubſtituatur, *Linacrii* ad hunc enim Epiſt. ſcripta fuit A. 1514. 5. Iunii, quæ eſt CLVIIma, inter eplas, *Eraſmi T. III. p.* 136.00: *per Clericum editorum.*

Digitized by Google

tia, Templorum Deo dicatorum, impiis conculcantibus, profanatio; conſecratarum caſtitati fœminarum raptus; violatio virginalis pudoris; raptabantur ingenuæ, nobiles, illuſtres fœminæ: & nequid ad augendum tam triſtis calamitatis ſenſum deeſſe putaretur, accedebat monumentorum eruditionis omni æternitate dignorum exuſtio, & conflagratio. Facta ubique horrida, inhumana, ſæva, effera, ſtupenda, in ultimas terras exportanda flagitia. Atque ex tali ruina, tanquam providentia divina ex fatali igne erepti faſces, in Italiam evaſerunt præſtantiſſimi Viri (45) *Maximus Planudes*, *Beſſarion Cardinalis Nicænus*, *Theodorus Gaza*, *Laſcaris*, Vir nobiliſſimus & Imperatorii ſanguinis, *Marcus Muſurus*, *Georgius Trapezuntius*, *Argyropulus*, *Moſchopulus*, *Manuel Chryſoloras*, communes Græcæ linguæ Italis, atque reliquæ etiam Europæ, præceptores: e

Xx 5 quorum

(45) *Verum Planudem hunc monachum diu reliquos iſtos ætate ſupergreſſum; notabis, diligens lector. Clariſs. V. Io. Gerard. Voſſius in lib.* de Scientiis Mathemat. *eum ad An. 1370. reponit, quod ignorare me noluit, pro eximia ſua humanitate, V. eruditiſſimus, &, ſiquis unquam alius, bono publico literarum natus,* Gerardus *LANGBAIN, Colleg. Reginæ Præpoſitus, atque Oxonienſium unicum decus.* Hoc nos quoq; deprehendimus ex *Lib. IX. Hiſtoriæ Georgii Pachymeris*, ubi narrat: *Maximum Planudem Monachum Andronici Imp. nomine Aquileiam conceſſiſſe, ob Venetos Galatæ ab incolis C. P. ſeu Byzantii violenter oppreſſos & mactatos. Vide Dionyſ. Iungermanni*

germanni præfat. ad I. Cæſaris Comm. Latine & Græce. (t) 46) Planudes, Gaza. Laſcaris. (u) Moſchopulus, Chryſoloras.

quorum numero (46) quinque ſaltem Grammaticas Græcas conſcripſerunt, eo opinor conſilio atque inſtituto, ut doctiſſimam linguam ſartam

t) *Planudem* etiam *ſec. XV.* attribuit *Poſſevinus* quem cum *Burtono Kænigius*, *Quenſtædius de Patriis*, aliique ſequuntur: bene tamen *Voſſius ad ſec. XIV.* reponit, quod vel *Codex OO. Maximi, anno* 1360. *ſcriptus* & *Montfauconio pag. 38. Palæogr. laudatus*, ſufficienter probat. *Autor* hic Planudes creditur *Metaphraſeos Græcæ Commentariorum Cæſaris*, quam *Godofredus* (non *Dionyſius*) *Iungermannus* edidit anno 1606. conf. *Fabr. in Bibl. lat. pag. m. 158.* Collector etiam primus Epigrammt. Græcorum plurimorum, quæ conjunctim vulgo ſub *Anthologiæ* titulo veniunt. Plura *Fabricius in Bibl. Gr. L. III. c. 28. §. 4. & Morhofius in Polyh. T. I. L. VII. c. 2. §. 26.*

u) *Laſcares* confundit *Autor*, non enim *Ianus ille regii ſanguinis Princeps*, ſed *Conſtantinus Laſcaris Grammaticæ Græcæ ſcriptor* eſt. Chronologiam etiam in reliquis non obſervat *Burtonus*, quod pluribus demonſtrandum foret, niſi

ſerias

tam tectam conſervarent, quam in patria ſua periiſſe, ſummo cum ipſorum mærore, atque animi indignatione, vidiſſent. Quidni periiſſe dicam, cum pro antiquis illis LXX Græcas modernas dialectos (x) numeret

Simeon

---

ferias nobis feciſſet ab eo labore *magnif. ſtudiorum noſtrorum Promotor & Græcæ Litteraturæ Promus-condus celeberrimus*, *DN. D. BOERNERUS* in duplici Diſput: nec non aliquot Programmatibus *de Exulibus Græcis literarum in Italia reſtauratoribus*: quæ, cum ex merito laudare hujus loci non ſit, id ſaltem Lectorem neſcire nolumus: ſpem ſupereſſe, ut brevi *diſperſæ hæ præſtantiſſimæ phylyræ in unum collectæ, ab ipſo eruditiſſimo DN. AUTORE recognitæ atque multis acceſſionibus locupletatæ publice iterum exhibeantur*; tumque habebunt, qui accuratam migrantium ex oriente in occidentem Litterarum Hiſtoriam deeſſe conquèruntur, quibus deſiderio ſuo ſatisfaciant.

x) *Cabaſilas* ὑπὲρ ἑβδομήκοντα, *ſuper LXX. Dialectos* eſſe contendit in dicta *Epiſtola*, quam etiam *Orationi* ſuæ *de ſtatu*

hodierno

Simeon Cabaſilas, in epiſtola ad Martinum Cruſium, in Turco-Græcia ipſius. Cæterum quæ portenta verborum habeantur hodie, in vulgari, uti dicitur, Græcorum lingua, partim e Turcica, partim ex Sclavonica, atque Italica collecta, diligens lector optime intelliget, ſi ſterquilinium illud verſuum, quos vocant Politicorum, evolvere velit, quod variis voluminibus Venetiis Antonii Pinelli officina & operæ ejus egeſſerunt potius quam ediderunt. (y) De quorum uno

hodierno Eccleſiarum Græciæ, Aſiæ &c. adjici curavit *D. Chytræus. Wittenbergæ.* 1580. 8vo. *Noſtro* placuit numerum rotundum allegare.

y) Nimis propemodum abjecte de his *Verſibus Politicis* Neo-Græcorum ſentit *Autor*, hodiernis quibusdam eruditis non indignis viſis, de quibus bene mererentur. Facit huc *D. Ioh. Mich. Langii ſuccincta Introductio ad Poeſin Barbaro-Græcam* &c. *Altorffii* 1707. 4to. ex qua B. L. diſcere poteſt, jam aliquot retro Seculis ante captam *C.Plin. Græcos Poetas* hiſce Carminum generibus ſtrenuam operam litaſſe.

Digitized by Google

uno haudquaquam tacebo, quia homines miſelli in ſuis anguſtiis de noſtris quoque rebus in remotiſſimis terrarum regionibus, ſoliciti fuerunt. Ita enim inſcribitur: (z) Ἱςορία περὶ τῆς ῥιγήσας (47) τῆς Σκωζίας καὶ τῆς ῥιγήσας τῆς ἐγκλητέρας. (48) 47) De Regina. 48) Engleterre.

Itaque quod merito lugemus, ſilet illa Græcanica amœna & pellax Siren, jacet vero infelix illa: infelix, inquam, terra infra invidiam vel abjectiſſimæ gentis, triſtiſſimæ ſervituti ſubjecta jacet, ac mœrens ſquallidaque ſedet; non tamen idcirco minus nobis diligenda, ſed miſeranda potius, nec poſtquam præſidiis ſuis atque ornamentis orbata eſt, privanda etiam benevolentiæ noſtræ aſpectu. Sicut autem numiſmata vetera & ſtatuæ antiquæ a quibusdam hodie ſtudioſe requiruntur; Ita hæc quoque velut ſplendidiſſimæ quondam proſtratæ Baſilicæ rudera, aut μυριαγώγου navis confractæ tabulæ, a nobis eſt excipienda. Et quidni jam pro ingenti illo, quem concipio ſtupore, Ovi-

z) *Narratio de Regina Scotiæ & Regina Angliæ.*

Ovidianum illud de concuſſa tantum Græcia jamdiu dictum, de nunc penitus collapſa efferam?

Ovid. Metam. lib. 15. (v. 430.)

Vile ſolum Sparte *eſt, altæ cecidere* Mycenæ,
Oedipodioniæ *quid ſunt niſi nomina* Thebæ?
Quid Pandioniæ *reſtant niſi nomen* Athenæ? (a).

Feliciſſimos autem vos omnes, quibus & otium, & ingenium, & fortunæ ad has literas adipiſcendas. Quod ſiquid mea efficere poteſt opera, Auſpiciis Clariſſimi Domini Principalis vobis indulgentiſſimi, in commodum veſtrum impendetur. Sed pro tem-

(a) Eleganter etiam de re minime eleganti *Ioh. Fechnerus* Sileſius in Carm. *de Scholis Græcorum jugo Mahumetico preſſis*:

Sic Hellas cecidit, ceciderunt Helladis Vrbes
Auguſtæ, quas fama loquax æquavit Olympo.

Vrbs

Digitized by Google

tempore vos dimittam, monitu tantum Horatiano uſus, (b)

- - Vos exemplaria Græca

No-

Vrbs ubi nunc Cadmi ſeptem clariſſima portis?

Arx ubi nunc Pelopis magni, bimarisve Corinthi

Mœnia? dic veteres quo colle ſtetere Mycenæ?

Commonſtra Sparta concuſſa cadavera.

& paulo poſt:

- - - Fuit Argos & ingens

Gloria Cecropidûm, fuit Elis nobilis; Ipſæ

Nil Pandioniæ jam ſunt niſi nomen Athenæ.

itemque:

Omnia fatali populatur acinace Turca

Barbarus, ingenuas cultis cum moribus artes

Exegit tota dudum regione, Camœnas

Ipſas exegit. De rupe bivertice Phœbus

Fugit inops exul: &c.

(b) *De Arte Poetica v. 268. 69.*

Digitized by Google

Nocturna verſate manu, verſate diurna.

Dixi. (c)

c) Reliquum erat, ut cum de Oratore, tum de præſenti ejus opuſculo aliqua adderemus: Verùm cum ipſa Oratio jam deſtinatum chartæ ſpatium aliquot foliis ſupergreſſa ſit, præſtat ea in ſequentem faſciculum differre. Illi enim animus eſt, *Ejusdem Burtoni Hiſtoriam Linguæ Perſicæ* inſerere, cui *Auctoris Vitam, ſcripta & aliorum de his judicia* breviter ſubnectemus.

DIGE-

Digitized by Google

II.

DIGESTORUM ſeu PANDECTARUM LIBRI L.

Ex Florentinis Pandectis repræſentati.

Florentiæ

In Offic. Laur. Torrentini Ducalis Typogr.

M D LIII.

Cum S. Pontif. Caroli V. Imp. Henr. II. Gallorum, Eduardi VI. Angliæ RR. Coſmi Medicis D. Florent. II. Privilegio. 2. Vol. in fol. (a)

TAnta Florentinorum Pandectarum Auctoritas eſt, ut ſcriptura ipſo-

(a) Novam, eamque omnium abſolutiſſimam *Florentin. Pandect.* editionem minatur *Henr. Brenokmannus Belga*, qui conferendi Archetypi ergo jam per aliquot Annos in Italia degit. Adjutorem & collaboratorem nactus eſt Criticum magni hodie inter Italos nominis, Abbatem Ant. Mar. Salvini, qui leges civiles cum Libris Baſilicis & Theophili Paraphraſi Inſtitutionum aliiſque Græcorum juribus conferre inſtituit. Vid. *Ephemer.*

ipſorum velut ad Tripodis effatum peracta, reliquorum, quotquot ſunt, exemplarium norma ſit atque regula. (b) Cum igitur a duobus annis ea collegerim, quæ dignoſcendis eorundem fatis lucem aliquam affundere poſſe viſa ſunt; e re fore judicavi, ſi, (donec illa quidem commodiore loco exſequi queam,) hic interim pauca de Florentina hac Editione præmonerem. Eſt enim & hæc ipſa in tanta apud eruditos Viros æſtimatione, ut hodienum haud raro *L. Joachimi*-co-

mer: Lipſienſ: Bücher-Saal *IV.* Deffn. *p. 344.* licet ibi perperam Annus 1559. *editioni Taurelliana* tribuatur. Male etiam *Clariſſ. Struvius* tria ejus Volumina laudat, in *Bibl. Jurid. C. III. §. 7. Heinſianum* forte *Catalogum* ſequutus.

(b) Conf. conſultiſſimus *D. Ludovici* Acad. Fridericianæ Anteceſſor celeberrimus *in Hiſt. Pandect. §. 51. ſeqq.* Vbi „Florentina, *inquit*, omnibus reliquis „Pandectarum editionibus, ipſi etiam „Haloandrinæ, *merito* præfertur. it. §. „ſeq. A Florentinis pandectis etiam „omnes libros, quibus hodie utimur, ma„naſſe, Eruditorum eſt opinio &c.

corum pretio redimenda veniat: immo vero, ne veniat quidem, cum gratis in inſtructiſſimis Germaniæ, Galliæ, & Angliæ Bibliothecis quæratur. (c) In illa autem adornanda ac evulganda quid *Taurelliorum* induſtria præſtiterit, prolixe *Junioris Dedicatio* atque *Præfatio* docent. Ambas in Pandectophilorum gratiam integras apponere volui; eo quidem confidentius, quod in utravis occurrant bene multa tum lectu jucunda, tum ſcitu utilia & curioſa. Sed audiamus ipſum Taurellium, cujus ſequitur

(c) Teſtes rei appellari poſſunt *Catalogi ex præcipuis non pauci*, quos qui ſingulos recenſere vellet, citius,

Myrmecum populos numeret Libyaque cicadas.

Digitized by Google

I. DEDICATIO.

Illuſtriſſimo Optimoque Principi
COSMO MEDICI
Florentinorum Duci, Domino ſuo (d)
Franc. Taurellius (e) Salutem.

INter varias, multiplicesque hone-
ſtarum Actionum Tuarum ratio-
nes

(d) Innumera beneficia *Coſmo* hui
I. magnanimo & liberalis ingenii Princi-
pi, *Joh. II. filio*, debet Res litteraria, qu
poſt *Noſtrum* amplis encomiis celebra-
vit *Victorius* in *Laudat. funebri* aliquoti
es impreſſa.

(e) Male plerique omnes *Taurellu*
vocant, qui ipſe tantum non ſempe
Taurellium ſe nominare ſolitus eſt. Cæ-
terum mirari ſubit, tam illuſtris Famili
qualis *Taurelliana* fuit, nuſpiam fer
conſervatam reſtare memoriam. Qu
enim *de Patre Geſnerus* (qui ubique *Ta*
relium nuncupat) & *Kœnigius* habent, vi
evolvi merentur: Reliquos vero, n
dicam *Freberum*, *Adamum* & qui ſu
hujus generis alii Biographi, ſed *ipſos It*
los, *Ghilinum*, *Thomaſinum*, *Erythræu*
immo *Fichardum* atque, quod fidem fe
excedi

Digitized by Google

nes, quas admirans Europa fere tota veneratur & colit: in poſtremis illa habenda non eſt, qua univerſum Literatorum cœtum tibi arctiſſime devinxiſti. Mittamus enim ampla præmia per Te cotidie congeſta in hujusmodi Viros, cum in luce aulæ tuæ vitam degentes, tum *Florentiæ Piſisque* Gymnaſia quovis Doctrinarum gene-

excedit, *Pancirollum* ipſum fruſtra in partes vocabis. Vnus *Dionyſ. Simon in Bibl. hiſtor. præcipuorum Juris Civ. poſt Irnerii tempora Autorum* (quæ gall. prod. *Pariſ. 1692. 8vo II. Vol.) T. I. p. 295. Lælii* meminit ſequentibus:

„*Lelius Taurellus de Fano*, etoit en-
„tretenu a Florence par Coſme de Me-
„dicis, & il etoit beaucoup conſulte par
„les Sçavans a cauſe de l'exemplare des
„Pandectes Florentines, qu'il leur per-
„mettoit de voir. *Ant. Auguſtinus* a eu
„pour lui toute la reconnoiſſance, qu'il
„devoit. Maitre *Charles du Molin* fait
„auſſi ſon eloge. Il a fait *de militiis*, &
„*une Preface* ſur les Pandectes Floren-
„tines, qu'il donna au Public en 1540. &
„depuis en 1553. par l' aide de *Francois*
Tau-

re illuſtrantes. Iſtud quidem ut per-
quam magnificum, veraque liberali-
tate Tua dignum, ſic Tibi cum magn-
animis majoribus Tuis commune.
Gentilicium enim vobis id, ac prop
natura inſitum: *Virtutes premiis ex-
citare & proſequi.* Quod vero ſele-
ctorum Librorum Theſauri usque a
magno

„*Taurellus* ſon Fils. Lælius *ſcilice*
„Taurellus Fanenſis vixit in aula Coſmi
„Med. crebro ab Eruditis conſultus ob
„Pandectas Florentinos, quorum exem-
„plar ipſis inſpiciendum præbuit. *An.*
„*Auguſtinus* omnem illi, quam decebat,
„gratiam retulit. *Carolus* etiam *Molinæ-*
„*us* laudavit. Compoſuit opus *de Mili-*
„*tiis & Præfationem ad Pandectas Floren-*
„*tinos*, quos publicavit A. 1540. & poſte
An. 1553. adjutus a *Franc. Taurello* filio.
Hæc Gallus ille, ſterilia omnino & erro-
ribus fecunda. *Læliana* enim *Præfatio*
æque ac antiquior (quam A. XL. prodiiſſe
vult) Editio Pandectarum in ſola *Simonii*
Bibliotheca vel cerebello potius exſtant
quippe nemini Eruditorum, præter ipſum
viſa unquam aut laudata. *Tractatu*
Lælii epiſtolaris ad A. Auguſtinum de Mi-
litiis

magno illo Coſmo ſeniore in hæc Tua tempora ſumma diligentia, maximo ſumtu, ex diverſis Orbis partibus in *Veſtram Mediceam Bibliothecam* convecti, Tuo munere nunc edantur: hoc proprium Tuum adgnoſcimus, hoc Tibi unum acceptum ferimus. Tu relictas a Majoribus Tuis opes non ſinis deſpectas atque inutiles armariis cancellisque concluſas deliteſcere, aut vix paucorum non

litiis ex Caſu. prod. primum *Lugd. ap. Gryph.* 1545. 8vo. Inſertus poſtmodum *Collect. magnæ diverſorum Tract. Juris* (per *Zilettum Venet.* 1584. *in fol.*) *p* 321. *ſeqq.*

Ejusdem *Enarrationes ad Gallum & Legem Vellejam* it. *ad Catonem & Paulum Lugd.* 1560. 8vo & *Heidelb.* 1594. 8vo. Vterque libellus etiam integer legitur in *Auguſtini Emendationum & Opinionum Libris* (Lugd. 1591.) *pagg.* 296. & 329. *Friſius in Bibl. Geſner. apud Oporinum* quoque ſcripta ejus impreſſa eſſe teſtatur; quam vere, nequeo dicere. Non minus amplio circa *Tractatum de Liberis & Poſthumis*, quem ex *Scipionis Gentilis* allegatione (*L. I. c. 7. Parergorum*) *Noſtro* tribuit *Kønig*

dicam uſui, ſed aſpectibus patere expoſitas; verum illas & quidem maximas, ſinu effundis. Itaque quod Ii cœperunt, Tu perfeciſti; quod mente agitarunt, re confirmaſti; in eo pariter laudandi, quod eorum virtute paratum eſt, ut beneficio præſenti potiremur. Hoc Tu magis, quod cupientibus, gratias habituris, atque adeo non indignis, conſulto ac liberaliter elargiris, non tibi tueris res innumeris commodo futuras, jamjam tineis carieque conſumendas. Tu profecto, ut optimi Libri in manus peritorum perveniant, nulli ſumtui par-

nig in Bibliotheca: *Gentilis* enim Liber in præſenti non ad manus eſt. *Unicum* denique *Epigramma tetraſtichon* (non aliquot carmina, ut *Catal. Imperialis* habet) legitur in *Ranutii Gheri Deliciis Poet. Ital. T. II. p.* 1118.

Franciſcum Taurellium. Lal. F. omnes neſciunt; quare præter ea quæ ipſe in hac Præfatione monet, mihi quoque pauca de ipſo conſtant. Dubito autem iſtorum quicquam, quorum edendorum inferius ſpem facit, in lucem prodiiſſe. Ego certi nihil invenire potui.

Digitized by Google

parcis. Conſilio voluntateque Tua effectum, ut imprimendorum Librorum non ignobiles artifices præmiis a Te propoſitis allecti huc ſe contulerint, pulcherrimos typos advexerint, plures omnium Linguarum Libros prælis ſubjecerint, plures in dies ſubjecturi. Sic æque doctis Viris, bonisque Libris per Te optime conſultum: his illorum editione beneficio ſummo adficiendis, illis in lucem perpetuam a parietum clauſtris & ſecuturo interitu vindicandis. Hanc Tuam propenſam in publica commoda Voluntatem perſpiciens *Lælius Pater*, cupiensque Principi ac Domino ſuo etiam *extra Auditorium & ſecreta conſilia, quibus muneribus Tuo conceſſu fungitur*, aſſidueque Tibi præſto eſt, honeſtam aliquam, Teque ſummo Duce non indignam operam ponere: jam pridem animo conceperat, ut præ cæteris egregius unus & venerandus Liber, ſimul & omnium votis expetitus Auſpiciis Tuis emitteretur. *Pandectarum* id ſeu *Digeſtorum* eſt *antiquum Volumen, Florentiæ nunc, olim Piſis adſervatum, cum Amalphi prius omnem ſupra memoriam fuiſſet.* Inde

acceptum Piſani, quod Innocentium IIdum Pontificem Maximum & Lotarium Cæſarem item IIdum, claſſe adverſus Normanum Rogerium juviſſent, (f) egregie navatæ operæ monumentum retulerunt, diuque penes ſe habuerunt, donec per *Ginum Caponium* æque nobilem ac ſtrenuum Virum, *Florentini* anno ſalutis ſexto & quadringenteſimo ſupra milleſimum Piſis in Poteſtatem redactis, ſubjectionis ſymbolum tranſtulere. Liber itaque Florentiæ illo ex tempore ſumma cum cura ac religione, tanquam de cœlo delapſus, merito eſt cuſtoditus. Atque hæc ex antiquis Piſanorum annalibus apud *Plotium Gryphium* (g) eorum civem accepimus; quibus & *Raphael Volaterra-*

nus

(f) Factum hoc circa ann. trigeſimum ſextum ſæculi XI. poſt C. N. Hinc eſt, quod Gloſſatoribus interdum *Piſanorum Pandectarum* nomine veniant.

(g) Nihil de hoc *Leubſcherus* in induſtrio reliqua de *Claris Gryphiis* ſchediaſmate.

Digitized by Google

nus (h) per omnia fere adſtipulatur, & illo multo antiquior *Raynerius Grachia Piſanus* his libris, quos *ante ducentos ferme Annos de Bello Tuſco* conſcripſit: quod opus inter *cubiculares Tuos libellos* (i) aliquando vidimus. Sed & *Plotius* idem confirmat, antiquum inſtrumentum domi ſe habuiſſe donationis ejus in Piſanos per Lotarium collatæ, quod poſtea contagioſæ peſtis periculo vitando inter alia ſcripta igne conſumtum ſit. Hunc optimum Librum jam quadringentos amplius annos in Etruria habitum nemo ſatis unquam laudaverit, ſive Antiquitatem ſpectemus ſive Sinceritatem ac fidem. Quis vero dubitet jam tum Lotarii ſeculo permagni eundem fuiſſe pretii? neque enim maximus Princeps grandi accepto bene-

(h) *L. V. Comment. Vrban.* add. *Conringius de Orig. Juris Germ. c. 20. ſeqq. Gothofredus in manuali Juris*, libello mollis, non utilitatis & doctrinæ exiguæ, *c. 4. Sect. II.* atque *Ludovici in Hiſt. Pand. §. 38. 47. 48. ſeqq.*

(i) Noſtrates dicunt: Die Cabinets-Bibliothecke.

Digitized by Google

beneficio leve quoddam ac vulgare munus in amicum atque potentem Populum contuliſſet. Hunc ipſum toto ferme decennio cum mea, tum *Lelii Patris* manu ſumma diligentia tractatum, quoad per occupationes innumeras effici potuit, liberalitatis Tuæ munus emittimus, *omnibus vel minutiſſimis exemplaris ejus figuris bona fide repræſentatis*, præterquam ſicubi pauca quædam manifeſto calami aut dormitantis, aut græcanico ritu latina parum cognita deſcribentis, librarii lapſu perperam excidiſſent. *Græce* vero tradita, quæ frequentia ſunt, utquam emendatiſſima prodirent, *Vir*, ut ſcis, *omni doctrina præditus, gloriæque Tuæ imprimis ſtudioſus, Petrus Victorius* (k) operam dedit. Hic Liber, quantum reliquis præſtet, qui hactenus inter manus ho-

(k) Vir optimo ſuo merito Claſſicis Criticorum accenſendus, quicquid contra garriat malignus aliorum cenſor, *Scaliger* in *Excerptis*, quæ nomen ab eo habent, *poſterioribus*. Conf. *Morhof. in Polyh. T. I. L. V. c. 1. §. 5.*

Digitized by Google

hominum verſantur, ipſe aperiet: ipſe cum cæteris collatus laudes ſuas ſecum feret, opesque ingentes explicabit. Hic denique vetuſtatem atque adeo auctoritatem plurimam vel uno argumento commendare poteſt; quod poſtremi Digeſtorum tituli paginis carie disjectis, & ab imperito vel indiligenti quopiam homine præpoſtere concinnatis atque compoſitis, penultima antepenultimæ prælata eſt, hæcque poſterioris in ſedem rejecta; quod cum *Pater quodam ſuo Libello*; (l) tum prolixius *diſertisſimus Juris-Conſultus atque omni virtutum genere illuſtris Anton. Auguſtinus*; (m) edocuit. „Hic error a nobis primum animad-

(l) *In illo*, ni fallor. *de Militia.*

(m) *L. I. Emendat. c. 1.* citante *Dn. Ludovici in H. Pand.* cujus conf. imprimis §. *52.* Cæterum elegantiſſima pariter & rariſſima ſunt omnia docti hujus Viri ſcripta, quæ inter anxius aliquamdiu quæſivi *Commentarium, de Nominibus Pandectarum propriis*, inque eodem indagando nullum non lapidem movi. Sed, quæ eſt noſtra infelicitas, irrito hucusque conatu.

Uti-

Digitized by Google

„animadverſus in omnes quos vidi„mus vel calamo vel typis deſcriptos „Libros irrepſerat. Cum igitur nul„lum Digeſtorum volumen præpo„ſteri hujus ordinis expers in mani„bus habeatur, (n) fatendum eſt & ex „hoc cætera fluxiſſe, errorisque ori„ginem eſſe vetuſtiſſimam. Quantam autem credemus eſſe hujus venerandi voluminis vetuſtatem, quod jam illo ipſo tempore ſitu ac ſenio corroſum, glutine & membrana fuerit ſarciendum. Suſcipiant igitur hæc, & fruantur ſtudioſi omnes tam præclaro bono, inclytoque Nomini Tuo gratias agant: in primis autem Legum Profeſſores; quorum præcipue intereſt inſtrumenti atque ſupellectilis hujus copia locupletari: „ expectentque pro-

Utinam vero eſſet tandem aliquando Vir eruditus, qui accuratiorem libri cari usque adeo & rari notitiam, ſive mecum privatim, ſive cum Literatis univerſis publice communicare non gravaretur.

(n) Egregium genuinæ antiquitatis documentum; accedit & aliud non minus curioſum, quod ex ejusdem *Auguſtini* L. *IV.* c. *ult.* receuſet *Ludovici* d. l.

Digitized by Google

„propediem, Deo auctore, Teque
„propitio, ſi quid forte in præſens de-
„ſiderio ipſorum eſt reliquum, quod
„vel ad Pandectarum, vel ad alios Ju-
„ris Civilis libros illuſtrandos per nos
„præſtari poſſit. Univerſos enim
„cum *Accurſianis*, aliisque, ut vo-
„cant, gloſſematis multo meliores,
„quam unquam antea ſint editi, brevi
„edere (o) cogitamus: ut hoc quo-
que nomine ſeſe Tibi obſtrictos ob-
noxiosque adgnoſcant, cujus ope at-
que auſpiciis non contemnendo Be-
neficii cumulo augeantur. Dignum
quidem opus Tua magnitudine, ut
Juſtinianus Imperator non minus re-
ligione ac prudentia quam fortuna
Auguſtus, te iisdem item nominibus
clarum atque inſignem, ejus monu-
menti, quod maximum orbis com-
modo meditatus eſt, vindicem nactus
ſit, atque adſertorem. Tu vero la-
bo-

(o) Nihil horum quantum ſcimus, præterquam dulcis memoria reſtat. Nec enim, ſive morte præventus ſive aliis negotiis præpeditus aliquid ab illo tempore tantis pollicitationibus dignum dedit largus hic Promiſſor Taurellus.

boris & officii noſtri qualeſcunque hos fructus boni conſule. Si quid autem operis dignitati ac Majeſtati deerit, id noſtræ imbecillitati rerum ipſarum difficultate circumventæ adſcribendum, &, qua emines, Clementia, condonandum puta. Atque ut quæcunque in Tui Nominis Gloriam publicæ utilitati molimur, maturare ac perficere poſſimus, nobis ut cœpiſti favere perge.

Florentiæ. Nonis Quintil.

II.

PRAEFATIO.

LECTORIBUS.

CUm vetuſtiſſimo Florentinarum Pandectarum codice nullum omnino alium integritate ac fide comparandum eſſe, jam eſt perſuaſiſſimum; proptereaque potiſſimam ei fidem jure ac merito habitam in quæſtionibus diſputationibusque finiendis, quoties controverſia aliqua inter Legum Profeſſores orta fuerit. Ejus ordinis hominibus valde nos gratificatum iri putantes, conſilium dudum cepimus Libri illius ex umbra in lucem

Digitized by Google

cem proferendi. Quæ res cum denique eventum nunc acceperit, haud ſcimus quam feliciter, optamus quidem certe; operæ pretium fore putavimus, omnem rationem atque ordinem, quem in eo libro vobis pervulgando ſecuti ſumus, explicare.

Primum igitur omnium ſciendum, in nullo nos quod quidquam momenti haberet, ne latum quidem unguem ab ejus fide diſceſſiſſe, ut quoad fieri poſſet, *ejusdem vera ſpecies repræſentaretur*, atque inde factum eſt, ut interdum quædam, pauca profecto, incerta, tum errata quodammodo in grammaticis, externi librarii inſcitia ſive negligentia ea fuerit, aut *ſimpliciter* aut *certis notis* advertenda vobis proponeremus potius, quam ea vel mutaremus noſtro judicio, vel omitteremus, ut ita nobis res integra relinqueretur. Adhæc orthographiam vocum perpetua conſtantique (p) ratione ſcriptarum omnino obſervavimus, ſiquidem non

Faſcic. IV. Zz modo

(p) Præſtat igitur & in hoc celebri *Virgiliano* codici, quem eadem Medicea Bi-

modo non veremur illam doctis Viris ſordere, quin etiam jucundam fore confidimus. Accedit, quod non ita facile a tam antiqua tamque accurata obſervatione recedendum eſſe cenſuimus: præſertim cum in multis reſpondet ea, quam vetuſtam literis conſcriptam videmus in Medicea Bibliotheca, inde olim editam, *in primis quinque iis Cornelii Taciti libris, quos ſcripſit ab exceſſu Divi Auguſti*; tum quæ ex antiquis diverſis marmoribus ac tabulis nobis fuit ſæpius oblata: quo magis mirati ſumus *Gregorium Haloandrum*, Virum doctiſſimum, deque Digeſtis alioqui bene meritum, *prægnas prægnatis*, & *urgueo*, aliaque quam plurima conſulto rejeciſſe; contra vero nonnulla tanquam ex Pandectis accepta retuliſſe, quæ aliter in eis habeantur. Quæ variæ in eo vo-

Bibliotheca cuſtodit, & cujus in plurium vocum Orthographia inconſtantiam contra diſſimulantem *Manutium* exemplis adductis probavit *Noriſius p.* 16. & *alibi in Cenot. Piſanis.* Ipſam tamen etiam Pandectarum ſcriptionem aliquoties variari paulo poſt *Noſter* fatetur.

lumine ſcripta ſunt, ſiquidem ſine
io, pariter varie reddidimus, unde
*mprehendere, comprehendere; Ex-
re, extare; Plebiſcitum & Plebiſ-
tum* invenietis. Si quando autem,
nobis videbatur, vitioſe, non ad-
iſimus. Propterea non *interpræ-
tionem, & præzium, & præcarium*;
d *interpretationem & pretium & pre-
rium* duntaxat appoſuimus. Quod
l reſiquum Libri ordinem attinet,
ngulas in columnas noveritis, & *abs-
ue ulla vel clauſularum vel vocum di-
inctione, ſine aliquo præterquam cu-
iuſvis intervallo, ſine punctis aut quam
arisſimis, & his plurimum in Capi-
um ſeu legum fine*, exſcriptum eſſe.
Quapropter quilibet ſuo ipſius arbi-
rio his aliter, atque in hoc noſtro in-
enies, uti poſſit. Nos quidem ve-
tris omnium commodis conſulen-
es, & ut ne res omnino inſueta, &
confuſionem quandam in ſe conti-
ens oculis veſtris objiceretur, ea po-
uimus, multitudinem tamen puncto-
rum vitavimus, & his quatuor tan-
tum contenti fuimus: , : . ? quæ ipſa
rarius, quam communis fert conſue-
tudo, ſunt inſerta. *Rari fuimus &*

in accentibus, quorum æque nullus eſt uſus in eo volumine. Quemadmodum nec ulla ſcripturæ compendia recepta ſunt, ne in numero quidem Librorum ſignificando, aut rariſſime alibi, quam in Titulo de legibus Senatusque Conſultis: & præterquam, quod ſæpe uſus eſt is librarius, in verſuum fine titulo eo, ſeu linea, quæ loco *n* aut *m* ſuperimponitur: & *his terue ſummum Diphthongis conjunctis*, Unde ſatis appareat, Librum illum non ita multum poſt *Juſtiniani* ſuper hujusmodi ſcripturæ compendiis juſſa (q) exaratum, ideoque ea ſcriptorem pœne obſervaſſe; hæc nos juſſa non negleximus. Et ne in Græcis, quæ hic frequentius copioſiusque quam in cæteris antea editis invenietis, accentus, it. nexus, compendioſæque literarum comprehenſiones, quibus in ea lingua hodie impreſſores utuntur, eſſent impedimento, quo minus ea explicite traderentur: *græca fere omnia majuſculis literis expreſſimus*.

Ma-

(q) *§. 8. Proœm. Pandect.* ubi Imperator ſevere interdicit omnem in Libris juris ſiglarum & abbreviationum uſum.

Digitized by Google

Majuſculis præterea uſi ſumus in Titulorum & legum, principaliumque clauſularum initiis, tum nominibus Juriſconſultorum, librorumque ex quibus leges ipſæ ſeu capita referuntur: tum in Dei & Imperatoris & Divi, propriiſque adnominibus: tum in antiquis Legibus, Senatus-conſultis, edictis, actionum, exceptionum formulis referendis: item iis, quæ materialiter quod ajunt, & demonſtrandi docendique cauſa ponuntur. Præter hæc, ſi quas unas vel plures majuſculas minoribus literis admixtas extra conſuetum ſcribendi morem invenietis, vel ſi quas ipſis majuſculis inſertas minores, ſcietis non temere ſed dedita opera poſitas: quo ſignificaretur vel unam literam poni pro duabus, ut *Cele-Rimo*, *CorneLI*, *adIcere*, pro *adjicere*, *Cornelii*, *celerrimo*; vel alteram pro altera: *FaVius*, *popOlus*; pro *Fabius*, *populus*; *præFuit* pro *præbuit*, *Fi* pro *Vi*, quod eſſe videtur ſimile Digamma Aeolico antiquis Grammaticis dicto: *VerVtienſes* pro *Berytienſes*; *qui* pro *cui*; *diciſio* pro *deciſio*; *Babis* pro *Vobis*; *ſcriBſit*, *quiT*, *inquiD*. pro *ſcripſit*, *quid*,

Digitized by Google

quid, inquit: vel unam Sy[illegible] pluribus; ut *SEN Tiu* pro *ſ*[illegible]; *nec ESSET; foRE CEPERI*[illegible]o *neceſſe eſſet; fore recuperi*[illegible]e cum infinitis ſimilibus ne [illegible], diligenter potius animadver[illegible]is, quam nobis quicquam de[illegible] Il- lud enim in primis egimus, [illegible]ri veritatem, antiquitatisque [illegible]gia vobis exprimeremus: [illegible]m per hæc indicia potiſſimum[illegible] [illegible] vos hac de re inſolita admonere[illegible]: ſimul & ipſi commiſſi erroris calumniam ſuſpicionemque effugeremus. Illud plane non inficiabimur, opinari nos in quibusdam Græci illius ſcriptoris nativam prolationem, quandoque etiam negligentiam aut imperitiam potius reputandam, quam antiquum ſcribendi morem, qui tamen ipſe in plurimis recte per eum ſervatus eſt perpetuo quodam certoque ordine. *Notas* præterea nonnullas adhibuimus, diverſa vobis ſignificaturi. Aliqua enim in Contextum Pandectarum non inſerta, verum poſtea addita per antiquum librarium, tali ſigno notavimus, * * . & hoc qnidem plurimum, ſi & abſque iis rectus ſen-

ſus

ſus conſtabat; nam quæ defectu certo ſupplendo addita rebamur, ea non curavimus demonſtrare. Quæ vero ſuperflua viſa ſunt, his notis concluſimus :-) Quæ Parentheſi ſunt comprehenſa, non habentur Pandectis; nos autem perfecto rectoque ſenſu reddendo ea tali notá appoſita adhibuimus: ( ) Parentheſin alias omnino rejecimus, quod nunquam in ſaxis aut MStis Codicibus, eo quo in præſens uſu recepta ſit, inveniatur. Locos ſuſpectos atque incertos, vel a regulis latini ſermonis alienos hoc ſigno demonſtravimus +). Duas diverſas lectiones ita recepimus: ſi ambæ congruæ ſunt viſæ, tum quæ primo loco ſcripta erat, in contextum inferendam curavimus: alteram interiori margini adponendam cum hujusmodi ſigno :+. Præterea, ut veſtræ quantum in nobis eſſet commoditati ſerviremus, addidimus ſeptem *Partium diſtinctiones ſuis locis inſcriptas: Paragraphorum, Legum, Paginarum Numeros: Librorumque ac Titulorum in ſuperiore paginarum margine indicium.* Quarum rerum nulla in Exemplari eſt obſervatio. Optamus

Digitized by Google

mus itaque vobis hæc omnia grata fore. Certo quidem ſcimus neminem antehac tanta cura in rem iſtam incubuiſſe, neminem tali fide retuliſſe. *Politiani* Libros, quos *Vir ille doctiſſimus ſua manu* (r) ex horum ipſorum evolutione reconcinnaverat totos contulimus. *Haloandrini*, & *Hervagiani*, (s) & quos *Hugo a Porta* proximo biennio edidit, (t) inter omnes verſantur. *Hic quidem parum pactum, quam prætendit Florentinarum Pandectarum Lectionem, nunquam vidit:* acce-

(r) Conf. *Cl. Ludovici c. l. §. 44.*

(s) De utroque *Corpore Haloandri* & *Hervagii* legi meretur *Gothofredus in Bibl. juris Civ. Rom. c. 4. p. m. 62.* & ex eo *Cl. Struvius in Bibl. jurid. c. 3. de Font. jur. Civ.* add. *Sauberti Orat. 2. de Bibl. Norib. p. 37.*

(t) Excuſa illa *juris Juſtinianei Editio* primum *Lugd. 1542.* & decennio poſt, (ſcil. *A. 1552.*) multo correctior atque limatior in fol. Hæc a plurimis magni ſemper habita fuit, quibus *Portæ* fraudes a *Taurellio* hic detectæ, non innotuerunt. Pretium eidem quoque conciliavit *Interpretatio Græcarum Sanctionum per Hottomannum addita.*

Digitized by Google

accepit autem multa ex quodam bono Viro, cui familiariter ſuorum privatorum librorum Lælius Pater non adeo tunc emendatorum copiam fecerat, ex quibus tum alia, tum adnotatiunculas nonnullas deſumſit, Hugonique exhibuit nobis ignaris. Hæc ille omnia pro ſuis edidit. Plurima tamen omiſit plurima ſecus, quam in Florentino Exemplari habeantur, tradidit, ut clare vobis legentibus apparebit. Neque id mirum; cum difficile fuerit nobis ipſis optata perficere, qui venerandum illum librum amplius decennium domi habuimus, atque verſavimus in hunc uſum. Quod ſi otium in præſentia ſuppeteret, quædam præterea vobis non ingrata perhiberemus. Quæ tamen ipſa Libri abſolutionem perfectionemque non innuunt, quæque haud multo temporis intervallo in *edendis univerſis Juſtiniani Auguſti Civilis ſapientiæ libris* præſtare ſperamus. Valete.

* *

*

Hucusque Franciſcus noſter. Mihi nunc conſtitutum erat *Syllogen* condere *Vocum Phraſiumque plurimarum in egregio hoc antiquitatis Mo-*

numento ab hodierna ſeculi ortographia & uſu diſcrepantium. Verum animo id verſanti plus quam commode offertur *ϰαϱέϱγων Briſſonianorum liber ſingularis*, in quo data opera idem ſolito, id eſt exquiſito ſtudio præſtitit illuſtris Gallus. Sic ſtatim antiquato priori conſilio, decrevi, *hunc ipſum Barnabæ fœtum integrum aliquando Lectori exhibere.* Jam vero tribus aut quatuor lineis Taurelliani operis notitiam abſolviſſe juvabit.

Tomus ejusdem *Primus*, comprehendit *Partes Digeſti V. priores*, usque ad terminum *Libri XXVII. inclus. Alter tomus* incipit ab *ultimis Voluntatibus*, ſive *Tit. I. Libri XXVIII. Qui Teſtam. facere poſſunt.* (u) In utroque Volumine, præter nudum, ſed nitidiſſime exſcriptum Textum; nihil quicquam quod obſerves, occurrit; ni-

(u) Neſcio cujus errore priori Tomo XXIX. poſteriori XXXI. Libri tribuuntur in *Hiſt. Pand. aliquoties laudata.* Neutrum admitti poteſt ob rationes notiſſimas. L. enim non LX. *Pandectarum Libri* numerantur, &c.

Digitized by Google

niſi quod ad finem Tomi poſterioris accedat: *Explicatio Verborum Græcorum, quæ paſſim in Pandectis obvia ſunt*, ad quàm *Editor* ſequentia præfatur.

„In Græcis Verbis latine reddendis præterquam iis, quæ ad *Tutelarum Tractatum* pertinent, quæ præſtantiſſimus *Anton. Auguſtinus ſuo ſingulari libello* optime explicavit; non ſumus aſpernati interpretationem per *Haloandrum* primum, dein *Hervagium* adpoſitam; quam & ipſam, prout in quibusdam opus fuit, aut ſupplevimus, aut mutavimus. *Epiſtolam* quidem *Juſtiniani Auguſti*, quam ipſemet græce ac latine promulgavit, vertere non curavimus, nec *indicem librorum* ex quibꝰ Digeſta ſeu Pandectas compoſuit, ne in re ſuperflua laboraſſe videremur. *Epigramma* igitur titulorum indici ſubjectum, per eximium *Alciatum* olim numeris traditum, tale eſt:

Digitized by Google

ΒΙΒΛΟΝ ΙΟΥΣΤΙΝΙΑΝΟΣ ΑΝΑΞ
ΤΕΧΝΗΣΑΤΟ ΤΗΝΔΕ
ΗΝΡΑ ΤΡΙΒΩΝΙΑΝΟΣ ΜΕΓΑΛΩΙ
ΚΑΜΕ ΠΑΜΒΑΣΙΛΗΙ
ΟΙΑ ΤΙΣ ΗΡΑΚΛΗΙ ΠΑΝΑΙΟΛΟΝ
ΑΣΠΙΔΑ ΤΕΥΞΑΣ
ΗΣ ΕΠΙ ΜΑΡΜΑΙΡΟΥΣΙΝ ΑΓΑΛΜΑ-
ΤΑ ΠΑΝΤΑ ΘΕΜΙΣΤΩΝ
ΑΝΘΡΩΠΟΙ Δ' ΑΣΙΗΣ ΤΕ ΛΟΡΥΚ-
ΤΗΤΟΥ ΤΕ ΛΙΒΥΣΣΗΣ
ΕΥΡΩΠΗΣ ΤΕ ΠΙΘΟΝΤΑΙ ΟΛΟΥ
ΣΗΜΑΝΤΟΡΙ ΚΟΣΜΟΥ.

* * *

Juſtinianus opus hoc Princeps edidit, omnis
Quod Tribonianus rectori condidit orbis,
Tanquam aliquis varium componens aspida magno
Alcidæ. Namque hic fulgeat mira omnia legum.
Aſt Europæ Aſiæque homines, libycique ſubacti
Cuncta gubernantis Domini præcepta ſequantur.

III. JO-

III.
JOANNIS CHIFLETII
Canon. Tornac.
τȣ̃ μακαρίτȣ
JUDICIUM
de Fabula
JOANNAE PAPISSAE.
Antw. ex Offic. Plantin. Balth. Moreti MDCLXVI. 4to 1 pl. (*)

Illuſtriſſimo ac Reverendiſſimo Domino D. Hieronymo de VECHIIS Abb. Montis-Regalis, Sanctiſſ. Dni noſtri ALEXANDRI VII. ap. Belgas Internuntio.

Io. CHIFLETIUS Canon. Tornac.

DIſtrictum me litteris illitteratis, quibus quotidie experior aliud Fori

(*) Cauſæ ſonticæ ſunt B. L. ob quas huic opellæ nihil obſervationum noſtrarum accedit. Eas quidem in immenſum cumulare facile fuiſſet, quum plurimi ex pontificiis noſtrisque Hiſt. Eccl. Scriptoribus quæſtionem hanc ſuam fecerint. Nomina infitiantium celebriora recenſet illuſtr: *Boineburgius in Ep. ad Prüſchenckium*, quam cum aliis dicti Herois

Fori jus eſſe, aliud Triclinii, jubes, *illuſtrisſime Domine*, horulas aliquot impendere præcipuis Auctoribus emaculandis, quos vulgo creditum ſcripſiſſe *Fabulam illam de Joanna Papiſſa*, nuperi noſtri colloquii argumentum: de quo multi tam multa dixere, ut jam nihil neceſſe ſit actum agere; ſed ſymbolas quasdam nude ac ſimpliciter in medium conferre, paucas illas quidem, ſed vel Te judice momenti ſane maximi. Cujusmodi erit imprimis ex Bibliotheca *Jo. Jac. Chi-*

rois p. 49. & ſeqq. *faſc. ult. Actorum litter.* excerpſit *CL. Struvius*. Contra *Schookium Blondelli* Autoritate nixum, veritatem hujus relationis adſerere conatus eſt, ſtrenuus fabularum defenſor *Worgerus* in *Apologia Hiſtoriæ Hamelenſis adv. eund. Schookium c. 2. ſeqq.* Cujus argumenta ut non omnia ænea ſunt, ſic hiſtorica tamen aliqua immiſcet haud contemnenda.

De *Chifletio celebrique familia* poſthæc agendi occaſio erit. Solemne enim fere fuit *pereruditæ Chifletiorum Genti* minora promere ſchediaſmatia, quæ hodie difficulter comparari queunt; rebus ceteroquin notatu digniſſimis referta.

Digitized by Google

Chifletii, Parentis mei; membraneus Codex, ſcriptura & antiquitate venerabilis, qui continet *Euſebii*, *Hieronymi* & *Proſperi* *Chronica*, ſubjuncto *Martini Poloni opere* item *Chronologico*; in quo poſt Leonem Papam proxime ſequitur Benedictus, nulla prorſus in contextu *Joannæ Papiſſæ* facta mentione: ſed poſt narratam Leonis Papæ mortem & ſepulturam, cum indicante crucicula adjectum eſt ad marginem, *altera manu & antiqua*, figmentum *de Joanne Anglico, femina*; quod poſtmodum *Joannes Oporinus* typographus, Lutheri ſectator, in *Poloni* editionem ad verbum inſeruit. Haud abſimile *Poloni* ejuſdem exemplar vidit *Suffridus Petrus*, de quo in Notis, ubi de *Joanna Papiſſa*: in Co-„ dice Tangerloenſi MS. nec nume-„ rum nec nomen habet in Catalogo„ Pontificum; ſed Leoni præcedenti„ hiſtoria ejus, velut fabulamentum,„ appendicis loco adjicitur. Eadem in-„ terpolatione & fide editum *Mariani Scoti Chronicon Francofurti ad Mœnum anno M. D. LXXXIII.* cum aliis rerum Germanicarum Scriptoribus ex Bibliotheca *Joannis Piſtorii*: ſcribit enim

enim atque ingenue profitetur auctor Anonymus, cujus opera *Metropolis Alberti Crantzii* in lucem exiit, *Mariani Codicem MS.* nihil tale continere.

Extat etiam in Paterna Bibliotheca, *Sigeberti Gemblacenſis vetus Chronicon MS.* in quo *de Joanna Papiſſa* ne verbum quidem, Vnde merito, atque ex vero *Joannes Bernartius*: „*Sigebertus*, inquit, *Joannis hujus in* „*Chronologia nullam facit mentionem;* „*ſed impudens aliquis nebulo ſcripta* „*ejus interpolavit*: cui rei aſſerendæ fidus & appoſitus mihi teſtis *Gilbertus Genebrardus*, Lutetiæ Hebræarum Litterarum Profeſſor regius, qui diſerte teſtatur, in MS. *Sigeberti* tale nihil reperiri. Idemque *Aubertus Miræus* tradit *in Notis ad Sigebertum* ubi de illo, *&* *Mariano Scoto*: „Quod „ad *Marianum Scotum* attinet, quem „adverſarii quoque nobis objiciunt; „Chronicon ejus in pergameno, cha„ractere vetuſtiſſimo exaratum, ex Bi„bliotheca Gemblacenſi ad me miſit „*R. V. Ludovicus Sombechus*, illius loci „Abbas, noſtra pariter cura, ſi Deus vi„tam dederit, aliquando evulgandum.

In

Digitized by Google

In eo nulla prorſus *Joannæ Papiſſæ* „ mentio, ne ad oram quidem. Ex quibus liquet, *Marianum* & *Sigebertum* injuſte a *Baronio*, tanquam fabulæ hujus aſſertores accuſari & caſtigari. Quin & in *Alberici Chronico Ms.* paternæ item Bibliothecæ, ita legitur: *Leo Papa obiit: ſuccedit Benedictus tertius, qui a quibusdam vocatur Bonifacius*; nullaque omnino mentio commentitii Joannis. Neque diſſentit *Conradus Vrſpergenſis* Abbas, *Alberici* æqualis, qui ſic in *chronico*: *Leo Papa migravit, cui Benedictus Papa ſuccedens, & ipſe eodem anno deceſſit*. Hinc *Leo Allatius* exquiſitæ doctrinæ Vir: Sunt, *inquit*, qui vete- „ rum teſtimonio nugas haſce probare, „ nituntur, ac *Marianum Scotum, Si-* „ *gebertum Gemblacenſem*, & *Marti-* „ *num Polonum* tanquam hujus rei aſ- „ ſertores referunt; ſed inani conatu: „ nusquam enim auctores hi tale fig- „ mentum (quod ne ſomniarunt qui- „ dem) ſcripſerunt; etſi hæreticorum „ fraude in horum hiſtoria innexum, „ deprehenditur.

Quo magis mirandum eſt, *Joannem Baptiſtam Platinam*, in *hiſtoria Ponti-*

Digitized by Google

ficum, edita *Venetiis anno MDIV.* de *Ioanne VIII.* quem collocat inter Leonem quartum & Benedictum III. ſcripſiſſe in hunc modum: *Ioannes* „*Anglicus*, ex Moguntiaco oriundus, „malis artibus, (ut ajunt) Pontifica-„tum adeptus eſt. Mentitus enim „ſexum, cum femina eſſet, adole-„ſcens admodum Athenas cum ama-„tore Viro docto proficiſcitur; ibi-„que præceptores bonarum artium „audiendo, tantum profecit, ut Ro-„mam veniens, paucos admodum et-„iam in ſacris Litteris pares haberet, „nedum ſuperiores. Legendo autem „& diſputando docte & acute, tan-„tum benevolentiæ & auctoritatis ſi-„bi comparavit, ut mortuo Leone, in „ejus locum (*ut Martinus ait*) omni-„um conſenſu Pontifex crearetur. „Verum poſtea a ſervo compreſſa, „cum aliquandiu occulte ventrem „tuliſſet, tandem cum ad Lateranen-„ſem Baſilicam proficiſcitur, inter „theatrum (quod Coloſſeum vocant, „a Neronis Coloſſo) & ſanctum Cle-„mentem, doloribus circumventa „peperit, eoque loci mortua, Ponti-„ficatus ſui anno ſecundo, menſe

uno

uno, diebus quatuor, ſine ullo ho-„ nore ſepelitur. Sunt qui hæc duo„ ſcribant; Pontificem ipſum, quan-„ do ad Lateranenſem Baſilicam pro-„ ficiſcitur, deteſtandi facinoris cauſa, „ & viam illam conſulto declinare, &„ ejusdem vitandi erroris cauſa, dum„ primo in Sede Petri collocatur, ad„ eam rem perforata, genitalia ab ulti-„ mo Diacono attrectari. De primo„ non annuerim: de ſecundo ita ſen-„ tio; ſedem illam ita paratam eſſe, ut„ qui in tanto Magiſtratu conſtitui-„ tur, ſciat ſe non Deum, ſed hominem„ eſſe, & neceſſitatibus naturæ, ut po-„ te egerendi, ſubjectum eſſe; unde„ merito ſtercoria ſedes vocatur. Hæc,„ quæ vulgo feruntur, incertis tamen„ & obſcuris Autoribus: quæ ideo„ ponere breviter & nude inſtitui, ne„ obſtinate nimium & pertinaciter„ omiſiſſe videar, quod vere omnes„ aſſirmant. Erremus etiam nos hac„ in re cum Vulgo; quanquam appa-„ reant ea quæ dixi, ex his eſſe, quæ„ fieri poſſe creduntur. Hæc ille, in-dignus venia, niſi haberet & ipſe vindices ſuos, *Mariano*, *Sigeberto* & *Polono* hac in parte non infelicior: refert

Digitized by Google

enim *Joannes Bernartius*, *Engelbertum Boonium*, graviſſimum Virum, Trajectenſis Moſanæ Eccleſiæ Decanum, vidiſſe Romæ in Bibliotheca Vaticana, antiquiſſima *Platinæ* exemplaria manuſcripta: ſedulo examinaſſe, & de *Joanne fœmina* ne lituram quidem reperiſſe.

Sedem illam *perforatam*, cujus *Pſeudo-Platina* meminit, ita Romæ a ſe delineatam refert *Philippus Whingius Lovanienſis* (a magno *Cæſare Baronio* laudatus) in *Collectaneis* MSS. additque:



Sella hæc e marmore porphyretico,„ eſt, in Eccleſiam Lateranenſem,„ translata nuperrime ex porticu,„ quam

quam ad Benedictiones in amplio-„
rem formam reduxit Sixtus V. Vul-„
go hactenus creditum eſt, non mi-„
nus turpiter quam ridicule, morem„
olim fuiſſe, creatum Papam hac ſe-„
diſſe, quo periculum fieret, Virne„
foret; ne (quod contigiſſe dicunt)„
mulier amplius in eam dignitatem„
irreperet. Verum illud *merum de*„
Joanne Pontifice figmentum, ſatis jam„
a doctis hiſtoricis per annorum ſup-„
putationem exploſum eſt. *Sellam*„
ipſam antiquam eſſe, opus indicat &„
marmor. *Balnearem* fuiſſe *Onufrius*„
cenſet, & *Vighius*; nec male: extat„
enim dicto loco *altera* ejusdem ma-„
gnitudinis & formæ, huic oppoſita.„
Conſimiles multæ ſunt paſſim in„
templis, quæque nec porphyreticæ„
nec perforatæ. Non dubito exone-„
randæ alvo ſerviiſſe in balneis: reti-„
nent enim hodie nomen *Stercora-*„
riæ. Unde ſi quis aliquando ritus„
Papam novellum ei inſediſſe fuerit„
credibile magis eſt, eam ob cauſam„
hoc factitatum, quo hominem ſe, hu-„
manisque neceſſitatibus obnoxium„
ſciret: cui forte ſucceſſit alius ille„
ſtupam in S. Petro accendendi, cum„

Digitized by Google

„hac monitione, *Pater ſancte, ſic tranſit gloria mundi*. Scimus enim & „Imperatores triumphantes monitores habuiſſe, qui præcurrentes, illos „homines eſſe occinerent. Hactenus *Philippus Whingius*, qui obiit Florentiæ M. DC. LVIII. *

Hæc ſunt, *Vir illuſtriſſime*, excerpta tumultuarie e muſeo noſtro, quæ Tibi exhiberi voluiſti, quæque facile dejicere poſſint e ſolio imaginario *Joannem Papiſſam*, & ab ea Sede deturbare, quam nunquam inſedit. Bruxellæ, Kalend. Octobr. M. DC. LVIII.

Finis.

Cenſura.

Judicium hoc Joannis Chifletii, Canonici quondam Tornacenſis, ſententia eſt ſolidis nixa teſtimoniis, adeoque prælo digna. Sic cenſeo 8. Maji 1666.

Joan. de Capua lib. cenſ.

IV. CLA-

* Forte A. M D LVIII vel M DCXLIIX. Ipſa enim hæc Epiſtola Anno demum milleſimo ſexcenteſimo quinquageſimo octavo ſcripta eſt.

Digitized by Google

IV.

CLAVICVLAE SALOMONIS.

Veſaliæ, Duisburgi & Frſti 1686. 4to. 3½. *pl. german.*

VIx tanti foret impium ſcriptum, cui immoraremur, niſi ſcirem hodieque eſſe haud paucos nobilioris etiam conditionis, ejusque dignitatis Viros, quos ante alios decebat ſolidum dignoſcere cautos eſſe, & ad amuſſim ſcire, quantum diſtent æra lupinis; qui nihilominus, cum libellum ipſum (quod in paucorum manibus ſit *,) evolvere non potuerint, veteratorum quorundam & nugivendulorum hominum thraſonicis narrationibus circumventi, neſcio quos abſconditæ ſapientiæ theſauros aut divi-

* Suppreſſis ſcilicet ab ipſo *Editore* exemplaribus, cum periculum capiti imminere reſciſceret. Mihi ejus copiam fecit Amicus & Fautor multis retro annis conjunctisſimus, Dn. Th. B. *Krauſe*, Wrat. Cujus neſcio, an in colligendo induſtria, an ſingularis in communicando promtitudo majoris facienda ſit: Ego utramque collaudo, & multa rarisſima cimmelia ejus benignitati me accepta ferre gratus agnoſco.

Digitized by Google

divinarum artium ſecreta in eodem latitare ſibi perſuaſum habent. Horum ergo credulitati ſuccurrendum, impoſtorum ſaltem phaleratis mendaciis obviandum ratus, breve ineptiarum compendium dabo: ex quo velut ungue leonem, ex cantu inquam graculum judicantes, intelligant, nubem pro Junone venditari; ſicque tandem ſibi caveant, ne porro ipſis lubentibus plaudentibus palpus obtrudatur.

Epigraphen *frons hybrida* fert ſequentem:

CLAVICVLAE SALOMONIS ET THEOSOPHIA PNEVMATICA. Das iſt: Die wahrhafftige Erkäntniß GOttes und ſeiner ſichtigen und unſichtigen Geſchöpfen, die heil. Geiſt-Kunſt genannt: darinnen der gründliche einfältige Weg angezeiget wird, wie man zu der rechten wahren Erkäntniß aller ſichtigen und unſichtigen Geſchöpfen, aller Künſten, Wiſſenſchafften und Handwercken kommen ſoll.

Hem tibi B. L. εὕρημα centies centum boum cædibus celebrandum! habes illam

illam tot omnium votis expetitam Artem ſciendi magnam & univerſalem: habes omnis Panſophiæ divinæ, mundanæ doctrinam certiſſimam. Verum bona verba, fulgur ex pelvi eſt; hederarum copia prudentem Lectorem de vino putido monet; quod hic quidem ſubolere ſe, nemo facile negabit, niſi qui naſum Rhinocerotis temere affectet.

Sumtus editioni ſubminiſtravit: *Andr. Luppius*, vagabundus & miri capitis homo, qui protrahendis in lucem hujus furfuris fœtibus non vitæ modo magnam, ſed & famæ ac facultatum optimam partem impendit. Hic quoque in *pagina* Tituli *averſa*, multa *ſimilis argumenti anecdota* abs ſe edenda Curioſos exſpectare jubet, immo ſtetiſſe promiſſis, *Weigelii Geomantia* & plura mox inſequuta *necromantica, chiromantica, prophetica ſcripta* teſtatum faciunt.

Sequitur *Præfatio*, de qua dubius ſum, Autoriſne iſta ſit, num *Editoris* aut *Interpretis?* disquiritur in hac: *an detur Ars Hagio-pneumatica, quidque illa & unde ſit? Exiſtentiam* quidem exemplis e S. Codice petitis, Adami puta, Noæ, Bezaleelis, Jacobi baculo-

 rum

rum confectoris; Joſephi cadaver patrium a corruptione vindicantis; Moyſis ſerpentum productoris; aliorum evincere conatur. Horum enim egregia facta univerſa, Moyſis præcipue miracula, unius Theoſophiæ ſuæ virtutibus blaſphemo calamo aſcribere non veretur. Hinc per Prophetas *divinam Artem* usque ad Chriſti tempora & in Apoſtolos, perque hos in primores Eccleſiæ Doctores propagatam refert; donec, dum

Protinus irrupit venæ pejoris in ævum
Omne nefas:

ingraveſcentibus ſcilicet quotidie hominum delictis, avorum noſtrorum ſeculo reſidua, ſi qua fuerunt, *cœleſtis Doctrinæ* veſtigia penitus evanuere, & ipſa illius memoria eo usque abolita fuit, ut pro Mago nunc atque Venefico habeatur, quicunque vel nominis meminiſſe audet. Quare Autor noſter conſultum de novo humano generi cupiens, reſtaurare, veram hoc ipſo libro in Iſraële ſapientiam, viamque ſternere ſatagit, quam novellus Theoſophiæ Cultor ingredi tuto & firma ſpe niti queat, ſe ductu ejusdem brevi in ſacerrimà Arcanæ

ſcientiæ

Digitized by Google

Scientiæ adyta penetraturum. Denique omnes frivolos, ſuperſtitioſos & ſatyricos irriſores ſub ſeveris iræ divinæ comminationibus ab operis ſui lectione coërcitos vult, atque, ut monitis pondus addat, faſtidioſum allegationum biblicarum cumulum ſubnectit.

Opuſculum ipſum auſpicatur * *Definitio Theoſophiæ Pneumaticæ*, ſive *Artis Spiritus Sancti* (ſic enim appellat homo perdite nequam) quæ eſſe perhibetur: *Sapientia & plena*,, *cognitio Dei, omniumque Creatura*-,, *rum viſibilium nec non inviſibilium*,, *eo quod maxima ſapientia & myſte*-,, *rium verſetur in Deo atque Creatu*-,, *ris ſpiritualibus: cum ſciri oporteat*,, *omnem ſapientiam ex Domino Deo*,, *deſcendere, & ex ſpiritibus juſſu divi*-,, *no ad id deſtinatis addiſci poſſe.*,,

Myſteria dicuntur ipſi, *Res arca*-,, *næ, quas humanum ingenium absque*,, *ſingu*-

* Initium tractationis appellatur *Caput primum*, verum fruſtra eris in quærendo *ſecundo* vel *tertio capite*. Quin nec ulla alia *numeris facta* diſtinctio in reliquis foliis occurrit.

Digitized by Google

„ſingulari revelatione perſcrutari vel „percipere nequit.

Horum Myſteriorum conſtituit *Claſſes tres: Summam, mediam, infimam.* Cujuslibet claſſis *ſeptem* ſunt *diverſa Myſteria. Primæ* quidem *divina:* ad quæ refert, *Scientiam ſanandi intra ſeptem dies omnia morborum genera per characteres vel ope Spirituum ſuperiorum: Facultatem vitam, quotquot ſeculis volupe eſt, prolongandi: Modum confabulandi cum Dæmoniis: Imperium in omnia ſpectra perſonata, lemures, nanos, incubos, phantaſmata metallica, nymphas,* & ſi quæ ſunt alia hujus commatis lepida deliria.

Secundæ Claſſis myſteria ſunt *Naturalia,* inque his: *Alchimia,* (ſic ille) pag. 2. *ſive transmutatio metallorum, quam tamen pauci, præterquam quos ſingularis Dei gratia ſelegit, conſequuntur: curatio* item *morborum per gemmas aut lapidem philoſophicum,* & quæ præterea *magiæ* vulgo *naturali* tribuuntur artificia.

Tertiæ ſive infimæ Claſſis ſunt *Mundana,* honores e. g. Prudentia civilis, eruditio profana & reliqua fortunæ dona.

Sub-

Digitized by Google

Subjungit cæteras Theoſophiæ diviſiones: *Reſpectu finis*, qui *bonus* vel *malus*: *Mediorum*, per quæ operatur, *viſibilium*, *inviſibilium* & *mixtorum*, aliasque. Apprime autem quoad *Cauſam efficientem*, quædam *Theoſophia* eſt *a Deo*, cui adſunt *Spiritus cœleſtes*, quædam *a Diabolo*, cui ſubſunt *Cacodæmones*. Hinc Autor noſter miſſis factis poſterioribus, ad *puriores ſpiritus*, qui *Olympici* ipſi vocantur, ſe convertit. pag. 3.

Hi Aſtra regunt, quæ Planetarum nomine apud nos venire ſolent, ſuntque

Aratron	*vulgo*	Saturnus
Bethor	- - -	Jupiter
Phaleg	- - -	Mars
Och	- - -	So
Hagith	- - -	Venus
Ophie	- - -	Mercurius
Phu	- - -	Luna.

pag. 4. ſqq.

De iſtorum Potentia, Subditis, Modo cum iis converſandi, in quo unus alteri præſtet, Ritibus & Diebus quibus primum quilibet provocandus, Characteribus quibus deſignandus, Tempore Imperii, & multifariis aliis qualitatibus prolixe agit.

Nos

Pag. 12. Nos difficiles nugas conſulto ſilentio prætereuntes, pergimus ad *formulas, quibus Theoſophum in citando Genio ſibi jam familiari & notiore uti convenit*, quibus accedunt *Præparatoria* vocationi ipſi præmittenda: Lavatio nempe corporis: mutatio veſtimentorum cum novis aut recens purgatis: confeſſio peccatorum: a Venere & Baccho per triduum abſtinentia: jejunium & diſtribuendæ egenis eleemoſynæ; creſcente porro luna in locum purum & ab omni humano ſtrepitu remotum ſeceſſus, & precum tandem poplite flexo recitandarum ſolemnitas. pag. 13. Iſtarum precum breviſſima duo, quæ exhibentur, ſpecimina hic quidem referre horreo, ob abuſum Sacro-ſancti Nominis Divini deteſtandum.

pag. 14. Apparente *Spiritu*, quodcunque Theoſophus ſcire avet, laconicis verbis proponendum, & ne quæſtionum numerus ternarium excedat, cavendum: Dæmonium ipſum ultra horam non defatigandum, ſed accepto conſignatoque reſponſo, cum gratiarum actio-

actione* dimittendum.

Inhabiles ſunt ad Evdæmones exciendos omnes gibboſi, luſci, claudi aut ſimili corporis vitio deformes.

Cæteroquin *unam* omnis generis ſpirituum convocationi *formulam* ſufficere, *eandemque plane, cum Autoris ſuperius allata*, Sibyllarum, Prophetarum & ſummorum Pontificum *adjurationem* fuiſſe, contendit. pag. 15.

Sic pedem profert ad *cautelas* nonnullas *circa quæſtiones ſpiritibus proponendas* obſervatu utiles, ubi ſimul, *quæ præ reliquis expetenda ſint*, docet. Divitias puta, ſplendidam vitam, magiſtratuum ac ipſius imperii honores nulli Theoſophorum

---

* Cujus hanc normam præſcribit: Weil du ſanfftmüthiglich und in ſtiller Ruhe kommen biſt, ſo ſage ich G. dem H. Danck, in deſſen Nahmen du kommen biſt: wolleſt nun in Frieden dahin fahren zu deinem Stand und Ordnung, und wieder zu mir kommen, wenn ich dich bey deinem Nahmen, Ordnung oder Amt-Dienſt, ſo dir von G. dem Sch. verliehen iſt, beruffen werde, Amen.

Digitized by Google

rum ſerio flagitanti abnegabunt dites illi, atque liberalis ingenii Genii.

pag. 17. 18. Sub finem operis, præpoſtera methodo, *Requiſita* exponit *illi* neceſſaria, qui operam ſuam *Hagio-pnevmaticæ Arti* dicare conſtituit. Obtinet & hic, pro more, *ſeptenarius numerus:* oportet enim *Theoſophiæ ſtudioſum*, Autori *Talmid* appellatum,

1. *Noctesque diesque ad veram Dei cognitionem aſcendere:*

2. *In ſemetipſum deſcendere, quidque ſui mortale ſit, quid immortale dignoſcere:*

3. *Summa ope niti, ut parte ſui immortali Deum digne diligat, colat atque veneretur; parte ſui corruptibili ſive corpore, proximo proſit, aliorum hominum commoda promoveat &c.*

4. *Diligens examen ſui ipſius inſtituere, ut reſciſcat, capax ne ſit ipſe diviniſſimæ Artis? & ſi fuerit, quas præ reliquis doctrinas ſectari debeat?*

5. *Cum cura obſervare, num propitio gaudeat in rebus gravioribus Genio?*

Digitized by Google

*nio? & exinde de ſucceſſu in reliquis judicare.**

6. *Fidem, ſilentiumque ſervare; ne quicquam eorum prodat, quæ celanda eſſe Spiritus monuit.**

7. *Temperare ſibi ab omni facinore improbo & juſtitiæ divinæ contrario*; cui præcepto, ante reliquos ſumma cura obſervando, ut confidentius vacare poſſit novellus Theoſophus, ſeptem alias integræ & *Theoſophicæ vitæ* regulas egregius, ſi Diis placet, Sanctimatis Magiſter ſubjungit.

Colophonem imponit duarum pagellarum *Appendix*, hoc titulo inſignis:

* Sunt enim, ex mente Scriptoris, aliqui, queis Dæmonia ultro fere & ſua ſponte adeſſe cupiunt: cum alios contra averſentur, ac non niſi inviti multoque labore ad id adacti, iisdem morem gerant.

** Exempla allegat Danielem Prophetam cui injunctum erat quædam ſibi patefacta, ſigillo obſignare; & Paulum Apoſt. qui ipſe fatetur, negatum ſibi ea revelare, quæ in divina illa Ecſtaſi ſuper æthera evectus, conſpexerat.

CARO. AFFECTVS. RATIO.

„Carnem *eſſe dicit ſubſtantiam omni „animali communem.*

„Affectus ſive Spirituum propenſi-„ones, *fontes ſunt omnis rationis & „ſenſationis externæ, internæ, omnis-„que habitudinis (quam vocant) ad „Artes bonas malasve.*

„Ratio, *eſt ipſa anima rationalis, „per quam inſpiratio auræ divinæ cor-„pori noſtro carnali immiſſa, nihil niſi „res ſanctas & cæleſtes operatur; ori-„ginem ſuam, quam ex Deo habet, de-„centes. Inde omni ſtudio hominibus elaborandum, ne ſacra hæc anima a* carne beſtiali *aut reprobi affectus in-clinatione oppreſſa, regenerationis in-capax evadat.*

Ex hac *triplici* noſtri corporis ter-reni *materia*, tranſilit ad *Axioma*, quod *Omnia ſint Trina*: & poſt multa de SS. Trinitate, rebusque divinis pro-fane effutita, his tandem verbis atram ſcriptionem terminat:

„*Nota: Quodcunque eſt Naturale, „illud eſt divinum, & quodcunque eſt „divinum, illud eſt naturale: Deus enim*

*enim creavit Naturam & quicquid, in illa eſt.**

Hæc ſunt fere præcipua, quæ excerpenda habui ex famoſo & ſcurrili libello: omnia ut impia ſic inepta & commiſeratione potius quam refutatione digna. Adeo ſiquidem confuſus ubique, ſibi non conſtans & illiteratus Autor deprehenditur, ut inſpiciendam dare cacatam chartam, refutare ſit. Operoſius tamen & hoc, quam forte opus fuerat, præſtitit *Vir amiciſſimus* privatim de ſententia rogatus, in *ſubſequa Epiſtola*:

V.

AGELLIVS TRANQVILLVS (1) Salutem.

Vir honoratiſſime, amiciſſime!

REdit ad Te *Salomo Tuus* ἀπόκρυφος, & nudius tertius ex Orco

 enatus,

* Alles was natürlich iſt, das iſt Göttlich, und was Göttlich iſt, das iſt Natürlich; denn GOtt hat die Natur geſchaffen, und alles was darinnen iſt.

1) Latere ſub eo nomine voluit *Cl. Georg. Fridr. Tryllitius*, cujus in omni literatura,

enatus, de quo quid ſentiam, etſi coram dixerim; lubet tamen nunc altius cauſas ſententiæ meæ expromere, & Tecum pro fide mea communicare. De Salomone Θεοπνεύστῳ tradit Spiritus S., quod dederit ipſi Dominus φρόνησιν καὶ σοφίαν πολλὴν σφόδρα, καὶ χύμα (non ſane χυμίαν vel ἀλχυμίαν ineptorum hominum commentum) καρδίας, καὶ ἐπληθύνθη Σαλωμὼν σφόδρα ὑπὲρ πάντας φρονίμους αἰγύπτου. (2) Jam conſtat, Salomonem ſapientiam ſuam

---

tura, maxime Græca, Eruditionem ſupra tetigi, Lectori plura egregiæ doctrinæ monumenta propediem ab Eo pollicitus. Sed eheu! dum hæc ſub prelis ſunt, triſtiſſimus de luctuoſo *Viri optimi* obitu nuntius affertur, quem plangere nunquam ceſſabo, donec ſpiritus hos reget artus. Ceterum, cum ipſe ultimam manum huic Epiſtolæ imponere præpeditus fuerit, non injurius ero in eruditiſſimi Amici manes, ſi *ab Ejus ſententia aliquot locis diſceſſero.*

2) *Sapientiam & prudentiam valde multam & latitudinem cordis, ut Salomon longe ſuperaret omnes Sapientes Aegypti.* Leguntur ea 1. *Reg. c. 3. init.* in LXXvirali,

ſuam vel aphoriſmis breviſſimis, vel etiam iconibus, multa in receſſu habentibus, quæ frons primo intuitu non promittat, more Hebræorum, incluſiſſe. Conſtat porro, *res phyſicas* eundem ſagaciſſime indagaſſe (3), &, quo usquam homines procedere poſſunt, tantum non ad ἀκμὴν perveniſſe. Hac ratione cum viam rectam minusque impeditam ſuos edocuiſſet ipſe; nullum eſt mihi dubium, Satanam per inſtrumenta ſua, cum paulatim Philoſophiæ Salomoneæ vel obliviſcerentur homines, vel eam, per manus traditam curarent negligentius, aut etiam interpolarent depravarentque, fœtus ejusmodi nugicanoricrepos, qualis *Clavicula*, & *reliqui libelli περίεργοι*, mundo, ſub Salomonis nomine, obtruſiſſe; tum ut eos, qui reciperent iſtos præjudicio deluſos aucto-

 ritatis

li, & *C. IV. v. 29. 30. Vulgatæ*, quam *Lutherus* ſequitur.

3) Differentem nimirum *ſuper lignis a Cedro, quæ eſt in Libano, usque ad Hyſſopum, quæ egreditur de parietibus, & diſputantem de jumentis & volucribus & reptilibus & piſcibus*: cetera.

ritatis Salomoneæ titulo felicius fal-
leret, tum ut in animis, qui nugas iſtas
rejicerent, relinqueret ſaltim aliquid
minus honeſti de Salomone judicii, &
ipſos hac ratione libros canonicos
quodammodo elevaret. Magiæ, quam
vocant, naturalis, ſi dextre capias ter-
minum, non imperitum fuiſſe Salo-
monem, prona concedo mente; ſed
illius, quam libelli mihi inſpecti, pro-
dunt, equidem auctorem cras credam,
non hodie. Miror itaque, qua fronte
Ioſephus affirmare potuerit, niſi & ipſe
famoſioribus faverit Mathematicis,
quod ſane vel e *dignitate imperatoria*
Veſpaſiano prædicta, conjicio: ὅτι πα-
ρέσχε τῷ σαλομῶντι ὁ Θεὸς μαθῶν καὶ τὴν
κατὰ τῶν δαιμόνων τέχνην ἐις ὠφέλειαν
καὶ θεραπείαν τοῖς ἀνθρώποις καὶ ἐπῳδὰς
συντάξαθαι (4) *Ioſephi* auctoritatem
(nam antiquiorem, qui de Salomonis
magia quicquam prodiderit, excitare
nequeo) inſequuti mox ſunt complu-
res, e *Patribus* (5) etiam non nulli,
quos

4) *L. VIII. Antiqu. Iud. c. 2. p.* m. 257. *Data Salomoni a Deo ſcientia & ars Dæmonum magna, & carmina compoſuit in utilitatem ac ſanationem hominum*, &c.

5) *Iuſtinus, Origenes, Hieronymus, Euſebius,*

Digitized by Google

quos recenſere longum foret. *Guilielmus Durandus*, (6) homo fateor, ineptus, ſed qui tamen omnia ſua, ſine judicio delecta, e vetuſtioribus hauſit Theologis, *Lib.* II. *cap.* 6. *Rationalis divini*, *p.* 55. Ed. Lugdunenſis, 1574. inquit: *Refert Joſephus, Regem*, „ *Salomonem modos ἐξορκισμοῦ, id eſt ad-* „ *jurationis adinveniſſe, quibus immun-* „ *di Spiritus ab homine obſeſſo per Elea-* „ *zarum exorciſtam pellebantur, ita ut* „ *reverti amplius non auderent*, & reli- „

Bbb 4 qua

ſebius, reliqui: quorum teſtimonia diligenter collegit *Magnif. Fabricius Cod. Pſeudepigr. V. T.* paſſim.

6) Sec. XIII. Scriptor, *Speculator* vulgo dictus, ob editum *Speculum Iuris*. Epiſcop. Nimatenſis fuit in Languedocia. Alii *Durantem* vocant; quidam etiam ad eum referunt ridiculum Diſtichon:

Doctus Durandus jacet hic ſub Marmore duro;
An ſit ſalvandus, ego neſcio, nec ego curo:

Nonnulli tamen loco τὸ *Doctus*, legunt *Durus*, & *hunc Durum* diverſum a *Guillelmo noſtro* faciunt. *Kœnig* cum antiquiore *Durando Monacho* confudit.

Digitized by Google

qua. *Vetus Chronicum* ab orbe condito usque ad ann. Chriſti CIↃ CCCC LXXII. perductum, quod ſine titulo apud me eſt, ita de Salomone p. 198. b. pergit: „*Salomon etiam adjurationes excogitavit, quibus ægritudines ſolent mitigari, alias quoque, quibus Dæmones ejicerentur de corporibus, & alias, quibus obſtricti, non redirent. Excogitavit etiam characteres, qui inſcribebantur gemmis, quæ poſitæ in naribus arrepticii, cum radice Salomoni a Spiritu monſtrata, ſtatim eum a Dæmonibus liberabant: quæ quidem Hebræis multum neceſſaria. Joſephus dicit, ſe vidiſſe quendam exorciſtam Eleazarum coram Veſpaſiano, & filiis ejus, & tyrannis, taliter curantem dæmoniacos.* Hæc habet *Chroniſta* ille, qui alioqui e *Petro Comeſtore*, & *Vincentio Bellovacenſi*, miris illis nugarum coquis, ſua fere ſolet deſcribere. Vides & hunc *Chronographum*, & illum *Durandum* autoritate *Joſephi* niti, cui ſane & vetuſtiores Iudæos, & Turcas præterea, aſſentire, multis probavit Vir undiquaque doctiſſimus, *Guilielmus Schikardus*, *proœmio*

ad

ad Tarich (7)*ap.57.usq; 66.* apud quem teſtimonia cupidus lector invenerit. Hæc cum apud animum meum repu- to, ſi dicendum eſt, Salomonem non- nullarum ejusmodi Schedarum au- ctorem eſſe, quod quidem vel ſolam ob phraſin a ſtylo Salomonis plane abhorrentem, nunquam ipſe mihi perſuaderi ſinam; ſi tamen, inquam, alii cuiquam id dicendum eſſe videa- tur, cautio ſaltim addenda, a *Joſepho* male laudari commendarique iſtos *ἐξορκισμοὺς*, ſcriptos quippe tempore eo, quo ad idolorum cultum dela- pſus & ſapientia ſua abuſus fuerit Sa- lomon. Sed, ut dixi, tutius mihi qui- dem videtur, omnia Salomoni una fi- delia abjudicare, & ſingula impoſtori cuidam, non ſane recenti, ſed anti- quiſſimo, vel etiam pluribus, diverſæ ætatis, (pro diverſitate librorum, quos omnes non evolvi,) tribuere; ſive is Salomonis itidem nomen habuerit, ut ſuſpicari quis poſſit, ſive dedita opera Salomonis nomen mentitus ſit; quod ex inſcriptione aliquot libro- rum, ad filium Roboam, non inepte

 videtur

7) Sive *Seriem Regum Perſiæ, Tubingæ 1628. 4to.*

Digitized by Google

videtur poſſe colligi. Quod ſi ſint, qui cum *Guilielmo Spencero, ad Origenem contra Celſum*, p. 17. Joſephum excuſent, & in ipſis vocabulis vim quandam & virtutem talium effectricem inhærere credant, eos quidem ſenſu ſuo abundare lubentèr concedo, modo opinione ſua magiæ diabolicæ, & ſuperſtitionibus dæmoniacis, minus patrocinentur. Alioqui notum eſt, Salomonem Cabbaliſtas ſibi vindicare, de quo modo laudatus a *me Schikardus* in *Bechinath Happeruſchim** p. 92. evolvendus. Alchymiſtæ idem faciunt. Memini me ante paucos annos in Bibliotheca *Ræſcheliana* vidiſſe MS. *Librum*, forma octava, quo varia variorum Artiſtarum (utor termino Alchymicis frequenti,) opuſcula, & ἀποσπασμάτια continebantur, (8) foliorum fere cc. (nam illa, quæ malevola

* *Examen interpretationum hebraic. in Geneſin &c. Tub. 1621. 4to.*

8.) Non poſſum non hac occaſione meminiſſe alterius celebris Collectionis *Scriptorum Chryſopœias veterum*, quæ Mſta in Bibliotheca Regia Pariſienſi, *Cæ*ſarea

levola manus ſcalpello exſciderat, nonaginta priora, iſtis non adnumero) a *Petro Paulo Bindo, Piſaurenſi, LL. Doctore, ſeculo*, ut ſcriptura docere vide-

ſarea Vindobonenſi, Ducali Gothana, & aliis aliquot inſtructioribus habetur, auro contra carior a non paucis æſtimata. Prolixe tum de Collectione, tum de Autoribus, quorum opera illic exſtant, ex *Salmaſio, Labbeo* & *Lambecio* egit *Morhoſius* in *Polyb. L. I. c. 11.* qui tamen ignoravit *Codicem Bibliothecæ Rhedigerianæ Wratislavienſis chartaceum, a Cornel. Nauplienſi, Andr. F. circa A. C. 1565. deſcriptum.* Tractatuum in hoc *V*olumine comprehenſorum catalogum primo ejus folio inſcriptum, in gratiam Curioſorum appoſuiſſe non pigebit: abit enim in quibusdam ab illo quem *Morhoſius* dedit.

Habentur in hoc Libro ſequentia:

1.) *Stephani Alexandri L. de Arte Chryſopœia, cum ejusd. Epiſtola ad Theodorum it. Praxes variæ atque doctrina ad Heraclium Imperatorem.*

2.) *Pelagii Philoſophi de divina hac & S. Arte.*

3.) *Oſtani Philoſophi ad Pethaſium de S. hac & divina Arte.*

videbatur, *XV. ineunte*, ſcriptum, & ab alia manu paſſim quidem auctum, ſæpisſimè vero etiam caſtratum. In eo ut multos inveni Autores & inprimis Philoſophos, qui paſſim & vulgo igno-

4.) *Democriti Phyſica & Myſtica.*

5.) *Syneſii Philoſophi ſcholia in Democriti Librum.*

6.) *Anepigraphi Philoſophi de divinæ dealbationis aqua.*

7) *Item Patefacta de Auri ſucceſſione.*

8.) *Zoſimi divini & Chriſtiani Philoſophi de Virtute cœleſti divinæ aquæ, de Inſtrumentis & Camino, de Auri linea recta &c.*

9.) *Lexicon Chryſopœiæ ad ordinem Literarum.*

10.) *Olympiodori Philoſophi Alexandrini Commentarius in Zoſimum.*

11.) *Anepigraphi Pappi & Hierothei Philoſophorum de Arte ſacra.*

12.) *Heliodori Philoſ. jambi ad Theodoſium M. de Myſtica arte Philoſophorum.*

13.) *Theophraſti Philoſ. jambi de eadem divina Arte.*

14.) *Hierothei Philoſ. jambi de eadem Arte.*

15.) *Archelai demum Philoſ. jambi de eadem ſacra Arte.*

Digitized by Google

ignorantur, etiam nominetenus laudatos, ita Salomonem non minus Philoſophum, p. 203. a. adductum inveni, artisque aliquod in eo fundamentum requiſitum offendi. Locum perſcriberem, ſi tum temporis deſcribere iſtum curæ mihi fuiſſet; qui, quum ad paucas horulas concederetur ejus uſurpatio, alia inde curioſiora, ſuo, ſi Tibi, V. C. videbitur, tempore communicanda, excerpſi. Sed miſſa hæc facio, & tandem ad libros Salomonis magicos devenio, ſive ipſi Salomonis ſint idololatræ; ſive ab eo idololatra per παράδοσιν ad nos devenerint; ut *Pythagoræ* carmina, & *Orphei* dicuntur, qui, a diſcipulis compoſiti, dogmata ſolum illorum hominum continent; ſive denique, quod veroſimillimum eſt, impoſtoris & σπερμολόγυ foetus eſſe cenſeantur. *Gabriel Naudæus*, Vir ſane ad mentem meam formatus, & curioſus alioqui rerum, etiam minimarum indagator, in *Apologia*, quam *pro hominibus Magiæ accuſatis*, dedit, (p. 431. Ed. Amſterdam. 1712.) XIII. *Salomonis libros* recenſet *magicos*: quinque ex *Alberti Magni ſpeculo Aſtrologiæ*, quatuor

tuor *e Tritbemio*, unum e *Reuchlino*, alium e *Cicco Aſulano*, porro alium e *Greſſero*; denique poſtremum e *Gaulmino ad Pſellum*, quem Nicetam *librum Salomonium* vocaſſe exiſtimat. His addatur quartus decimus, *Salomonis Contradictio*, (9) qui in *decreto Gelaſii* Pontificis inter damnata ſcripta recenſetur, quem tamen *Sixtus Senenſis*, *bibl. ſanctæ* lib. XI. p. 106. b. Ed. Pariſ. 1610. ſe vidiſſe unquam negavit, &, ſi ita videbitur, *Semiphoras & Schemhamphoras Salomonis Regis*, qui in Tuo libro invenitur. *Sixtus* addit *Precationum ſive Præcautionum ad leniendas ægritudines*, *librum unum*, (10) *e Joſepho* ſupra in medium allato, & ex eodem, *Exorciſmorum ſive conjurationum ad effugandos malos Dæmones*, librum unum. Sed unde probabit *Sixtus*, librum unum fuiſſe & non plures; unde, Salomonis eſſe potius, quam maleferiatorum aliorum empæctarum? Nolo tamen in re minima virum bene de re litteraria meritum

9.) *Interdictionem* vocat editio Decreti *Chifletiana*.

10.) Conf. *Fabricius Cod. Pſeudepigr.* p. 1045.

meritum, rumpantur ut ilia *Poſſevino*, exagitare; vel ideo, quod ſcripſit, *alia quædam FERTVR ſcripſiſſe Salomon, de quibus hæc ſunt.* Nunc ad *Naudæ-um* redeo. Ille, a *Reuchlino* ait, citari librum Salomonis *Raziel* dictum, vere quidem, ſed contra mentem tamen *Reuchlini*, qui probe novit, puto,(11) *Razielem* non eſſe ſingulare Salomonis volumen, ſed partem tantum Vitam *Phyſicon Salomonis*, quæ & *Elementa Magica* vocantur,& pro libro *Razielis* in *Naudæo* ſubſtituenda veniunt e *Petro de Albano*, (12) quem citat *Semiphoras Salomonis*, p. 18. ut ſcilicet vel inde appareat, quum præcipue & *hac*, & *ſequenti pagina*, *Cornelius Agrippa*, poſt verba etiam, *Ich Salomon bekenne, daſs in den Stunden &c.* imme-

11.) Ego contrarium fere ex ipſis *Reuchlini* verbis colligo; Ille *L. I. de Arte Caballiſt. p. 639. Nolo*, inquit, *addere Librum Salomonis, ſub nomine Razielis inſcriptum &c.*

12.) Sic vocat *ignobile Schembamphoras* c. l. Rectius vero *Aponius* dicitur, qui *Conciliatorem* & alia ſcripſit & ſub Joh. XXII. P. M. floruit. v. *Volaterr. L. XXI. Com. Vrb.* col. m. 779.

Digitized by Google

immediate, ut loquuntur, in medium afferantur, librum plane novum eſſe, & impudentiſſimi aretalogi. Præterea in mentem venit, *Librum Almadæ*, & *Librum Lamené*, Arabico titulo inſignes, reſpondere fortaſſe aliis, qui Latino titulo efferuntur. Ipſe tamen, quod affirmem, non ſatis habeo, & eruditioribus Arabicæ linguæ magiſtris inveſtigandum iſtud relinquo. Sed & *Hydromantia ad filium Roboam*, quid ſi pars ſit claviculæ Salomonis, quæ & ipſa ad Roboam filium perſcripta eſſe traditur a *Trithemio*? (13) objeceris, puto, nihil hydromanticum inveniri in libro iſto Tuo, V. C. quem ad me transmiſiſti. Id equidem fateor, & ut dicam jam in capite negocii, quod res eſt, ita habe ſententiam meam: Certum eſt, *Claviculæ Salomonis* nomine, librum quendam magicum jam olim *Gelaſii* Pontificis tempore circum-

13.) Perſuaviſſimus iterum ſum, *Hygromantiam & Claviculam Salomonis*, libros toto cœlo diverſos eſſe. Exſtitit ſane Scriptum illud Hygromanticum adhuc *Gretſeri* ævo, ac procul dubio hodienum alicubi deliteſcit: forte in Vindobon. Biblioth. v. *Fabric*. l. c. p. 1046.

cumlatum eſſe, (14) quem quoque ille inter damnata ſcripta recenſuit, & quem, eundem fortaſſe, *Sixtus Senenſis* d. l. ab impoſtoribus quibusdam vidit circumferri, continentem genus ſuperſtitionis prodigioſæ, atque maleficæ. Hunc vidit *Tritenheimius*, Abbas, a *Naudæo* citatus. Memini etiam a Rev *Læſchero*, Dreſdenſi Antiſtite, in collegio Exegetico, inter differendum auſcultaſſe, *Claviculam Salomonis* nondum editam Latino ſermone circumferri (15) in qua præter alia multa,

14) Nihil horum reperi in Decreto duplici *a Iuſto Fontanino in Append. ad Antiqu. Hortæ (Romæ 1708. 4to) p. 317. ſeqq.* exhibito. *Fruſtra etiam verba Gelaſii Sixto adducta, ſe in aliquot illius Decreti editionibus quæſiviſſe fatetur Polyhiſtor Hamburgenſ. l. c. pag. 1056.*

15.) Non adeo circumfertur, quam inter arcana Bibliothecarum refertur. Novi, *hujusmodi Codicem* aſſervari in præcipua quadam Germaniæ Libraria, ante aliquot annos anxio ſtudio in uſum illuſtris Viri, magicis hiſce præſtigiis dediti, expetitum. Sed *Vir Pius, cui tum Bibli-*

Digitized by Google

ta, impia & ſuperſtitioſa, ars etiam do ceatur neſcio quibus præſtigiis ignem incen-

———

otheca custodia commiſſa erat, fruſtra precibus & pretio ad communicationem ſollicitatus, conſtanter renuit, & adeſſe negavit. Digna etiam ſunt, quæ legantur ſæpe laudati, ſæpius laudandi *Fabricii* verba. *p. 1052. Codicis modo dicti Pſeudepigr.* „Fertur in variis Bibliothecis Liber „Mſtus, Salomonis nomine, cujus & ipſe „exemplum poſſideo hoc titulo: *Clavicu-* „*la Salomonis ſeu occulta Occultorum, ora-* „*tiones ſemiphoras* (Semhamphoras) *Liber* „*de ſecretis ſecretorum, ſeptem altitudines* „*& de duodecim altitudinibus Salomonis.* „Ad calcem libri leguntur hæc verba: „*Explicit ſanctum Almadel Salomonis Re-* „*gis, de ſecretis ſecretorum & de XII. alti-* „*tudinibus cœli, datis ab Angelo Salomoni* „*Regi Jeruſalem, ſcriptum & completum* „*per me Joh. de Flexia, ſub Anno Domini* „*MCCCCXXXV. XXIII. Menſis Februarii.* „Scriptum plenum videtur nugis canoris „& evocationes ſpirituum crepans, atque „magica promittens myſteria, verum „ſub illis latet artificium Steganographiæ. Plures inde Autores adducit, qui Ste-

incendiumve exſtinguendi. Alii eruditi Theologi, non e Salomonis, ſed e diaboli officina prodiiſſe claviculam iſtam affirmarunt. Hac cum *clavicula* (16.) eundem eſſe *Clavem Salomonis*, a *Geſnero* Medico, Phyſicoque illuſtri, in *Bibliotheca*, voce *Salomo* re-

Steganographica artificia in iſto libro ſe reperiſſe contenderunt; quam commode: judicium penes Lectorem eſto. In fine Paragraphi, ait, *Clavem Salomonis ſub Theoſophia pneumatica Titulo germanice prodiiſſe Anno 1616. 4to.* Mihi illa Editio nec viſa unquam, nec alias audita, niſi forte eadem cum hac noſtra ſit. Ceterum, etſi vix eo me induci patiar, *Luppium*, aut quicunque alius conſcripſit germanicas ineptias, in rariſſimum illud Archetypon incidiſſe: nullus tamen dubito alia ipſi *vetuſta Magica*, & quidem, (quantum ex aliquot ſpirituum denominationibus, e. g. Erich-Fratten & ſimilibus, conjicio) *Danica* vel *Livonica Monumenta* ad manus fuiſſe. Sed abſtineo conjecturis.

16) Nempe *inedita* illa, qua de in antecedentibus; *germanicam* enim *noſtram* *Geſne-*

cenſitum, neutiquam dubito. Sed *Tuæ claviculæ*, πληθηντικῶς, unde? Sane titulus, *die Heilige Geiſt-Kunſt*, blaſphemus eſt, &, quanquam de clavicula ipſa nihil mihi boni honeſtique pollicear, ſtatim tamen, ut fumum fucumque ſubodoratus ſum, obſtupui ſteteruntque comæ. *Claviculas* igitur Tuas ab Alchymiæ ſtudioſo editas eſſe, pag. 1. finis docet. (17) P. 2. media, dicitur de VII. myſterio minori, quod adducat *ad intelligendos veteres novosque Scripturæ interpretes, faciatque, ut quis dici posſit verus* γραμματεύς. Atqui interpretes Scripturæ tum nondum ſcripſerant: & ſi recte colligo, neque erant γραμματεῖς. P. 3. dicitur lin. 6. quod per Theoſophiam gen-

Geſnero nunquam viſam, ſed plane recentioris hominis pullum eſſe, certus ſum.

17.) Siquidem primum inter *VII. Myſteria media* locum tribuit *Alchymiæ*, ſive *Metallorum mutationi, nemini niſi ſingulari Dei gratia electo, revelatæ.* Parallela ſunt, quando pag. 8. inter virtutes Spiritus Aratron ſive Saturni, laudatur *ſcientia transformandi metalla*, item quan-

gentilium idola minora fuerint operata. (18) Qui ita, mi Salomo? Tuo enim tempore incipiebat demum oraculum Dodonæum, Delphicum etiam poſterius erat. Quomodo ergo Salomon dicto loco iſta oracula *fuiſſe* ſcribere poteſt? Unde eadem pagina Spiritus Olympici? Lingua Olympica quid, quam Græca? Produnt illa futilitatem hominis, qui Græcam Hebraicamque linguam diſcernere ſane non potuit, alioqui ſane ex *Olympica lingua Hebraica nomina* non produxiſſet. Sed p. 4. intuere, Amice, & videbis

quando p. 11. ob *facultatem aurum argentumque producendi*, prædicatur Dæmonium Ophiel, & pag. 13. expreſſis verbis monetur, *ope Mercurii vivi omnia reliqua metalla in puriſſimum obryzum, momenti ſpatio transmutari poſſe. &c.*

18) Verba ſunt in *diviſione Theoſophiæ quarta:* Die andere Art dieſer Geiſt-Kunſt iſt/ welche ihre Würckung treibet mit den Vögeln der böſen Geiſter / als da geweſen ſind/ die durch die kleinen Heydniſchen Abgötter gewircket haben.

palpapisque mangonium, ubi ait auctor, non ſane Salomo, ſed *Luppius* ille ineptulus; aut ii, quos exſcripſit, *Hagith* angelum, ab anno Chriſti CIƆCCCCX. domini inchoaſſe, idque *EVNDEM CONTINVATVRVM* donec numerus æræ Dionyſiacæ, multo ſane tempore poſt Salomonem inventæ, CIƆIƆCCCC. ſit in faſtis futurus. *Fine ejusdem paginæ*, contra Patrum Theologorumque ſententias, angelos, Sodomorum vaſtatores, creatos eſſe angelos judicavit. Pag. 6. loca e Novo Inſtrumento allegantur, ſane a Salomone, ſi is auctor eſſet, nullatenus in medium proferenda. (19) Sed & *libri Tobiæ* mentio fit, P. 7. Pag. 8. de Mi-

19.) Neque vero, ut ingenue denique quod res eſt, fatear, id mihi voluiſſe ineptus Compilator videtur, Salomonem ipſum ſcripti hujus, quale nunc habemus, Autorem eſſe; verum plurima ex Regis iſtius libris in hunc ſuum foetum translata fuiſſe, hoc eſt, quod Lectoribus perſuaſum cupit. Alioqui nimis turpiter ſe in omni pagina dediſſet Autor, cum vix Paragraphus ſit, qui non ſequius ſæculum arguens, neotericum calamum prodat.

Digitized by Google

Mida fabulam veram eſſe putat, eosque, qui μῦθον eſſe reputant, graviter increpuit. Quis de Salomone credat, Midæ exemplum productum, cujus quippe nomen non magis quam Aeſopi, ne fando quidem audivit? *Pagina* 9, ait, *Bethorem*, ſeu Jovem, *die Pentecoſtes ſive Lunæ die* evocandum eſſe. Viden' contradictionem in adjecto? niſi autor feriam tamen pentecoſtalem ſecundam intellexerit. P. 10. mentio incidit *des Erichtags*, cui *dies Martis* reſpondeat. Iſta phraſis a Sveonibus & Danis eſt profecta, & mirum, ſi non ſeptentrio plura ejusmodi portenta pepererit. Legiones etiam Spirituum, eadem pagina memoratæ e *N. Teſtamenti* charactere repetendæ ſunt. *P.* 12. *Philoſophi* nomen memoratur, quod ſaltim Interpres, cum Salomonis tempore hoc nomen necdum auditum fuerit, fugere debebat. *P.* 13. ubique in precibus phraſes N. T ti apertiſſimæ occurrunt, & *Ieſus* nominatur, cujus nomen proprium Salomoni ut reor, abſconditum fuit. Pag. 14. *Ahabi* meminit, multo poſt Salomonem tempore Iſraelitarum regis. *Eadem* Sybillas Ponti-

Ccc 4 fici-

ficibus Maximis non tantum æquiparat, ſed etiam præponit, & *Diaboli* meminit, quem *Scriptura V. T. Satanæ* fere, aut alio nomine appellavit. P. 15. Loca *V. T.* poſt Salomonem ſcripta, & *N. T.* compluria citantur. *Eadem* prodit ſe auctor, vixiſſe *poſt captam CPolim*, ubi ait: *vver nun ein recht-läubiger Chriſt vväre, der möchte die Geiſtfürſten des Vngerlands, Conſtantinopel &c. beruffen, und ihnen befehlen, daſs ſie das Türkiſche Regiment abſtellen, und die Deutſchen Keyſer vviederum dran ſezeten.* *Eadem pagina, Cornu Theoſophico-Pneumaticum*, (20) quod *Neapoli* fuit, ſuæ claviculæ præponere arbitratur. Vidén' affanias? P. 17. *Danielis* Salomone poſterioris, mentio injicitur. Denique cautiones P. 18. numeris V. & VI. dictæ,

20) Addit etiam *gemmam & librum*, his verbis: Wenn Jemand den Edelgeſtein/ das Buch und geiſt-kündige Horn/ ſo ein Geiſtkündiger aus dem Neapoliſchen Geiſtkündiger Schatz hinweggenommen/ könte zuwege bringen/ der möchte gar leichtlich ein einiger oberſter Herr der gantzen Welt werden.

tæ, ſatis demonſtrant, Salomonem non eſſe auctorem. Si enim auctor fuiſſet, aut ut idololatra fuiſſet; Atqui ibi idololatria prohibetur: aut ut amicus Dei; Atqui totus iſte liber contrarium demonſtrat. Ergo fuit alius impoſtor; tertium certe non datur. De *Appendice* nihil addo, in quo *myſterium SS. Trinitatis* in *V. T.* inter diſciplinam arcani numeratum, manifeſte traditur,(21)& alia a Theologia plane abhorrentia, enarrantur. Habes recenſionem libri plane fanatici, & fatui, cui enarrando piget ſane bonas aliquas horas impendiſſe, & de quo negocio vererer, niſi in Dei honorem vindicandum ſuſcepiſſem, ne Deo gravem aliquando rationem ſim redditurus. Adeo ab omnibus ejusmodi, vel legendi tantum, cum anguis ille veterator lateat, plane abhorreo! De reliquis libellis, illi additis, cum judicium de illis meum non petieris, manum conſulto abſtinui.

21) Scribens: Alle Dinge ſind dreyfach. GOtt iſt dreyfältig/ als Vater/ Sohn und Heil. Geiſt. Caro, Affectus & Ratio &c.

Digitized by Google

Legat benevolus Lector.

P. 606. Caſtelvetrius pro Caſtelvretius.

P. 613. *ἐρωτοπαιγνίᾳ* pro *ἐρωταπαιγνίᾳ*.

P. 650. Thryllitius pro Thryllitſchius.

Pag. 6[illegible]. vero, poſt verba: *vixiſſe volunt*, textui inſerat: (no. 14.) Plura addenda & emendenda ad calcem Faſciculi quinti ablegamus.

Digitized by Google

NOVA LIBRORUM RARIORUM CONLECTIO,

QUI

VEL INTEGRI INSERUNTUR VEL ACCURATE RECENSENTUR.

FASCICULUS QUINTUS.



HALAE MAGDEBURGICAE. A. MDCCXVI.

IN OFFICINA RENGERIANA.

5

(5)

Digitized by Google

LIBRARY OF THE TAYLOR INSTITUTION
UNIVERSITY
5 APR
OF OXFORD

Digitized by Google

IACOBI HASAEI

U. J. D. & in Illuſtr. Athenaeo Bremenſi Philoſophiae Moralis Profeſſoris P.

DE

BERYTENSI JURECONSULTORVM ACADEMIA

Liber ſingularis

Quo

Nonnulla ſimul Iuris Civilis & aliorum ſcriptorum loca illuſtrantur.

HALÆ MAGDEBVRGICÆ,

PROSTAT IN OFFICINA RENGERIANA.

An. M DCC XVI.

Digitized by Google

Digitized by Google

Perquam Magnificis, Excellentiſsimis, Ampliſſimis & Conſultiſſimis

VIRIS

DN. WERNERO KÖHNEN

ICto & Conſuli,

DN. IO. HOLLER

ICto & Conſuli,

DN. HENR. MEIER

ICto & Senatori

Illuſtris Athenaei *Bremenſis*, iſti nuperrime, his vero cum maxime Curatoribus

SVMMIS SVIS MAECENATIBVS

IACOBVS HASAEVS

S.

Digitized by Google

POſtea quam quibusdam abhinc menſibus, iſtum, quem VOBIS, VIRI SUMMATES, offero, libellum, Halam Venedorum, quo typis ibi excuderetur, miſiſſem, nihil judicabam potuiſſe me tempeſtivius agere, quam ut haec laborum meorum primordia, Magnificis Athenaei noſtri conſtituendi *Duumviris* nun-

Digitized by Google

nuncuparem. Non, quod ego, meo me pede metiri ignarus, crediderim aliquid abs ingenio meo poſſe proficiſci, quod exaſciatae adeo perpolitaeque doctrinae viris offerri dignum eſſet; ſed, quod multae rationes, ponendum eſſe hunc pudorem, perſuaderent. Ex quarum magna ſegete, ſi unam modo depromam, cum iidem Ampliſſimi Senatus Patrii nomine Athenaeo noſtro, in quo ejusdem decreto ego publice Philoſophiam profiteor, praeſint, eoque nunquam non ſumma cum laude & maxima illuſtrium meritorum gloria defuncti ſint: iis potiſſimum otii negotiique mei rationes proxime & ſecundum DEum reddendas eſſe, exiſtimabam. Eo autem tempore, dum id animo meditabar, VOBIS adhuc Magnifice KOEHNEE, & ampliſſime MEIERE, ea cura Gymnaſii maximo

 meri-

Digitized by Google

merito veſtro commiſſa erat, quemadmodum & alter veſtrum eandem, fortunante DEo, praeclaris quibusvis ſtudiis exornat etiamnum. Exoſculabar idcirco mirificam propitii Numinis in nos benignitatem, qua VIROS doctrina non minus & prudentia, quam humanitate & promovendarum litterarum ſtudio conſummatiſſimos, *Curatores* Gymnaſio concesſerat, idemque, quo ea nobis gaudia diuturna eſſe jubeat, ſummis deſideriis, cum publico litterarum, tum privo nomine meo, comprecabar. Interea tamen temporis, bibliopola moras nectente, dum libellus ille, quem VESTRIS ſolum nominibus, AMPLISSIMI, quos modo compellabam, DUUMVIRI, inſcribere cogitabam, opinione tardius in publicam lucem prodit, contigit nuper, ut tertio die, ex quo

Con-

Conſulare quoddam funus efferendum fuit, ſimul magnificum Curatoris Athenaei munus ex patriis moribus in novum conſulem translatum, adeoque TIBI, Excellentiſſime KOEHNEE, ademtum iri, quod tanta cum ſollicitudine per *quatuor* integra *luſtra* ornaſti, acceperim. Quae in his non patriae modo, ſed & rerum noſtrarum anguſtiis, mearum fuerint partium, nemo erit qui non ex facili intelliget. Nimirum quo, quibus poteram, precibus ſupremum Numen venerarer, ut ex Ampliſſimo Ordine Senatorio cum Curia Conſulem, tum Lyceum noſtrum Curatorem non alium quam KOEHNEO, (quo nihil eſſe conſummatius tot rerum argumentis didicimus,) SIMILEM nanciſceretur. Dici autem vix poteſt, quantis poſtea laetitiis inceſſerim, ex quo ille ad me delatus eſt

Digitized by Google

nuntius, JOHANNEM HOLLERUM, illud Muſarum ac juſtitiae delitium, & grande praeſidium, conſulem & ſcholae ſimul ipſo jure Ephorum deſignatum eſſe. In quo viro, tantis eruditionis & civilis ſapientiae humanitatisque ſtudiis perpolito, cum rerum noſtrarum arbitrum DEum exactiſſime votis meis, rite antea conceptis, reſpondiſſe norint mecum omnes boni, non intermiſimus, quin, actis DEo gratiis, alia, pro TUA, JOHANNES HOLLERE, vir ſupremo iſto in Republica noſtra conſulatus honore digniſſime, pro TUA, inquam, incolumitate, quae Patriae ſimul communis eſt, vota nuncuparemus. Quandoquidem itaque ex eo tempore, quo ego publice in patrio Athenaeo docui, præter Magnificum KOEHNEUM, cujus digne vices excepiſti, & TE quoque,

Ma-

Magnifice HOLLERE, nuper ſcholarcham conſulem cum Athenaeum noſtrum, tum ego, ejus quaedam pars, fauſtis ominibus nacti ſumus, TIBI quoque iſtum de *Beryteñſi JCtorum Academia* libellum ſimul offerre cum debui, tum ut qui maxime volui perlibenter. VOS itaque non ſolum MAGNIFICI COSS. Sed TE quoque AMPLISSIME MEIERE, vir omnibus non minus doctrinae edecumatae, quam elegantiſſimae humanitatis & prudentiae numeris abſolutiſſimo, ſummum in modum cupio rogatos, uti exiguum hunc ingenii mei fœtum, quem VESTRO favori potiſſimum committo, tanquam obſidem ſummae meae erga VOS obſervantiae accipiatis. Sin minus ipſa opuſculi elaboratio, ſaltem, ſi a veſtra humanitate diſceſſero, ejus *argumentum* mihi quomodo promittit, eundem pari, qua me con-

Digitized by Google

ſueviſtis, benevolentia exceptum iri. Agit quippe de rebus litterariis atque *Academicis*, pro quarum ſalute VESTRA ſollicitudo nunquam non vigil eſt & excubans, & quidem de ea cum primis Academia, ex qua *Juris* diſciplina in qua VOS, ceterarum non neſcii, regnatis, tantis doctrinae augmentis per univerſum terrarum orbem fuiſſe propagatam oſtendimus. Quod ſupereſt DEus, VOS, EXCELLENTISSIMI VIRI ET SUMMI MAECENATES, ad prorogandos porro religionum, juſtitiae & eruditionis verae terminos, ad augendum Patriae decus, ad illuſtris ſplendorem Lycei, ad ampliſſimarum domuum VESTRARUM incrementum, & mearum quoque rerum grande praeſidium, quam diutiſſime jubeat eſſe ſuperſtites. Ita vovebam Bremae pridie Kal. Junias, Anni cIↄ Iↄ CCXVI.

JA-

Digitized by Google

JACOBI HASAEI
DE
BERYTENSI IURECONSULTORUM ACADEMIA
LIBRI SINGULARIS
CAP. I.
QUO PROLEGOMENA EXHIBENTUR.

Exordium, & inſtituti ratio §. 1. *Nomina* eorum, qui de hoc argumento *pauciſſima* ſcripſerant. §. 2. Cl. *Fabricii* promiſſa opera §. 3. Diſſertationis *partitio* & Summa. §. 4. De *Urbis Beryti commemorabilibus* alibi dicetur. §. 5.

§. I.

CUm nuperis diebus aliquid vaciui temporis nactus eram, quo, intermiſſis paululum ſeverioribus *Juſtitiae* & *Philoſophicarum* artium meditationibus, ad elegantia cultiſſimarum litterarum ſtudia, remiſ-

Digitized by Google

miſſio concedebatur, non potui non ſimul in earum adhortationum redire memoriam, quibus amici & neceſſarii id abs ingenio meo impetratum iri autumabant, ne ea, quae in hoc doctrinae genere me paſſim animadvertiſſe viderant, in publicam mittere lucem, ſubterfugerem. Tametſi vero ab eorum quoque ſententia tandem aliquando vt vt timida & dubia mente, non eram usque adeo alienus: Nihilo tamen ſecius ancipiti cogitandi cura detinebar, quodnam cumprimis argumentum, quo eruditorum hominum de noſtris qualibuſcunque conatibus explorarem ſententiam, elucubrarem. In eam denique veni cogitationem, cum ipſe *Juris* ſcientiam, quo in ea excolenda vitae tabernaculum collocem, amplexus ſim: In ea vero ab ineunte adoleſcentia fuerim perſuaſione, quam nondum ex animo meo proſcribere potui, nihil ad excolendas digne graviorum ſtudiorum diſciplinas aptius eſſe, quam ſi illis earum *litterarum*, quas *humanitatis* nomine cenſemus, cultus accedat: Nihil me poſſe tempeſtivius agere judicavi, quam ſi, una velut fidelia duos parietes dealbando, ejusmodi materiam pertractarem, qua fortaſſis nonnullæ ſimul *Juris Civilis* & *politiorum litterarum* partes illuſtrari poſſent.

§. II.

Dum vero ea propter *Hiſtoriae Juris* receſſus animo excutiebam, obverſabatur, neminem, quoad id mihi compertum eſt, BERYTENSEM IVRECONSVLTORVM ACADEMIAM, iuſtis laboribus explicuiſſe, dignam tamen multiplici nomine, quo non usque adeo inter eruditos ignobilis

& ſepulta velut quieſceret. Memineram enim, e eā de re *Joh. Strauchii* clariſſimi & eruditiſſimi Cti, querimoniam legiſſe in diſſertatione Brunſwigae . 1662. evulgata, qua tit. Cod. de *Metropoli Beryto* uſtrat. Cap. I. §. 1. Quanquam autem non eram eſcius, iam ante Cl. *Strauchii* editam hanc diſſertaonem, nonnulla de hac iuris Academia monuiſſe mpliſſimum *Conringium* in diſſ. I. Antiq. Academ. 18. & nuper *Baelium* in Edit. ſecunda Lexici Crit. 570. voce *Berytus* & *Menagium* Amoen. Iur. Civ. 24. Imo praeter hos viros ſummos, ipſum Cl. *Strauchium* quaedam hac de re monuiſſe, quae ejusdem iſſertationis, quam laudavimus, Cap. IV. §. 11 -18. & —27. tum Cap. V. §. 1—5. continentur. Vidi tamen ſimul, tantum abeſſe, quo eorum opera plene res ertractata ſit, ut, aliud agendo, modo pauculas arias ſpicasque ex magna rerum meſſe evulſerint, quam liorum laboribus reliquiſſe videantur. Quod ipſum el exinde quis facile pervidebit, cui noſtram hanc peram, ut ut exiguam, cum eorundem doctis anotationibus conferre adlubuerit. Ne dicam Cl. *trauchium*, alieniſſima his ipſis rebus, forte de inuſtria, intermiſcuiſſe. Sed hoc eo nomine dictum elim, quod ita ſentiam, quantum alii mihi hoc in laboris reliquerunt, tantundem & me aliis dubio rocul relicturum. Qui enim ego, non ignarus quam urta mihi ſuppellex ſit, ſperare aut dicere poſſem, ne omnem rem plene exhauſiſſe. Interea tamen, eticere nomina horum virorum, nefas duxi, quos ac de re aliquid litteris conſignaſſe peculiari quadam pera, ſcio: ne, conſpecto titulo ſolum, quiſpiam in eam,

Digitized by Google

tam, me horum compilaſſe ſcrinia, cadat ſuſpicionem.

§. III.

Propemodum tamen ab hoc ſtudio me revocaſſet *Ioh. Alb. Fabricius*, quem monuiſſe vidi Bibl. Graec. L. V. c. 1. §. 28. p. 247. ſe de Beryto, Iuris diſciplina celebri, ad Eunapium, cuius editionem ab ipſius induſtria avide expectamus, acturum. Qui quidem Vir eruditiſſimus cum ab iis, quibus ad hanc rem elucidandam opus eſt, praeſidiis ſit longe inſtructiſſimus, optandum foret, vt luculentae doctrinae copiam, qua gaudet, hic vellet depromere. Verum, ex quo viri huius humaniſſimi ſententiam rogaui, me certiorem fecit, ſibi tantum animum eſſe, quae ad vexati illius loci apud Eunapium de Anatolio in Vita Proaereſii facient lucem, annotare: Mihi vero autorem eſſe, quo de hac Academia plene, quoad otium eſſet, commentarer. Cumque eo tempore ipſe praeſens Hamburgi eſſem, laudare ſatis non poſſum, quantopere Vir Celeberrimus inſtructiſſimae ſuae Bibliothecae uſu, hos conatus noſtros promoverit.

§. IV.

Abſoluetur autem hoc ſchediaſma his potiſſimum partibus, ut primum ſollicite in huius Academiae *originem* excuſſis aliorum ſententiis, inquiram: Dein eius fata breviter ruſpabor. Tum, de *doctrina Iuris*, qua incluta maxime fuit, agam. Hinc illius *Acroateria*, *leges*, *privilegia*, ceteraque commemorabilia excutiam. Iis exactis, *Antecesſorum* numerum, qui illic *ius* docuerunt, & quorum nomina ad nos peruenerunt, recenſebo. Poſtea de *Academicis Ciuibus*, quos ibi ſtu-

ſtudiis *legum* dediſſe operam ſcimus, ſermocinabor, iisque cum *Theologis*, tum vero *Jureconſultis*. Denique de aliis claris & *eruditis Berytiis* civibus exhibita quadam Sylloge, pluribus te, Lector, morari, noſtra intereſſe non cenſeo.

§. V.

Decreveram quidem de *Vrbe Beryto* eiusque variis *rebus commemorabilibus* principio nonnulla exhibere, ejusque per omnia ſecula *Hiſtoriam* enumerare, quo lector, quam celebri fama haec fuerit Phoenicia vrbs & jucunda ſitu, intellexiſſet. Sed, cum ſecus ac putaram, majorem in numerum ea excreverint, quae hanc in rem congeſſi, quam vt praemitti libello poſſint, niſi capitonis inſtar monſtro haud abſimilem eum fingere animus eſſet, eadem alio & commodiore tempore exhibere, DEo annuente, potius fore judicavi. Interea tamen loci de hujus vrbis *nomine* pauca primum delibaſſe, non usque adeo improbatum iri ſperarem. Ad quam rem enarrandam, nunc nos accingimus.

CAP. II.

DE VRBIS BERYTI ETYMO, ET NOMINIS BEROES ORIGINE.

Berytus an ſit ex באר *puteus*. Urbes *beeroth* & aliae quae a *fontibus* nomen habent §. 1. an potius ex בירת quia *fortis munimentum* fuit. Hinc & *Birthae* urbis nomen eſſe, obſervatur. §. 2. Variae vrbes *Beryto* cognominae §. 3. Vrbs *Barathena* venit ex *Barath* & עין *ein* fons. Quod & in *Cyrene* aliisque animadvertitur §. 4. Berytus vocata *Beroe*. §. 5. Non a. ab *Euſebio* & *Stephano Byz.* contra *Grotium* & *Harduinum*. §. 6. *po-*

notantur quidam errores Nonni. §. 7. dicta eſt Beroe a *Macedonica* vrbe cognomina. Aliae vrbes Syriae quibus a Macedonicis nomen fuit. §. 8.

§. I.

BERYTI vocis origo, cum ea vrbs *Phoeniciae* fuerit pars, quin ex priſca quoque *Phoenicum* lingua eruenda ſit, nulla ambigo ratione. Praecipue, cum ea in re veterum ſcriptorum poſſim uti auctoritate. Stephanus enim Byzantinus, in voce *Βηρυτὸς*, dedit nobis *duplicem* huius vocabuli in lingua *Phoenicia* ſignificationem. Ex quibus, vtra eligi debeat, paucis diſquiremus. Earum prima eſt, quod ab *aquoſo* ſolo, vbi plurimi *putei* & fontes, nomen acceperit, quia *βῆρ* Phoenicibus notat *puteum*. Ἐκλήθη δὲ inquit, *διὰ τὸ ἔνυδρον.* Βῆρ γὰρ τὸ φρέαρ παρ᾽ αὐτοῖς ſcilicet Phoenicibus. Neque haec ſignificatio adeo inepta eſt; Primum, quia in lingua Hebraea & Syra באר *beer* notat *puteum*, quae vox in conſtructione pluralis numeri habet בארות *beeroth*, *putei*; unde conuenientia cum *beryt*, additaque Graeca terminatione, *Berytus*, facile apparet. Sic & Heſychius βῆρ τὸ φρέαρ, Σύροι. *Syri* PVTEVM *vocant βῆρ.* Accedit his, quod in Regionibus, quae ſub *orientem* ſolem cadunt, multae *vrbes* a *fontibus* & *puteis*, qui horum populorum lingua עין *en* & באר *beer* dicuntur, nomen ſuum nactae ſint. Exempla habes in *Berſabe*, באר שבא, *Enſemes* עין שמש & ſimilibus, de quibus vide celeb. *Braunii* diſſ. de DEO *Ἰαριβόλῳ*, quam inter Sel. Sacr. L. V. Diſſ. VII. reperies, §. 20. p. 799. Augent huius etymologiae probabilem rationem, quod ſimilis nominis, & eiusdem

dem ſorte originis, vrbes alibi reperiantur. Sic Ioſuae XVII, 25. habemus בארות *Beeroth*, vbi Alexandrini βηρωθὰ aliique Codd. βηρὼθ & βεηρὼθ. Habemus & vrbem ברותה *Berotha* Ezech. XLVII, 16. vbi Alexandrini Μααβθηρὶς, ſed rectius quidam codd. βηρωθάμ & βηρωθὰ, quae fortaſſe vrbs eſt βηρώθη, quam in Galilaea ſuperiori prope *Kades* fuiſſe tradit Ioſephus A. I. L. V. c. 1. vti & de prioris loci ſitu, praeter Geographos, conſulere potes Euſebium de Nom. & loc. Hebr. qui *Nicopolim* fuiſſe dictam tradit.

§. II.

Quicquid huius ſit, potior tamen altera vocis *Beryti* ex eadem lingua denominatio videtur, quam Stephanus Hiſtiaei & Helladii teſtimoniis confirmat; Nimirum a vocabulo βηρὺτ, quod Phoeniciis *robur*, *fortitudinem* denotat. ἱστιαῖος δ' ἐν τρίτῃ, inquit, τὴν ἰσχὺν βηροὺτ Φοίνικας ὀνομάζειν, ἀφ' ἧς καὶ τὴν πόλιν, ὡς Ἑλλάδιός φησιν. Docuit enim vir ſummus S. Bochartus Can. L. II. cap. XII. p. 743. & cap. XVII. p. 775. vocem βηρὺτ ſiue בארות *beruth* venire ex אביר *Abir*, quae *validum* quidvis & cui ἰσχὺς adeſt, indicat. Ea enim in plurali habet אבירות *Abiruth*, unde abjecta prima littera, quae re nihil in Hebraea lingua frequentius, venit בירות *biruth* & בארות *beruth*. Vnde haec vox eadem eſt cum בירה *bira*, ſiue vt Chaldaei vocant בירתא *birtha*, *civitatem* denotante. Adeoque Berytus origine ſua *fortem munitamque* vrbem ſignificaret, vti eandem quoque Nonnus L. XLI. Dionyſ. aliique late deſcribunt, non

Digitized by Google

ſolum ut pulcherrimam, ſed & *munitiſſimam*. Confirmant hanc rem quae de *Birtha* Meſopotamiae quadam vrbe (eſt enim *birtha* ejusdem originis ac *beruth* variante pro diverſa dialecto pronuntiatione) dicit Ammian. Marcell. L. XX. c. 18. qui tamen eam *Virtam* vocat, V pro B poſito, eamque vt validiſſimam vrbem a Perſis fruſtra oppugnatam fuiſſe refert. *Rex Virtam adoriri diſpoſuit*, inquit, *MUNIMENTUM valde vetuſtum, vt aedificatum a Macedone credatur Alexandro, in extremo quidem Meſopotamiae ſitum, ſed MURIS velut SINUOSIS & CORNUTIS inſtructioneque varia INACCESSUM.* Unde ego hanc *Birtham* cenſeo exinde illud nomen nactam eſſe, & a Borcharti ſententia divortium facere cogor, qui illud ex Chaldaico בירתא *biretha*, qua *plateae*, ex quibus vrbs conſtat, inſigniuntur, deduxit Phal. Lib. IV. cap. XXI. p. 157.

§. III.

Nec mediocriter in hac me ſententia confirmant variae vrbes, quae, huic *Beryto* cognominae, ex eadem dubio procul origine nomen nactae ſunt. Eas tamen a *fontibus* accepiſſe nomen non vsque adeo probabile eſt, ac quidem a *munita* earundem ſtructurae facie, vtpote cum haec *generalior* ratio ſit pluribus vrbibus non adeo diſconveniens. Sic & *Troiana* quaedam vrbs fuit *βέρυτις* cujus Stephanus h. v. meminit. In Lycaonia quaedam *Barathe βαράθη*, vel *βερέθη* vt aliis vocatur, de qua vid. Cellarii Geogr. Ant. L. III. c. IV. p. 205. & alia *Perte* in eadem regione. Pariter, *Barathiam* quandam prope Syrtes in Africa memorat Ptolemaeus. Imo, oppidum Arabiae *βηρυτὲν*

cu-

:uius gentile aeque ac noſtrae vrbis ſit Βηρύτιος, ·efertur a Stephano Byz. in Βηρυτός. Idem nomen ·ſt oppidi cuiusdam Aethiopiae ad Nilum quod Strab·oni Βερηθὶς *Berethis* audit L. XVII. p. 565. Sic & diverſa eſt ab illa *Birtha* Meſopotamiae, de qua antea, ·lia in Arabia deſerta prope Thapſacum ad ripam Euphratis.

§. IV.

Litem vero omnem dirimet fortaſſe vrbs *Barathena* quam ad felicis Arabiae montes collocat Ptolemaeus. Cenſeo enim illam ex ברות *barath* ſive בארות *beeroth* & voce עין, quae *fontem* notat, compoſitam eſſe. Unde prius nomen non potuit ex באר *fons* ſive *puteus* deſcendere, quia ea adeſt in voce עין ſignificatio, a qua neceſſe eſſe, quo τῦ *barath*, diverſae ſit, liquido ſatis apparet. Ne tamen cuiquam videatur mirum, me vocis *Barathena* vltimam partem ex עין *Een fontem* deducendam eſſe contendere, id a rei veritate non alienum eſſe, paucis quibusdam ſimilibus exemplis efficiemus. Habemus enim ſimili ratione vrbem in tribu Ruben בעל מעון Num. XXXII, 8. Joſ. XIII, 17. cuius vltima vox eſt ab עין *fons* vid. Cl. Braunium l. c. §. 19. Idem obſeruo in etymo vrbis Africae *Cyrenes* a Batto conditae ad fontem *Cyram* Κυρῆς πηγῆν de qua Steph. Byzantinus in Κυρήνη. Obſervat enim Illuſtriſſimus Spanhem. ad Callim. H. in Apoll. v. 88. Euſtathium ad Dion. Perieg. v. 32. ejus ſub nomine Κύρης πηγῆς *Cyrae fontis* hoc eſt קיר עין meminiſſe. Eadem quoque terminatio Phoeniciae originis in *Pirene*, celebri adeo fonte, aliisque poteſt obſervari, quae latius excutere hujus

B 2 non

non adeo loci eſt. Ex his vero ſingulis vocis *Beryti* etymon a *βηρὸτ*, quod notat *ἰλὺν*, quam a *βηρ* hoc eſt *φρέαρ*, contendimus eſſe veroſimilius.

§. V.

Illis itaque miſſis, ad alterum huius vrbis nomen, quo etiam inſignitur, illuſtrandum paucis accedimus. Illud eſt BEROES, quod eam a Nympha *Beroe*, quae Semeles, matris Bacchi, nutrix fuit (vid. Hygin. fol. 167. & 179.) accepiſſe fabulatur Nonnus L. XLI. Dion. p. 1074. cum ipſi dicitur *Beroes*.

> Νύμφης ὀψιγόνοιο φερώνυμος, *ἣν μετανάσται*
> *Υἱέες Αὐσονίων ὑπατήϊα φέγγεα Ῥώμης*
> Βηρυτὸν *καλέουσι* - - - -

eidem & alibi audit *πρωτοφανὴς* ΒΕΡΌΗ, totoque libro XLI. eam vocat fere nullo alio quam *Beroes* nomine, vt ex locis, quae ſubſequentibus ſectionibus citabimus, apparebit. Eodem nomine vocatur quoque in Epigrammate Theaeteti in Iulianum ICtum L. IV. Anthol. tit. 1.

> *Τοῦτον Ἰουλιανὸν νομικῆς φάος, εἴπατε ἰδοῦσαι*
> *Ῥώμη καὶ* ΒΕΡΟΗ - - -

Pluribus haec non tangimus quod notata jam ſint Scaligero in Euſeb. p. 130. & Menagio in Amoen. Iur. Civ. cap. XXIV. p. 134. Ed. Franeq. ubi tamen alter locus, quem ex Nonno citat, non L. III. ſed XLI. Dionyſ. legitur. Memini quidem ab aliis alia ſcriptorum loca, quo Berytum *Beroen* vocari comprobarent, in praeſidium vocata eſſe. Neſcio tamen,

an

in Cl. Harduinus ad Plin. L. V. c. 30. recte Euſebium in Chronicis, & Guil. Grotius in L. de Vitis ICtorum L. II. c. 6. p. 144. Stephanum Byzantinum citaverint, quo nomine vtrique jam vapularunt P. Baelio, qui hanc in Lex. l. c. addit ἐπίμετρον. *Le temoignage meſme ne ſerve point de preuve. Car je n' ai point trouvé qu' Euſebe ni qu' Etienne de Biſance diſent cela.* Plura hic Baelius non notat.

§. VI.

Sed age, indagemus utriusque celeberrimi viri erroris fontem, qui Baelium latuit. Grotio enim dubio procul fraudi fuit, quod, cùm apud Stephanum reperiſſet in v. Βερόη. ἔστι καὶ πόλις ΣΥΡΙΑΣ ἀφ' ἧς Βασιανὸς ἄριστος ῥήτωρ. putaverit eum de hac Beryto loqui, cum illa *Beroe* ſit altera *Beroea*, prope *Chalcida* de qua vid. Cellarii Geogr. Ant. L. III. c. XII. p. 430. Pari vero ratione & Ortelius ad illum locum utrasque vrbes confudit. Illius enim vrbis incolae, cuius ibi meminit Stephanus, dicuntur Βεροιαῖοι, eorumque gentile eſt Βεροιεύς, vt ibidem monet idem autor. Ex quo ſatis patet eam a noſtro Beryto diverſam eſſe, cuius cives dicuntur Βηρύτιοι ſicut Αἰγύπτιοι & Αἰγυπτεοι, eodem monente in Βηρυτός. Primum vero, has vrbes diverſas eſſe, vt vt in eadem regione ſitas, animadvertit Scaliger ad Euſebium p. 130. qui tamen ab eodem errore vir ſummus ſibi temperare non potuit, quo minus eaſdem ſecum invicem eopſe loco permutaverit. Cenſet enim *Beroean*, de qua loquitur ibi Euſebius, eandem cum hac *Beryto* eſſe. Euſebium tamen de alia longe loqui Beroe exinde manifeſtum eſſe cenſeo, quod eam re-

ferat inter vrbes *Laodiceam*, *Seleuciam*, *Apamiam*, *Edeſſam* & *Pellam* quas SELEUCUS CONDIDIT, quod ipſum huic prope Chalcida contigit. Noſtram autem Berytum Seleuco longe eſſe antiquiorem alibi comprobabimus. Idem vero hic Euſebii locus, & ſummi Scaligeri auctoritas, fraudi fuere, vt puto, cl. Harduino, quod *Berytum* ſub *Beroes* nomine apud *Euſebium in Chronicis* occurrere ſcripſerit.

§. VII.

Dum vero in huius vocis Beroes *originem* inquiro, primo caſtigandus eſt Nonni error, qui, loco §. 5. citato, eam vrbem a Græcis *Beroen* a Romanis *Berytum* vocari profitetur. *Beryti* enim vox, cum *phoenicia* ſit, dubio procul prima eſt, & verum vrbis nomen. Tum, non modo Latini, ſed & Graeci, eandem Berytum βηρυτὸν vocant, vt neminem ex ſcriptorum mille locis fugere poteſt. Contra enim, quod ſcio, omnes Graeci autores, qui *proſa* ſcripſere oratione, vocant illam βηρυτὸς; Nonnulli contra *poetae* βερόην; Nullus inde dubito, quin *Beryti* nomen *Beroes* longe ſit antiquius. Neque etiam audiendus pariter Nonnus, qui vrbem a Nympha *Beroe* nomen nactam eſſe, vt ſolet, fabulatur.

§. VIII.

Non levi autem conjectura ducor, Berytum vocatam eſſe primum *Beroen* tempore *Seleucidarum* ob nominis cum *Beroea* βέροια, *Macedoniae* vrbe celebri, affinitatem, de qua, praeter cetera loca ſcriptorum, mentio eſt Actor. XVII, 10. 13. Idem & alteri prope Chalcida Beroeae Syriae vrbi contigit. Solen-

lennis enim mos erat Macedonibus Seleucidis, *Syriae* vrbes novis exornare *Macedonicarum* civitatum nominibus, pari ratione vti in vtraque India Hiſpanis Anglis, Batavis, Gallis, vt ſuarum regionum nomina peregrinis impoſuerint, moris fuiſſe novimus. Sic *Cyrrhus* Κύῤῥος vrbs Syriae, vnde *Cyrrheſtica* regio eſt, nomen habuit ab vrbe Macedoniae *Cyrrho* & populo Κυῤῥηςῶν *Cyrrheſtarum*. Pariter in utraque regione, tam Syria quam Macedonia, fuit vrbs *Chalcis*. Eſt & alia vrbs Macedoniae, alia Syriae, cui *Europi* nomen eſt, vt Stephanus Byzant. in Εὐρωπὸς animadvertit. Sed quid multis? Teſtis ſatis luculentus eſt Appianus qui ita p. 201. loquitur ἐν τῇ Συρίᾳ πολλὰ Μακεδονικῶν πολισμάτων ὀνόματα, Βέῤῥοια, Ἔνδεσσα, Πέρινθος. *Syria plena eſt MACEDONICARUM civitatum urbibus COGNOMINIBUS. Berrhoea* &c. Pluribus haec & alia de vrbe hac commemorabilia ideo nunc pertractare latius vel exinde animus parum eſt, quod ad ipſius *Academiae* perluſtrandam dignitatem feſtinemus.

CAP. III.

DE BERYTENSIS ACADEMIAE ORIGINE.

Dudum eam *ante* Juſtinianum conditam fuiſſe oportet. §. 1. *Sc. Gentilis* ad *Auguſtum* refert, ſed non recte probat ex Ulpiano §. 2. alii ad *Hadrianum*. § 3. Menagius ad *Alex. Severum*. §. 4. Cujus argum. examinantur. §. 5. Noſtra ſententia, eam aetate *Auguſti* conditam eſſe, ex abſtruſo quodam apud Nonnum Vaticinio eruitur. §. 6. 7. Quae ejus veroſimilitudini obſtare videntur

dentur, diluuntur, & in contrariam partem probantur argumentis. Nonnulla de *Romano orbis Imperio.* §. 8. 9. 10. Non longe orta eſſe videtur a XII. Auguſtei Imp. anno poſt *pugnam Actiacam*. §. 11.

§. I.

In hac ipſa BERYTIENSI Celeberrima ad mediterraneum mare vrbe Phoeniciae, IVS ROMANVM olim ſtudioſis iuuenibus traditum eſſe, multis autorum veterum locis edocemur. Imprimis notum eſt, *Iuſtinianum* Imperat. quos per Tribonianum atque ſocios compilari iuſſit, exactaque opera in lucem protrudi, Iuris Ciuilis *libros*, huius quoque Academiae Anteceſſoribus de nota meliori commendaſſe, atque vt eos publice interpretarentur, imperatorio decreto ſanciuiſſe. Vid. Conſtitutiones, quas *Digeſtis* praemiſit, in tit. *Cod. de Vet. Iur. Enucl. L. 1. tit. 17.* Ex quibus compertum eſt maxime & peruulgatum omnibus, *Iuſtiniani* tempore, cumprimis inſignem & celebrem fuiſſe hanc Academiam. Earundem ſimul conſtitutionum verbis docemur, hanc tamen ſcholam minime *huic* Imperatori debere ſua *incunabula*; ſed eadem *priorum* principum aeuo inueſtiganda eſſe. Iuſtinianus enim, reparaturus de integro priuilegium huic iam vrbi olim conceſſum *quod iſtic* SOLVM *in prouincia leges doceri* placeat, ita loquitur in §. 7. *Prooem. Dig. ad Anteceſſores de rat. doc. Iuris* quod Conſtantinopoli XVII. Kal. Iun. A. DXXXIII. prodiit, monens. Priuilegium illud vrbi huic *iam a RETRO PRINCIPIBVS conſtitutum eſſe*, prohibetque poſtea ne ALIIS *in locis ius explicetur quae a MAIORIBVS tale non meruerint priuilegium.*

Digitized by Google

§. II.

Multam exinde aeuo noſtro rem eandem eruditis negotii vim feciſſe ſcimus, ſicubi cui quam felici adeo eſſe licuerit, quo veros eius natales, quos dudum ante Iuſtiniani tempora illuxiſſe oportet, deprehendat. *Scipio Gentilis*, vir eruditiſſimus, in c. IX. L. I. Parerg. Iuris, eam ad AVGVSTI aetatem euehit, cuius beneficio ea vrbs hanc felicitatem nacta ſit. Quanquam tamen ipſe ab hac ſententia non alienus ſim, Academiam hanc ſuam debere *Auguſto* originem, vt poſtea diſquirere animus eſt: Vellem tamen virum doctum rem hanc aliunde comprobaſſe, quam ex *Vlpiani* fragmento, ex *Lib. 1. de Cenſibus in L. 1. §. 1. ff. de Cenſib.* Ibidem enim loci nulla omnino, neque *ſchola Berytiae*, neque eius *doctrinae iuris* mentio fit; ſed tantummodo in hanc vrbem *Coloniam Romanam* deductam eſſe, *& Ius Italicum* eandem accepiſſe *beneficio Auguſti* commemoratur. Quae tamen ad hanc ſcholam iuris probandam, non vsque adeo explorata ſunt.

III.

Ex aliorum ſententia oportet hanc ſcholam floruiſſe minimum temporibus HADRIANI. Simul atque enim vetus Epigramma in *Iulianum Anteceſſorem Berytium*, de quo cap. VIII. erit diſquirendi occaſio, in *Salvium Iulianum* celeberrimum perpetuorum edictorum editorem ſcriptum volunt, vt *Bertrandus*, *Brodaeus*, aliique; fateanturquoque neceſſe eſt, temporibus *Hadriani*, quibus Salvius Iulianus vixit, Berytienſium Athenaeum iam fuiſſe conditum. Sed cum

alium Iulianum iſtic loci, & longe recentioris æui,
intelligendum eſſe ab aliis iam oſtenſum ſit, de quo
poſtea, eo minus ſententiæ huic refutandae princip...
nobis immorandum eſt.

§. IV.

Diuerſus ab his *Aegidius Menagius* eam no
longe ante ALEXANDRI SEVERI ortam fui...
tempora coniicit: partim exinde, ſi beneficium ſt...
dii legum iamdudum hanc aetatem Seueri ſuper...
ſet, ex quo conceſſum primum eſt, quod hanc re...
admodum inſignem, prioris aetatis ſcriptores ſil...
haud praeteriuiſſent; *partim* quod his ſilenti...
primus, vt putat, Gregorius Thaumaturgus eius m...
minerit. Eum vero Gregorium Alexandri Se...
aetate floruiſſe. vid. eius Amoen. Iur. Civ. cap. XV...
p. 135.

§. V.

Elegans quidem iſta viri doctiſſimi eſt ob...
uatio. Attamen, quod exinde conficere velit, ...
multo ante Alexandri Seueri tempora ſcholam Be...
tienſem conditam eſſe, argumentis vtitur non v...
adeo probabilibus. Gregorius enim Thaumatur...
in Panegyrico ad Origenem de ea non velut de...
centiori Academia ſermocinatur, ſed huiusmodi, q...
dudum per orbem terrarum fuit *celeberrima*. Vnde...
in eam, ad capiendum doctrinae iuris cultum, conf...
voluiſſe, eadem oratione commonefacit. Vt adeo ex...
verſo potius concluderem, ſiquidem illa ſua aetate...
cens inaugurata eſſet, aut non longo abhinc temp...
eum id ipſum verbo dubio procul monuiſſe. Neque...
iam ex prioris aetatis ſcriptorum ſilentio, eam ade...
vam eſſe, aliquid ſolidi excluditur. Obſeruan...

Digitized by Google

enim eſt, non hic de re litterarum elegantiorum aut politices agi, quarum res commemorabiles tamen abs coaeuo ſcriptore vix vbiuis commemoratae ſunt; Sed de Academia ſermonem eſſe, vbi *ius* docebatur. Qua vero de re potiorem in orbe litterario nanciſcimur conquerendi cauſam, quam omnem paene de rebus veterum *iuridicis* Hiſtoriam, vna cum millenis veterum ICtorum libris, irreparabili iactura, periiſſe? Quocirca, nemini poſſet videri mirum, ſi eam rem, ante hanc aetatem, nullibi memoratam eſſe, comperiamur. Si enim hic ipſe Gregorii Panegyricus periiſſet, quod, quo minus fieri potuerit, non video, aut is animi ſui ſententiam, quod legum cauſa Berytum proficiſci voluerit, non enarraſſet, utpote quam modo παρέργως referat; Ex eadem Menagii ſententia ad longe inferiorem ætatem deprimendi eſſent ejus ſcholæ natales, ſiquidem ex primo quodam de re teſtimonio, eam *antea* non extitiſſe, legitima poſſemus uti ratiocinatione. Attamen, non usque adeo veram eſſe Menagii ſententiam Gregorium Thaumaturgum *primum* ejus meminiſſe, ex illuſtri quodam *Iuvenalis* loco, qui Domitiano imperante floruit, Cap. ſeq. efficiemus.

§. VI.

Atque hæc ſunt eruditorum de hujus ſcholae primordiis ſententia. Ex quibus, cum nulla rebus ipſis ſatisfaciat, videamus numne certioribus quibusdam argumentis in *prima* ejus *exordia* queamus deſcendere. Miror itaque Menagii, ſummi viri, vt cæteros taceam, diligentiam fugiſſe, inſignem quendam *Nonni* locum ex L. XLI. Dionyſ: (quem tamen librum ibidem loci ali-

li-

Digitized by Google

liquoties citat) ex quo, ſi quid ego video, *certam* ejus *aetatem* eruere poſſumus non infeliciter. Refert enim Nonnus, antiquiſſimis temporibus extitiſſe vaticinium, Jovem, *poſtea* quam *Auguſtus devicisſet CLEOPATRAM*, conceſſurum *Romae* orbis *imperium*: BERYTO autem LEGVM cuſtodiam. Neque enim antea peccata hominum expunctum & peſſum datum iri, donec *Beryto* doctrina *Iuris* & *aequi* conceſſa, ea vrbs ſervaret caeteras, utpote quae cuſtode *Legum* muro circumducenda eſſet. Verba poetae haec ſunt. p. 1074.

Σκῆπτρον ὅλης ΑΥΓΟΥΣΤΟΣ ὅτε χθονὸς ἡνιοχεύσει,
ΡΩΜΗι μὲν ζαθέῃ δωρήσεται Αὐσόνιος Ζεὺς
ΚΟΙΡΑΝΙΗΝ. ΒΕΡΟΗ δὲ χαρίζεται ἡνία ΘΕΣΜΩΝ
Ὁππότε θωρηχθεῖσα φερεσσακέων ἐπὶ νηῶν
φύλοπιν ὑγρομάθοιο κατευνήσει ΚΛΕΟΠΑΤΡΗΣ
Πρὶν γὰρ ἀτασθαλίῃ πτολιπόρθιος οὔποτε λήξει
Εἰρήνην κλονέουσα σαόπτολιν, ἄχρι ΔΙΚΑΖΕΙ,
ΒΗΡΥΤΟΣ βιότοιο γαληναίοιο τιθήνη
Γαῖαν ὁμοῦ καὶ πόντον ἀκαμπέϊ τείχεϊ ΘΕΣΜΩΝ.
Ἄστεα πυργώσασα μία πτόλις ἄστεα ΚΟΣΜΟΥ.

Cum Auguſtus totius terrae imperium nanciſcetur
Summus Jupiter ROMAE quidem dabit
Imperium, ſed BEROE concedit FRENA LEGUM
Quando armata ſcutiferis navibus
Pugnam navalem ſopiet CLEOPATRAE.
Prius enim delictum vrbes devaſtans
Pacemque turbans, quae vrbes ſervat, nunquam quieſcet:
Vsque dum BERYTUS, vita tranquilla nutrix
TERRA ſimul marisque res IUDICABIT, atque

Non

Digitized by Google

Non flexo LEGUM muro, urbes
Mundi totius, una urbs aedificabit.

§. VII.

Cum illud Nonni vaticinium non exiguum oſtræ ſententiæ fundamentum ſit, merito illud ali- ua luce reddimus illuſtrius. Unde primum ejus oc- aſionem recenſebimus, tum a quibusdam objectioni- us, quas ei regeri poſſe videmus, vindicabimus. Occa- o haec eſt. Poſtquam Nonnus L. XLI, multa de urbis *EROES* (quo nomine *Berytum* appellari Cap. II: §. fin. vidimus.) longiſſima antiquitate retuliſſet; eam- ue cum *Nympha* Beroe, matre Bacchi, in compara- ionem adduxiſſet; narrare, ſeu potius fabulari, pergit, *'enerem* hujus Nymphæ Beroes conſpecta *eloquutiori orma*, probataque ejus flexanima ſermonum eloquen- ia, cœpiſſe *urbes* varias animo circumvolvere *legum*, ibidines hominum pravas ſanctionibus coercentium, *loctrina* celebres, quarum aliquam Beroes nomini fa- eret ἐπώνυμον. Quapropter clara illa Cypri Paphi- ue Dea urbem *Athenarum* animo meditatur, cogi- ans *Solonis leges* Athenis eſſe promulgatas, quæ tot ıala proſcripſerunt. Inde Athenas profecta celeri i- inere Venus, intrat *Harmoniae* domum, quæ rerum o- ınium fautrix ferebatur. Simul atque autem cum ea de rbe futura *legum nutrice* ſermones confert, adhibi- is ſimul *Aſtraea*, quæ θεμιστοπόλων τροφὸς ἀνδρῶν, k *Mercurio* ἐννόμῳ, conſilii adjutoribus v. pag. 1079. /enus orditur colloquium, Harmoniam alloquens.

Εἶπε τίνι πτολίων ΒΑΣΙΛΗΙΔΟΣ ὄργανα ΦΩΝΗΣ
Λυσσαλέων ἀτίνακτα φυλάσσεται ἡνία ΘΕΣΜΩΝ
Dic qua in urbe inſtrumenta regiæ voluntatis
LEGUM inconcuſſa frena cuſtodiantur.

Digitized by Google

Refert autem ſibi ante *trecentos* annos, Iouem cum Iunone iungenti connubio, in operæ præſtitæ præmium a Ioue pollicitum eſſe, quos θέσμια δίκης μιαν πτολίων ὧν ἔλαχον h. e. *una earum civitatum quæ Veneris imperio ſubditæ erant* acceptura eſſet *Iuſtitiæ cultum ac præſidium*; qui locus, (ut omnia fere) peſſime ab interprete acceptus eſt. Cum τὸ ἔλαχον reddidit *ſortitus eſt*, non videns ad Venerem eſſe referendum. Venus varias vrbes excutiens animo, quæ eam ut tutelarem Deam venerantur, pergit interrogare Harmoniam.

- - - ποθέω δὲ δαήμεναι εἰ χθονὶ Κύπρε
Ἠὲ Πάφῳ τάδε δῶρα φυλάσσεται, ἠὲ Κορίνθῳ
Ἢ Σπάρτῃ (Λυκόεργος ὅθεν πέλεν) ἠὲ καὶ αὐτῇ
Κούρης ἡμετέρης ΒΕΡΟΗΣ εὐήνορι ΠΑΤΡΗ.

h. e. *ſcire cuperem ex te* Harmonia, *utrum* Cyprus, *an* Paphus, *num* Corinthus *vel* Lacedæmon *ex qua Lycurgus ortus eſt*, *num vero Nymphae* BEROES PATRIA (hoc eſt *Berytus*, cui etiam Venus imperabat) *hanc nactura ſit felicitatem*. Harmonia Venerem iubet quieto eſſe animo, dicitque ſe *ſeptem* antiquis ſcripta in *tabulis*, totidem Planetis ἐπωνύμοις, ſervare *futura totius mundi fata*, dudum egregiis ibi vaticiniis prædicta, quæ Vates celebris *Ophion litteris Phœniciis* (γράμματι Φοινικόεντι h. e. *vel antiquiſſimis* vel certe *Hebraicis* priſcis ſiue Phœnicis,) quondam exaraſſet. v. p. 1072. Quas ſimul atque oſtendit Veneri tabulas, illa antiquiſſimarum perluſtrans vrbium futuri aevi fata, ſtatim vidit hoc ipſum Ophionis commemorabile valde de Vrbe *Beryto* antiquum vaticinium ſcriptum in tabula rubicundo minio, quod priori §. exſcripſimus.

Digitized by Google

§. VIII.

Sed quibus, inquies, rationibus ex his, veluti pictorum pergulis, ubi veri nihil, omnia ficta eſſe videntur, aliquid quod certæ & genuinae hiſtoriæ in locum recenſeam, expiſcaberis? Id ut accipias brevibus, rogo. Sicuti enim negare non poſſum, nec volo, Nonni poematis pleraſque circumſtantias de Bacchi in Indiam expeditione, tum hanc ejus partem de Beroe & *cauſa* conditae Berytienſis Academiae de qua §. 7. à poeta confiсta eſſe more ipſius & poetarum ſolenni. Ita pariter illis aſſentiri non poſſum, qui his fabularum involucris nihil veri certique ſubeſſe forſan augurarentur, Vnde, cum ea quidem, quæ de antiquo vaticinio ludit, poeticæ debeantur fingendi licentiæ, non tamen pariter CERTVM TEMPVS condendae hujus ſcholae nominat, nempe poſt *Cleopatram ab Auguſto devictam* & adeptum *Romano* principi *orbis imperium*, merae fabulae ſunt. Imo ejus rei *cauſa* cum fingat omnia: non video quid rationis impediat, quo minus judicemus hic *verum* hujus ſcholæ *principium* indicari. Nonnus enim primam ejus originem ſua aetate ſcire optime etiamnum potuit. Dein, cum ejus *natales* celebrare carmine *data opera* voluit, dubium vix eſt, quin in eam rem *ſtudio* inquiſiverit. Quam, ſi ſcivit, cur ipſi fidem denegabimus, aut in aliud aevum, eo invito, detrudemus, aut denique eum non candide indicaſſe illud judicabimus? Sciviſſe eum autem rem optime ex inde decerno, quod *certae* aetati aevi Auguſtei eandem adſcripſerit, quam ſi neſciviſſet, qui temere determinaſſet, cum quotidie ex documentis aliis falſi argui & erroris potuiſſet.

IX.

IX.

Porro cum *alteram* ejusdem *partem* vaticinii *ve-riſſimam* eſſe ſciamus, nimirum *Romam* poſt *Actiacam pugnam* maxime vindicaſſe ſibi *Orbis imperium*: *alterius* quoque partis *veritatem* integram, concludimus eousque, dum falſi melioribus argumentis conuincamur. Aut enim haec cum illis ſunt habenda, vt Terentii verbis vtar, aut haec cum illis amittenda ſunt. Quem vero fugeret poſt *Actiacam* victoriam Romanos imperii ſui terras ſplendido *τῆς οἰκυμένης orbis habitabilis* titulo inſigniviſſe, v. Lu II, 1. Matth. XXIV, 14. & Imperatorem Rom. cari in *l. 9. ff. ad L. Rhod. de Jactu*. Κύριον τῦ κό-σμυ *mundi dominum*, ad quam legem hac de re p nisſime egit peculiari diſſertatione Illuſtris *Coccejus* ter. Ubi, cum ea quae in rem hanc congeri p ſunt, exhauſerit, video tamen ſummam ipſius in ſtriam egregium hunc Nonni locum fugiſſe, qui mnium princeps eſſe poteſt. Addi iis quoque p ſet celebris Fl. Ioſephi hiſtorici ad Fl. Veſpaſian allocutio. Cum enim is, notum illum, qui per entem & vicinas regiones tum temporis circum rebatur, de exorituro novo orbis totius reges ru rem, blanditiei & adipiſcendi favoris cauſa, in V ſpaſianum cadere pronuntiaret, ita Imperatore p ſente fatur. ΔΕΣΠΟΤΗΣ δὲ ὐ μόνον ἐμῦ σὺ, ἀλ καὶ ΓΗΣ, καὶ ΘΑΛΑΣΣΗΣ, καὶ ΠΑΝΤΟΣ ΑΝΘ ΠΩΝ ΓΕΝΟΥΣ. *Nam DOMINUS quidem non solius es tu CAESAR, verum etiam TERRAE M RISQUE ac TOTIUS HUMANI GENERIS.* re rente ipſo L. III. de Bell. Jud. cap. XIV. p. 754. c

Digitized by Google

L. VII. cap. 12. p. 961. & in vita ſua p. 584. Hinc quoque *ROMA* vocatur CAPUT ORBIS TERRARUM *in l. 1. (de Vet. Jur. Enucl.* §. 10.) & *βασιλεύουσα* ἉΠΆΝΤΩΝ *πόλις* ΜΗΤΗΡ, quae quidem *omnibus* leges dat, ſed nullas a quapiam recipit, a Iuliano Imp. orat. 1. p. 5. & inde *Romana* lingua vocatur *βασιλικὴ dominans*, a Gregorio Thaumat. Paneg. in Orig. p. 165. Ed. Mog. quae, cum vbique terrarum in uſu ſit, laudatur quoque quod ſit *συσχηματιζομένη τῇ ἐξουσίᾳ τῇ βασιλικῇ conveniens maieſtati tanti imperii*: Et quæ huiusmodi plura ſunt.

§. X.

Parum autem feliciter hic quispiam proficiet, ſi negerat, *ſolius* Nonni longe recentioris aevi ſcriptoris teſtimonio, quo vtimur, rem hanc ſtare & cadere non poſſe. Eum enim eorum quae §. 5. & 8. monui memorem eſſe volo: & cogitare praeterea, rerum eſſe innumerabilium copiam, de quarum veritate dubitare velle inconſulto Pyrrhoniſmo accenſeri poſſet, tametſi *ſemel* & a recentiori longe ſcriptore conſignata ſunt. Vnde me aliquando legiſſe memini, viro cuiquam erudito placuiſſe περὶ τῶν ἁπαξλεγομένων librum conſcribere, earumque veritatem ab aliorum illiberali incredulitate defendere. Quod ſi vero & mihi coniectura quadam firmiorem reddere ſententiam meam liceat non ab eo alienus eſſem, qui affirmaret, eo tempore Augusti, quo totus fere orbis Graecus Aſiaticus & Africanus imperii pars erat, & *legum* Romanarum inde *frenis* ſimul regebatur, probabilem quandam rationem depoſcere, vt non modo Romae, ſed & in diſſitæ

Digitized by Google

quodammodo abhinc *vrbe* provinciali, *leges hæc doceantur*, cum omnibus minime commodum eſſe potuerit, ex vltimis prouinciis in Latium vsque ea de cauſa tam magnum iter emetiri.

§. XI.

Si itaque Nonni ſequimur autoritatem, Berytienſem ſcholam paulo poſt *Victoriam Actiacam* conditam eſſe aſſerentis, ſimul unumquemque confiteri oportebit, non longis a XII. Imperii Auguſtei annis, Scholam illam erectam fuiſſe, vtpote quo Auguſtus Antonio & Cleopatra devictis, Aegyptum in provinciam redegit. Cum enim certum ſit & evictum ſatis, Auguſtum per LVII. annos imperio praefuiſſe, opus eſt tantum quo, eum *duodecimo* Antonium Cleopatramque debellaſſe, doceamus. Exiguo enim tempore quia eius cum M. *Antonio* & M. *Lepido* duravit *Triumviratus*, tum per annos fere XII cum Antonio fuit *Duumvir*, reliquos *ſolus* gubernavit. Sueton. Aug. c. 8. *Ab eo tempore* (ſcilicet quo J. Caeſar occiſus, & Octavius ſcriptus Heres hereditatem adiit) *primum cum M. Antonio Marcoque Lepido, dein tantum cum Antonio per DUODECIM fere annos, noviſſime QUATUOR & QUADRAGINTA rempublicam SOLUS tenuit.* Pariter hoc inde apertum eſt, quia poſt pugnam Actiacam ſtatim Aegyptum in provintiam redactam eſſe, nemo neſcit, id contigiſſe anno Auguſtei Imperii XII. Coſ. XI. TRIBUN. POT. XIV. ex inſcriptione apud Gruter. p. XXXII. n. 4. diſcimus. Vnde, cum Suetonius ſcripſerit Auguſtum XLIV. annos *ſolum* regnaſſe, ii vero anni ab occupata Aegypto coeperint, is facillime cum Philo-

ne

ne conciliabitur, qui Legat. ad Caium p. 1013. annis modo XLIII. tenuiſſe Aegyptum hunc Imperatorem memorat. Inde enim ſcire poſſumus, eum hanc provintiam non annis XLIV. *plenis* gubernaſſe, ſed eo exoriente aut medio Auguſtum humanis rebus ſatisfeciſſe. Haec vero ad illuſtrandum elegantiſſimum Nonni locum, quo natales ſcholae huius clara in luce ponantur, commentari viſum fuit.

CAP. IV.

QUO OBSCURUS IUUENALIS LOCUS, DE HAC BERYT. SCHOLA AGENS, EXCUTITUR.

Locus Juvenalis agit de *Egnatio Celere Beryto* magiſtro. §. 1. & 2. Variae de eius patria ſententiae. §. 3. fuit *Berytius* §. 4. per *Gorgoneum Caballum* i. e. *Pegaſum* a Iuven. notari *Pegaſum* ICtum obſervatur. §. 5. Scholiaſtes Iuvenalis illuſtratus. *Ius Pegaſianum* quo ſenſu dictum. Examinatur ſententia Menagii. §. 6. aliae proponuntur. *Ius* ſaepe vocatur ab *autore* liti iuridici. *Pegaſus* hic ſaepe *citatur* a veteribus ICtis. §. 7. ab eo *SC. Pegaſianum*. §. 8. Secta Proculeianorum ICtorum ab eo nomen habet *Pegaſianae*, quae maximae fuit autoritatis. §. 9. Summis dignitatibus functus hic *Pegaſus*. Vnde eum ſatyrice ſaepe tangit Iuuenalis §. 10. Coniectura de alio loco Iuuenalis qui fortaſſe non de quodam *Icaro*, vt volunt, ſed hoc Pegaſo agit. §. 11. Egnatius fuit *Graecus*. Syri dicti *Graeci*. §. 12.

§. I.

Quo vero eo magis Nonni ſententiam, priori capite illuſtratam, firmemus, neque *primum* eſſe Gregorium Thaumaturgum, qui Beryten-

Digitized by Google

ſis Scholae mentionem fecit, ſecus ac Menagio viſum fuit, comprobemus: Eruditi lectoris judicio modeſte commiſſam heic loci volo ſententiam meam in *Iuuenalis* quendam obſcuriſſimum locum quo, ſi quid ego video, huius Academiae jam meminiſſe eum cenſerem. Attamen quo magis hic obſcuriſſimi Satyrici verba tracto, eo ſatius & coniecturae cuidam, adeoque & meae, venia concedi poteſt. Legitur locus in Satyr. III. v. 114.

Et, quoniam coepit GRAECORUM mentio, tranſi
Gymnaſia, atque audi facinus maioris abollae.
STOICUS occidit BAREAM delator amicum
DISCIPULUMQUE Senex, RIPA NUTRITUS IN ILLA,
AD quam GORGONEI delapſa eſt pinna CABALLI.

Sed, inquies, videre cuperem quibus fidiculis ex his Verbis *Berytenſem Iuris Academiam* extorſeris. At, ſpero id me tam clare oſtenſurum, vt de aequi lectoris adſenſu, non omni ex parte dubitem.

II.

Quod vt eo juſtiori ordine fiat, principio mihi concedi poſtulo, ad nullam aliam alludi a poeta Hiſtoriam, quam *P. Egnatii Celeris* Philoſophi STOICI, qui BAREAM Soranum, cuius PRAECEPTOR fuerat in Philoſophicaum artium ſtudiis, & poſtea AMICUS per calumnias Neroni, corruptus pecunia, falſo teſtimonio accuſavit, quod Proconſul A-

ſiae

ſiae minoris, nihil earum rerum quae ad vtilitatem publicam curaſſet, ſed potius Seditiones in provintia aluiſſet, Tacit. L. XVI. Annal. c. 30. De nullo enim alio haec intelligi poſſunt, vt jam obſervatum eſt paſſim poſt Domitium Calderinum, qui id optima ratione pervidit. De hoc autem Egnatio legimus apud Tacitum L. IV. Hiſt. c. 10. *Tum invectus eſt Muſonius Rufus in PUBLIUM CELEREM, a quo BAREAM Soranum FALSO TESTIMONIO circumventum arguebat:* Et poſtea. *Quippe Sorani ſancta memoria* (vt hominis innocentis) *CELER profeſſus SAPIENTIAM* (hoc eſt *Philoſophiam*) *dein teſtis in BAREAM, PRODITOR corruptorque AMICITIAE* (haec mihi vulgata lectio Lipſiana potior eſt, vtvt I. F. Gronovius alteram in textum intulit) *cuius ſe MAGISTRUM ferebat* & L. XVI. Annal. c. 32. cum antecedentibus capitibus de hac Bareae accuſatione late egiſſet, *mox datus TESTIBUS locus, & quantum miſericordiae ſaevitia accuſationis permoverat, tantum irae P. EGNATIUS teſtis contivit. CLIENS hic SORANI* (i. e. Bareae) *& emtus ad opprimendum Amicum, auctoritatem STOICAE ſectae praeferebat,* HABITU *& ore ad exprimendam imaginem HONESTI exercitus, caeterum animo PERFIDIOSUS, & SUBDOLUS, avaritiam ac libidinem occultans.* Quid vero his poteſt conſimilius eſſe ac quae apud poetam legimus. Nullus enim alius Bareas a quopiam amico & magiſtro accuſatus & delatus eſt. Late quoque haec eadem Hiſtoria refertur a Dione Caſſio in Nerone pag. 171. Edit. Roberti Stephani. Sed, cum eius verba longiora

Digitized by Google

ſint, non exſcribimus. Conferatur quoque Scholiaſt. Iuuenalis ad Sat. I. v. 33. & ad Sat. VI. v. 552. vbi vtroque in loco putat Scholiaſtes a poeta traduci Egnatium. Vltimo loco quae habet, omitti non poſſunt. *Heic*, inquit, *EGNATIUM PHILOSOPHUM ſignificat, qui filiam BAREAE Sorani, quam, cum ipſe ad magicam diſcendam eſſet hortatus, detulit Neroni, ob quam rem mori cum patre juſſa eſt a Nerone. Egnatium autem heic poeta ob delationem hanc ipſam SAEPE lacerat, vt ſuperius dixit. Stoicus occidit Baream* &c. Ex quo eluceſcit Egnatium hunc non modo in *patrem* ſed & in *filiam* ſcelus commiſiſſe.

§. III.

At, quia hic Egnatius Philoſophus dicitur a poeta *ripa nutritus in illa ad quam Gorgonei delapſa eſt pinna Caballi*, iſte locus varias eruditorum de patria huius Philoſophi coniecturas extorſit. Id quidem extra omnem cenſeo controuerſiam eſſe poſitum per *Gorgoneum Caballum* intelligendum eſſe alatum *PEGASUM*, qui hoc inde nomen accepit, quod e ſanguine Meduſae *Gorgonis* filiae & Neptuno natus ſit. Confer cum Natal. Com. Mythol. L. VII. c. XI. & XII. Hyginum fab. 152. & Apollodor. L. II. Bibl. p. 89. Edit. Salmur. & quae viri docti ad hunc ipſum locum notarunt. Quam vero cenſes vrbem denotari, ad quam *penna Pegaſi* delapſa eſt? Iſaacus Caſaubonus, vir vndecunque doctiſſimus ad Perſii init. verbis *nec ora prolui fonte caballino*, intelligendam eſſe vrbem CORINTHUM monet patriam Egnatii. Sed, fuit iſtic quidem inſigne *Pegaſi*, attamen non *Pegaſi penna delapſa* eſt, vt canit poeta.

Me-

Melius quodammodo vetus Scholiaſtes ad verba *ripa nutritus in illa; Apud TARSON, civitatem Ciliciae quam praeterfluit amnis Cydnus. Cuius urbis conditor Perſeus, qui nomen civitati ex facto dedit, quia VNA ibi ex TALARIBUS PINNIS EI EXCIDIT.* Verum non loquitur Poeta de *Perſeo* ſed de *Pegaſo*, adeoque nec hunc admittimus. Quae cum ita ſint, Ioh. Britannicus aliique ex hoc loco eruunt eum *Thebis* Boeotiae natum eſſe Egnatium, quod ibi ad Heliconem montem *Pegaſus* fontem Hippocrenen calcis ictibus eduxit. Sed nec hic rem acu tetigit eadem de cauſa, cur Caſauboni ſententiam non admiſimus. Omnium maxime ad ipſam rem accederet Ian. Parrhaſius, qui Epiſt. 24. eandem *Tarſum* Ciliciae, Pauli Apoſtoli quoque patriam, quod ad eam, cum Bellerophon *Pegaſo* in coelum adſcenderet, *Pegaſus* plantam pedis, Graecis ταρσὸν dictam, fregerit. Sed, nec hic oſtendere poterit Egnatium fuiſſe Tarſenſem civem. Mitto Grangaei aliorumque explicationes, qui *Cretam* & alias urbes, quibus cum Gorgone Meduſa aliquid vel leve commercii eſt, intelligendam eſſe hariolantur.

§. IV.

Quo minus itaque ulli eruditorum horum ſententiae accedere poſſimus, facit apertum Dionis Caſſii teſtimonium, qui hunc P. Egnatium Celerem BERYTO oriundum fuiſſe ſcripſit loco quem antea citavimus. καὶ τοῦ Σωρανοῦ ΠΟΥΠΛΙΟΣ ΕΓΝΑΤΙΟΣ ΚΕΛΩΡ φιλόσοφος κατεψευδομαρτύρησε. Δύο γὰρ ἀνδρῶν συνόντων αὐτοῦ Κασσίου τε Ἀσκληπιοδότου καὶ ἐκείνου ΒΗΡΥΤΙΟΥ, ὁ μὲν Ἀσκληπιόδοτος κ. τ. λ.

 Quod

Quod cum Dionis teſtimonium de patria Egnatii cum Iuuenalis verbis conciliare non poſſet Grangaeus, vir doctus, in eam ſententiam venit, duobus vltimis verſibus alium intelligi a poeta virum quam antecedentibus, quem autem dicit ſe judiciorum formula decidere, N. L. *non liquet*. Verum tam manifeſtus ſermonis nexus apud poetam non poteſt pati, quin vltimi ſimul verſus cum antecedentibus de *vno* eodemque homine, adeoque & Egnatio Celere, intelligantur. Ex quibus id conficio, cum Dio Caſſius Patriam Egnatii faciat BERYTUM, de *eadem* quoque vrbe *Berytenſi* deberi haec verba Iuuenalis explicari, quibus Egnatii patriam innuit.

§. V.

Rogabis itaque, Lector, cum haec tuear, quid *Beryto* unquam cum *Pegaſo* eiusque *alatis pennis* & *Caballo* illo *Gorgoneo* fuerit commercii? Quam ob rem vt me paucis extricem puto viros doctos fruſtra fuiſſe, qui hic a poeta indicari illum *Pegaſum*, de quo in fabulis, voluerunt. Ex quo non aliter fieri potuit, ac vt in tot ſententiarum divortia ſecederent. Cum vero Poetae noſtro ſolennis mos ſit, Satyricorum more, obſcuris verbis, quibus ad fabulas veterum alludunt, homines traducere, atque infinita apud eum reperiamus quae ex *Iure Romano* explicari debeant. Ita quoque exiſtimo eum de nullo alio hic loqui quam PEGASO celeberrimo IURISCONSULTO: praecipue cum & eundem alibi claris verbis notet. Praecipue Sat. IV. v. 76.

- - - *rapta properabat abolla*

PE

Digitized by Google

PEGASUS, attonitae poſitus modo villicus vrbi.
Anne aliud tunc praefecti? quorum optimus atque
INTERPRES LEGUM SANCTISSIMUS, omnia quanquam
Temporibus diris tractanda putabat inermi
IUSTITIA.

Huius vero viri cum maxima, ſuo & ſubſequente aevo, in *Iure* fuerit autoritas, hinc factum eſt, vt *us* nomen acceperit IURIS PEGASIANI, vnde pparet quo ſenſu, alludens ad alas *Pegaſi* Mythici, poeta dixerit, Egnatium nutritum eſſe in *illa ripa* (eſt nim *Berytus* civitas *maritima*) *ad quam Gorgonei Caballi penna*, id eſt PEGASIANA IURIS DISCIPLINA, huius *Pegaſi* quaſi *penna delapſa* eſt. Quia llud *Ius Pegaſianum* ibi *docebatur*. Et merito quidem id notat Satyricus quod Egnatius, Celer tantum ſcelus ac facinus maioris abollae, ſeu indignum Philoſopho (quibus *abolla* veſtis erat) committere non erubuerit, vtpote qui ipſe in ea vrbe ſit *nutritus* vbi *leges* inculcabantur eaedem, contra quas tamen ille am turpiter graviterque deliquit. Parem itaque mentem vides poetae ac verbis Iuſtiniani Imp. habemus n §. 7. *Prooem. D. ad Anteceſſ.* vbi cum jubeat, quo eiiciantur ex aliis civitatibus Profeſſores ibi jus docentes, quod illud Beryto ſoli privilegium in provinciis datum ſit, notat hoc inde aequum eſſe, quod in iis civitatibus extra Berytum hi *NON leges DOCEANT ſed in leges COMITTANT.* Simili ratione notat Iuſtinianus, quod ii juuenes, qui CPoli vel Beryti LEGITIMA deberent peragere ſtudia, tamen

Digitized by Google

nequam ludis in tyrones *peſſimos* HIS IPSIS IN LOCIS CONTRA *LEGES ludos exerceant*. ibid. §. 9.

§. VI.

Attamen, ne haec de *Pegaſo* ICto fruſtra adſtruxiſſe videamur, ratioque appareat cur *Pegaſi* potiſſimum nomine utatur poeta, cum *iuris diſciplinam* indicare voluit, neceſſe eſt, ut pluribus haec ariſta fricetur. Animadvertendum itaque, ut diximus, ab hoc ipſo *Pegaſo* ICto *ius* nomen nactum eſſe PEGASIANI. Innuit hoc vetus Iuvenalis Scholiaſtes ad Sat. IV, v. 77. ubi ſimul plura de hoc optimo ICto tradit. *PEGASVS*, inquit, *Trierarchi filius, ex cujus Liburnae paraſemo nomen accepit, IVRIS ſtudio GLORIAM memoriae meruit, ut LIBER vulgo NON HOMO diceretur. Hic functus omni honore, cum provintiis plurimis praefuiſſet, vrbis curam adminiſtravit. Hinc eſt PEGASIANVM ſcilicet IVS, quod IVRIS PERITVS fuerat.* Vides itaque ab eo dictum IVS PEGASIANVM. At, quo ſenſu, nunc diſquirendum eſt. Ægidius Menagius, vir undecunque doctiſſimus, cenſuit pari ratione *Pegaſianum* dici qua *Papyrianum* & *Flavianum*, ita enim apud Menagium legendum eſt, cum peſſime excuſum ſit *jus Flaminianum* Amoen. Iur. Civ. cap. 17. p. 90. At, rationis nonnihil eſt, quae me impediat, quo minus id viro ſummo largiri poſſim. Quo enim ſenſu *Ius Papyrianum* dictum ſit, diſcimus ex *L.* 2. §. 5. *ff. de orig. Iur.* cujus haec verba ſunt. *Is liber* (nempe compilatio legum Regiarum a S. Papyrio facta) *appellatur IVS CIVILE PAPYRIANVM; non quia Papyrius de ſuo quidquam ibi adjecit, ſed quod LEGES ſine ordine latas in VNVM compoſuit.* Atque hoc eſt il-

lud

lud *ius civile Papyrianum* in quod commentarium ſcripſitGranius Flaccus teſte Paulo ICto L. X. ad Legem Iuliam & Papiam in *l. 144. ff. de Verbor. ſignif.* Par ratio eſt *iuris Flaviani*, ut ex §. 7. *l. 2. Pomponii de orig. Iuris* diſcimus. *Hic liber, quia actiones continet, appellatur IVS CIVILE FLAVIANVM, ſicut ille* Ius civile Papyrianum. *Nam nec Gnaeus Flavius de ſuo quicquam adjecit libro.* Ita etiam ius *Hermogenianum, Iuſtinianeum* etc. dici novimus. At quod eodem ſenſu quoque *Pegaſianum* dictum ſit, non crederem facile, quia huiusmodi compilationis ab hoc Pegaſo factae, qui ſatis in libris Iuris eſt περιβόητος, vel ulla, ut ceterarum, ſine omni dubio extaret memoria. Quam tamen nullibi vel me vel alium obſervaſſe meminì.

§. VII.

Ea propter, cum hac non poſſit, rem alia tentemus via. Pro inde, cum et ille, qui ipſe *ius* ſcribit, ſeu partem *iuris*, ab illius nomine *ius* dicatur, quid impedit quominus & *Ius Pegaſianum* vocetur, quod ipſe *Pegaſus* ICtus compoſuit & ſcripſit. Fuit enim ille, ut recte Iuvenalis monet, *optimus interpres Legum & ſanctiſſimus*, & Scholiaſtes eius, quod *iuris peritia tantam memoriae gloriam meruerit, ut vulgo* Liber non homo diceretur. Atque is ipſe *Pegaſus* eſt, qui varios libros Iuris ſcripſit, ex quo factum, ut non uno loco in *Digeſtis* eius autoritas allegetur. Ita citatur cum Trebatio *Pegaſus* quorum ſententia ratione ſtatuarum in civitate poſitarum adprobatur in *l. 41. ff. de A. R. D.* ſic & cum Proculo comparet iunctus in *l. 30. §. 2. ff. de Pecul.* ut & in materia de ferruminatione citatur cum

Caſ-

Caſſio in *l.27.ff.Eod.* laudatur quoque ejus ſententia cum ſimili Labeonis in *l.12.§.3.ff.de Inſtr.& Inſtrum.Leg.* item cum ſententia Nervae & Cn. Domitii *l.6.§.4.ff. de Pecul.Leg.* ſolus vero citatur autor ſuae ſententiae in *l.8.ff.Eod.& l.12.§.16.de Inſtr.& Inſtr.leg.*tum adſtruitur *pleroſque* ICtos id dicere quod *Pegaſus* dixit in *l.12. §.18.ff.Eod.* Denique, apparet quoque eum reſponſa Iuris ſcripſiſſe aliter atque Caſſius, quia erat ſectae Proculeianae, ex *l.115.§.2.ff.de Verbor. Oblig.* Ex quibus ſingulis hujus *Pegaſi* in iuris prudentia magnum nomen apparet. Pari autem ratione, ut nos *Pegaſianum ius* dictum cenſemus,nomen accepit *IUS AELIANUM*, *quia cum deerant quaedam genera agendi* (compilationi *Iuris Flaviani*) non poſt multum *temporis ſpatium. Sextus Ælius alias actiones compoſuit* (adeoque ipſe eas ſcripſit) & *LIBRUM populo dedit, qui appellatur Ius Ælianum.* Ex quo apparet quod liber cuius quis ICtus autor eſt, poſſit ab eo nomen nanciſci.

VIII.

Accedit quod non infima *Iuris Romani* pars, qua heredi ex S.C. quartam ex bonis fidei commiſſis detrahere licebat, ab hoc ipſo *Pegaſo* Icto nomen acceperit SC. PEGASIANI. Latum enim illud eſt Imperante Veſpaſiano ipſo & Puſione COSS teſte *§.5. Inſt. de Fideicomm. hered.* Poſtea (poſt SC. Trebellianum) *Veſpaſiani Auguſti temporibus, Pegaſo & Puſione Conſulibus, ſenatus cenſuit, ut ei, qui rogatus eſſet hereditatem reſtituere, perinde liceret quartam partem retinere, atque ex Lege Falcidia ex legatis retinere conceditur.* Vnde quoque SC. Pegaſianum vocatur. *§.5.6.7.Inſt.Eod.* Verum, quod multae captioſae lites ex hoc

SC.

SC. oriebantur, Iuſtinianus illud cum Trebelliano confudit, unde nunc habet heres detractionem quartae, adeo ut tantum hereditatis onera praeſtare teneatur ratione ſuae detractae quartae partis vid. §. 7. *I. Eod.* cum not. Vinnii, & Iac. Contii L. II. Var. Lect. c. 4. Quia autem, pariter ac iuxta L. Falcidiam in legatis, ex SC. Pegaſiano in fideicommiſſis, quartam detrahere licebat, hinc SC. Pegaſianum in Digeſtis vocatur ſemper *Falcidia*, & quarta Pegaſiana, *quarta Falcidiae* notante Vinnio *ad* §. 5. *I. de Fideic. Hered. n.* 2. ut ut inter Falcidiam & Pegaſianam, Trebellianicamque ſint nonnullae differentiae, qua de re vid. Perill. Henrici Cocceii, ſummi ICti, diſſ. *de differentiis Falcidiae & Trebellianicae*

§. IX.

Verum nihilominus ex alia & cauſa oriri potuit, ut *Ius*, quo poſt Veſpaſiani tempora utebantur, *Ius Pegaſianum* vocaretur. Fuit enim tantae autoritatis *Pegaſus*, ut ſectae, cui deditus erat, Proculeianorum, deleto pene Proculi nomine, adpellatio acceſſerit *PEGASIANORUM*, & ipſius autoritate ad ceteros deſcenderit, vid. Boekelen de Fam. Ictorum. Cap. IV. p. 37. & Cap. IX: p. 101. coll. Gravina Orig. Iur. Civ. L. I. §. 77. Quandoquidem itaque Proculeianorum ſeu Pegaſianorum prae altera ICtorum ſecta, quae erat Caſſianorum vel Salinianorum, maior ut plurimum fuerit autoritas, quam Proculi eiusque ſucceſſorum ſummae dignitates curabant: Nihil intercedit, quin, ut potior ſecta ICtorum a Pegaſo *Pegaſiana*, ita & *ius*, cui illi dediti, *Pegaſiani* nomen acceperit. Et fortaſſe in urbe Beryto Profeſſores potiſſimum *ſectae Pegaſianae* ad-

Digitized by Google

dicti fuere, quo inde *Gorgonei* huius *caballi* ſeu *Pegaſi* Roma in vrbem Berytum *pennam delapſam* eſſe, indicet Satyricus. Memini quidem me diſſentientem habere doctiſſimum Boekelen, qui de Fam. ICtorum, communem ſententiam, quod Proculeianae Scholae *maior* autoritas fuerit Sabiniana, labefactare conatur pag. 95. ſeq. Argumentis tamen non utitur usque adeo certis. *Fuit enim PROCULI maior autoritas, nam etiam plurimum potuit* ut dicit ICtus in *l.* 2. §. *ult.* *ff. de Orig. Iuris*, ubi nulla eſt comparatio inter *Proculum* & *Nervam* ICtos, ut idem vir doctus cenſet, verum oppoſita ratio eſt autoritatis *Longini* & *Proculi*, qui, utut ex *equeſtri ordine* natus eſſet, tantum tamen nanciſci autoritatis non potuit, quo ab eius nomine ſecta *Longiniana*, ſed a Proculo potius Proculeiana dicta fuerit. Neque exinde argumentari poterit, quod in noſtro Iuris corpore multis in legibus ad Sabini & Caſſii ſententiam ius exactum ſit, ut facit p. 96. Cum ius noſtrum ex ſententia Triboniani temporibus Iuſtiniani demum conditum ſit: nos vero de aetate Veſpaſiani & paulo ſubſequente, quo loco Proculeianorum autoritas fuerit, diſquiramus. Neque etiam cenſemus Sabinianorum ſententiam ſemper neglectam & in praxi fori nihili habitam fuiſſe, contrarium enim exemplis adſtruximus in diſſ. noſtra inaugurali diſquiſ. Iuris. X. Attamen, his parum obſtantibus, potuit Sabinianis ſemper maior fuiſſe autoritas Proculeianorum

§. X.

Quicquid horum ſit, apparet ſaltem ex his omnibus *Pegaſum* noſtrum fuiſſe magnum Iuris ſcientiae incrementum; cuius pariter ſententiis in rebus iuridicis,

Digitized by Google

s, quo primas tenerent, maximum *autoritatis* ac-
ſſit ex illuſtribus, quibus functvs eſt, dignitatibus.
[N]on enim ſolum multis honoribus auctus eſt in *provin-
is*, ut ex Scholiaſte Iuvenalis notavimus, verum et-
m Romae. *Praefectus urbi* fuit ſub *Veſpaſiano* teſte
[P]omponio ICto *l. 2. §. ult. ff. de Orig. Iuris* & Iuvenale
[e]odem in loco, ubi eum *modo villicum urbi* appellat,
[q]uia *villicus* quemvis notat *praefectum*, ut optime
[d]ocuit Salmaſius ad Lamprid. Alex. Sev. c. 15. & ex eo
[M]enagius Amoen. Iur. Civ. c. 17. quibus adde hunc
[H]oratii locum L. I. Ep. 14. pr.

VILLICE Sylvarum & mihi me reddentis agelli.
[H]unc tamen me debere animadverſioni eiusdem a
[B]ekelen. l. c. p. 38. profiteor. Imo & eodem impe-
[ra]nte *conſul* teſte §. 5. *I. de Fideic. hered.* Vt adeo
[in]ſtar *Pegaſi* alati ſupra ceteros aevi ſui ICtos *evolarit.*
[V]nde apparet ſatis rationis cur Pegaſum hunc praeci-
[pu]e nominet Iuvenalis ſub *Gorgonei caballi nomine.*
[D]einde, cum aliter fieri non potuerit, quin eam in
[ur]bem, ubi aliud nihil quam *Ius Romanum* docebatur,
[ut] Cap. VI. probabimus, etiam *Pegaſi* decreta & libri
[. . .]ris advenerint, hinc quoque *Berytum* Egnatii pa-
[tri]am vocari puto *ripam ad quam Gorgonei delapſa eſt
[pe]nna caballi.* Videturque omnino hac in re aliquid
[hab]ere Satyrici, quod is pariter *Pegaſus* ſe velut alter a-
[l]us, de quo in fabulis, ſupra omnes non modo pere-
[gr]inos ſed & cives Romanos in altum extulerit. Ma-
[xi]me enim id agit poeta hac ſatyra, quo invehatur,
[tu]m in mores peregrinos Graecosque, quae Romae in-
[f]luere, tum homines *peregrinos*, qui in ea civitate ad
[pri]mas dignitates adſpiraverunt. Hinc de eiusdem

Pe-

Pegaſi fortuna Satyr: IV: quod fuerit *ATTONITAE modo villicus urbi* quae mirata eſt alte *volantis* huius *pegaſi* ad honorum gradus *velocitatem.* Vti & in eo quod eum non *praefectum* ſed *villicum urbis* vocet, latere aliquid Satyrici optime contra Salmaſium animadvertit Menagius.

§. XI.

Cum itaque noſtrum Pegaſum aliquoties notet poeta, propono aliam ad alterius in eadem Satyra Iuvenalis loci coniecturam, ubi eundem notari *Pegaſum* ICtum iudicarem v. 79.

omnia novit
GRAECULUS eſuriens, in coelum, iuſſeris, ibit
Ad ſummam, non Maurus erat, neque Sarmata,
nec Thrax,
QVI SVMSIT PENNAS, mediis ſed natus Athenis.

Vbi poeta, uti priori in loco a patria Berytium Egnatium, ſic hic quendam Athenienſem notat qui *pennas ſumſit*, hoc eſt qui ad *ſummarum dignitatum* culmen acceſſit. Simulatque proinde vidimus hunc *Pegaſum* ICtum fuiſſe *ſummis* in urbe *dignitatibus* admodum quid adverſi eſſe poteſt; quominus alicui perſuaſum eſſe poſſit, eum ad *Pegaſi*, alati illius *equi*, celeres *pennas* facta alluſione, hunc indicare *Pegaſum* rurſus ICtum, ſummae autoritatis virum. Duo enim haec loca ſe illuſtrant ſimul, cum in altero quoque de PENNIS *Pegaſi* loquatur. Sed haec de ultimo loco haeſitanter adfirmo, quia Patria huius Pegaſi mihi explorata non eſt, tamen is qui pennas ſumſit *mediis natus Athenis* dicatur. Peregrinum vero Pegaſum ICtum

non

ıon Romanum,fuiſſe certum eſt. *Athenienſem* tamen :ſſe potuiſſe, fortaſſe quodammodo ex Schol. Iuvenalis :olligi poſſet, qui *Pegaſum TRIERARCHI filium* 'uiſſe & *a* Patris *Paraſemo navis accepiſſe nomen*, tra- lit. Nihil enim notius eſt, quam τριηραρχίαν, qua quis dives unam vel plures *triremes*, aut plures unum exſtruere ſeu copiis & commeatibus adornare loco vectigalium iubebatur, nullibi magis ac ATHENIS ocum habuiſſe vid. Schefferum de Militia Nav. L. II: :. 4. & Scholiaſt. Ariſtoph. ad Pluti v. 172. & Equit. v. 908. Sed hac de re, praeter coniecturam, nihil certi habeo quod adfirmem. Maiori tamen probabi- lis rationis ſpecie noſtram niti ſententiam puto ac il- lam, quam quidam doctiſſimi viri ad hunc locum pro- tulerunt, cenſentes *Icarum* quendam hominem deno- tari, qui in altum *ſublatus* Nerone Imperante, miſere de fortunae proſperae felicitate; ad infima quaeque, exemplo Icari Daedali filii, detruſus ſit. Principio e- nim Satyricus de nullo loquitur cui fortuna *adverſa* poſtmodum fuit, ſed de huiusmodi, quem illa *ſumtis* quaſi *pennis* in *altum* extulerit. Tum huiusmodi *Ica- rum* hominem Neronis tempore, cui eiusmodi caſus :uerere, floruiſſe ullo probare ipſos poſſe exemplo, non :acile crederem. Adducunt quidem locum ex Sueto- ıio quem cenſent de tali *Icaro* loqui. Sed me harum bi nihil reperiſſe rerum confiteor. Non enim de quo- lam, cui *Icari* nomen, loquitur Suetonius, ſed de quodam damnato, qui in *Spectaculo Naumachico* ſub Nerone *Icari* fabulam exhibere iuſſus fuit. Clara verba ſunt in Neron. c. 12. *Exhibuit & naumachiam marina aqua innantibus belluis — Inter Pyrricharum*

Digitized by Google

argumenta, Taurus Paſiphaen ligneo iuuencae ſimulacro abditam iniit, ut multi ſpectantium crediderant. ICARUS *primo ſtatim conatu iuxta cubiculum eius decidit, ipſumque cruore reſperſit.* Par ratio eſt in altero Martialis loco ubi quis in ſpectaculo *Daedalum* referre debuit, Epigr. ſpectac. 8. cum ita iocatur

Daedale Lucano cum ſic lacereris ab urſo,
Quam cuperes PENNAS nunc habuiſſe tuas.

Quibus ultimis verbis imitatur Ovidium, de Icaro & Daedalo ſcribentem L. III. Triſt. El 4. v. 24. *Nam pennas ambo non habuere ſuas.*

§. XII.

Sed vereor, ne te, Lector, una in re diutius, quam par fuit, moratus ſim. Ea propter, ad alia properabo, ſi quidem paucis ad prioris loci Iuvenalis lucem expedivero, qui *Egnatius Celer*, homo *Berytius*, de quo eum loqui diximus, poſſit *Graecus* dici. Se enim de Graecis acturum tradit Satyricus, inquiens, *At quoniam facta eſt GRAECORUM mentio, tranſi &c.* Notat enim ad h. l. Theodorus Pulmannus Iunium ex Mſcr. notaſſe Heliodorum ibidem intelligendum, quibus addit, *alii de Egnatio exponunt, qui num GRAECUS fuerit, ignoro.* Imo *Graecus* is fuit quia *Berytius*. Poſtquam enim *Seleucidae*, Macedonicae originis, *Syriae* regno, vt *Lagidae* Aegypto, praefuere, vtriusque provintiae populi quoque *Graecorum* nomine veniunt. Quod vt de Aegyptiis obſervat If. Voſſius Var. obſ. c. 10. ita de *Syris* hic quoque animadverti poſſet pluribus locis, ſi iis indigeremus. Sed Iuuenali ſatis ex aliorum locorum collatione lucis ſi-

Digitized by Google

fiet. Apparet enim id apertiſſime ex hac ipſa Satyra, vbi *Graecorum* nomine, vtut & alios *Graecos*, maxime *Syros* traducit.

Hinc, quia Roma *Syris* moribus vtebatur, eam vocat *Graecam urbem* v. 61.

Graecam urbem, quamvis quota portio faecis ACHAEÆ.

Statim autem ſubiungit quinam hi *Graeci* ſint, nimirum *Syri*, pergens v. 62.

Iam pridem SYRUS in Tiberim defluxit Orontes
Et linguam, & mores, & cum tibicine chordas
Obliquas, nec non GENTILIA tympana ſecum
Vexit, & ad circum juſſit proſtare puellas.

Ita ei peregrinos Rhetores, Grammaticos, Geometras, aliptas Schoenobatos, augures, medicos, qui Romae erant, novimus *Syrorum* vt plurimum fuiſſe progeniei, quos cum omnes poeta nominaſſet, addit v. 76.

- - - omnia novit GRAECULUS eſuriens, in caelum juſſeris, ibit.

Ita quoque maxima cum Romae eſſet, proſtitutae libidinis meretricum *Syrarum* ceterorumque orientis populorum, copia illac quoque apud noſtrum *Graecarum* nomine ſub Satyram veniunt Sat. VI. v. 191.

Concumbunt GRAECE - - *Laſcivum intervenit illud* ΖΩΗ ϗ ΨΥΧΗ.

quibus vocibus vltimis juvenibus hae mulierculae adblandiebantur. Addatur & illud Virgilii, aut quisquis autor poematis in *Copam* huiusmodi meretricem

D 2 Co-

Copa SYRISCA caput GRAIA redimita mitella.

Denique & ipſos *Berytienſes* Iuuenes vocantur *Graeci* in Canon. 71. Synodi ſextae CPolitanae, adeo vt haec pluribus pertractare nos parum juvet. Proinde, quo porro fata *Scholae Berytenſis* nunc enarremus, his viam quaſi munire voluimus.

Cap. V.
DE
FATIS BERYTENSIS ACADEMIAE.

Monetur eam ſaltem dudum ante A. C. 231. fuiſſe longe celeberrimam §. 1. Quod porro probatur §. 2. Obiterque cum *octennium* quod Gregorius Thaumaturgus ſub Originis diſciplina exegit §. 3. tum Origenis *fugae* Alexandrinae & *natiuitatis* anni eruuntur §. 4. Percenſentur ſcholae Beryt. *fata*, vsque ad *Conſtantinum M.* §. 5. Tempore *Conſtantini* vaſtata eſt terrae motu, notatur Gothofredus. §. 6. de fatis vsque ad *Theodoſium M.* §. 7. De afflicto eius per *terrae motum* ſtatu ſub *Iuſtiniano* & fuga in vrbem Sidona. §. 8. inquiritur in *annum* huius terrae motus §. 9. De *occaſu* Scholae poſt Juſtinianum ſub Saracenis §. 10.

§. I.

Ex quo itaque ſatis in Academiae primordia inquiſiuiſſe videmur, rerum ſeries nos eo deducit, vt quae ipſi ab origine prima vsque ad vltimos dies *fata* manſerint, ordine, quo par eſt, enumeremus. Confiteri quidem oportet, nobis ab *Auguſteo* aevo vsque ad *Alexandri Seueri* tempora nullibi quid occurriſſe in veterum ſcriptorum monumentis, ſi ab illo Iuuenalis loco, quem cap. priori illuſtra-

ſtravimus, diſceſſeris, quod ad hanc ſcholam ali-quantopere illuſtrandam lucis quidpiam conferre poſ-ſet. Interea tamen loci in eorum hominum grati-am (ſi qui forent forte) quibus noſtra praecedentibus capitibus illuſtrata, de Scholae huius *Auguſtaeo* jam *aevo* exordiis, ſententia parum arrideret, non mo-do generatim, quod Menagius fecit, eam *Alexandri Seueri* aeuo floruiſſe, ſed *certum annum*, qui CCXXXI. eſt poſt Chriſti Soſpitatoris noſtri natales auſpicatiſſi-mos, ex Gregorii Panegyrico eruam, quo Scholam hanc oportet fuiſſe toto orbe celebratiſſimam.

§. II.

Quandoquidem enim admittimus, quod a Tille-montio, Basnagio, aliisque eruditis viris comproba-tum eſt, Gregorii Thaumaturgi hunc *λόγον προσφω-νητικὸν* ſiue *πανηγυρικὸν εὐχαριστίας* recitatum eſſe publice Caeſareae Palaeſtinae Anno C. CCXXXIX. Hinc Annum CCXXXI. conficimus facile, quo Gre-gorius Berytum ſtudii Iuris gratia, migrare voluit. Habuit enim Gregorius hunc Panegyricum Caeſareae tum temporis, cum Origenis magiſtri ſui diſcipli-nae valediceret, vt non ſolum ipſe liber teſtatur, ſed & praeterea fidem faciunt Suidas, in Γρηγορ. & Hie-ronymus in catal. Script. Eccleſ. c. 65. Hoc vero ſermone narrat is fata ſtudiorum ſuorum, & vitae v-niuerſae, praecipue vero qua ratione Caeſaream ad Originem peruenerit cum ipſi tum temporis animo fixum fuerat *Legum* ſtudii cauſa *Berytum* proficiſci, qua de re cap. IX. pluribus diſſerere dabitur §. 3. Ap-paret vero hinc, de 239. annis, quo Panegyricus di-ctus eſt, demendos eſſe annos illos quos ſub Origenis

diſciplina Gregorius exegit, vtpote cum ille *ante* illos Berytum, ceu celeberrimam legum doctrina vrbem, iter meditabatur.

§. III.

Quanquam autem diſertis verbis, cum Euſebius L. VI. Hiſt. Eccl. c. 30. tum Hieronymus & Suidas ll. cc. prodiderint memoriae Gregorium per *quinquennium* modo cum Caeſareae tum Alexandriae audiuiſſe Origenem: Attamen, audiendus ipſe potius eſt Gregorius, qui, hoc ipſo in panegyrico, ſtudii ſui ſub Origenis ductu innuit *octennium*. Petit enim exordii loco veniam, quod a dicendi veneribus imparatus ad recitandum Panegyricum prodierit, cum jam OCTAVUS annus ſit, (ΟΚΤΑΕΤΗΣ inquit μοι χρόνος ἤδη) ex quo nullam orationem habuerit ipſe ſcripſeritve aut quempiam publice dicentem ſcribentemve audierit, ἄτιμη τῶν θαυμασίων ΤΟΥΤΩΝ ἀνδρῶν *Praeter hos admirabiles viros*, nempe qui tum Caeſareae praeſentes orationis recitationi aderant. Vid. p. 170. Oper. Gregor. Ed. Mogunt. Indicio autem haec ſunt, eum *ante* hoc *octennium* dediſſe *alibi* ſtudiis Rhetoricis operam, quod ipſi in patria contigit, vbi cum XIV. annorum adoleſcentem mater ad Rhetorices ſtudia deſtinauerat, vid. p. 184. coll. p. 183. Is vero relicta patria, quae Neo-Caeſarea Cappadociae vrbs erat, *Berytum* tendebat ſtatim. Sed caſu tum accidit, vt Caeſaream ad Origenem venerit, vt cap. IX. probabimus. Si itaque iſtis 239. annis demantur 8. annus erit 231. quo Berytum jam legum ſtudii cauſa inſignis famae fuiſſe oportet. Imo eam jam longe ante haec tempora legum doctrinam profeſſam eſſe,

Digitized by Google

exinde certum eſt quod Gregorius de ea non vt recentiore ſed antiqua & dudum dedicata loquatur, conſ. §. 5. cap. III. Quod obſeruaſſe, iuncto Iuuenalis teſtimonio, eo ſaltem prodeſt, quo mihi nimiae credulitatis nota non inuri poſſit, ſi, Nonni teſtimonio fidem habens, *Auguſtum eius* autorem eſſe aſſeram.

§. IV.

Obiter quoque, ex iis quae antea occupauimus, notari velim, ſcire nos hinc poſſe Origenem hoc ipſo 231. anno ex Alexandria Demetrii Epiſcopi inuidia Caeſaream profugiſſe. Nam eopſe anno ſimul cum Gregorius, tum Origenes Caeſaream deuenerunt. Vnde Thaumaturgus Origenem ſibi, Berytum tendenti, Caeſaream velut in occurſum veniſſe refert in Paneg. p. 186. Τὸν ἱερὸν τοῦτον ἄνδρα (Originem puta) ἐκ τῆς Αἰγύπτου τῆς Ἀλεξανδρέων πόλεως ἔνθα (Caeſareae) τὴν ἑστίαν ἔχων ἔτυχε πρότερον, καὶ αὐτὸν ἐκίνει καὶ μετανίστη ἐπὶ τόδε τὸ χωρίον, ὥσπερ ΑΠΑΝΤΗΣΟΝΤΑ ἡμῖν, ἕτερα πράγματα κ. τ. λ. Praeterea, cum hanc Origenis fugam in eius aetatis annum XLVI. cum Euſebius tum alii coniiciant, exinde pariter Origenem anno *quinto* ſupra *centeſimum* & *octuageſimum* natum eſſe ſcimus, vt vt alii eius natiuitati annum *octuageſimum ſextum* tribuant, qua in re ex anni jam labentis aut elapſi ratione facilis eſt conciliatio. Vid. Euſeb. L. VI. Hiſt. Eccl. c. 2. Atque haec hactenus παρέργως. Nunc, quo Academiae fata porro ruſpemur, ſedula cura pergimus.

§. V.

Idem autem qui temporibus Alexandri Seueri etiam DIOCLETIANI & MAXIMIANI huic ſcho-

Digitized by Google

-hac ſplendor fuiſſe videtur, *ex l. un. C. de iis qui act. vel profeſſ. ſe excuſ.* qua edictum habemus, ne juuenes ex hac academia ante annum aetatis XXV. ad publica munera admoveantur. Addatur teſtimonium de *Appiano* Martyre, Berytienſi ſtudioſo, qui tempore *Maximiani* juuenis etiamnum Martyrii cruciatus perpeſſus eſt. de quo cap. X. Poſt haec vero tempora vsque ad CONSTANTINUM M. neminem, qui eius meminerit noui ſcriptorem. Principio a ſeculi IV. quo is Imp. imperio potitus eſt, eam non incelebrem extitiſſe, cum ex Hiſtoria de *Anatolio* Berytienſi ciue, tum Tryphyllio Ledrorum Epiſcopo qui ea aetate ibi ſtudiis operam dederunt, ſcimus. Verum de iis etiam cap. IX. & X. dicemus.

§. VI.

CONSTANTIO eius filio rerum potiunte eam valde celebrat Geographus anonymus de quo cap. 7. Tunc enim ſcriptorem *Conſtantii* floruiſſe temporibus, multis euincit doctiſſimus ICtus, *Iac. Gothofredus* in §. 5. Proleg. obſeru. ſuarum, quibus hunc autorem egregie illuſtrauit; Conferantur eiusdem notae p. 12. & 13. Prolegom. fin. cum ipſius autoris p. 11. & 15. extr. Sicut autem vrbium ſimul atque Academiarum, quae earum ambitu continentur, fata eſſe pari loco ſolent: Ita & Berytienſem ſcholam noſtram nonnihil detrimenti cepiſſe auguramur cum ea vrbs teſte Cedreno anno XII. Conſtantii TERRAE MOTU depopulata eſt. Inquit enim τῷ ιγ. (n. anno huius Imp. ad quem ille videndus) ΣΕΙΣΜΟΣ μέγας ἐγένετο ἐν ΒΗΡΥΤΩ τῆς Φοινίκης ὡς τὸ πλεῖον τῆς πόλεως πεσεῖν. Monemus autem non improbe heic loci illum terrae

mo-

motum diſtinguendum eſſe ab alio, qui poſtea tempore Iuſtiniani eandem vrbem vexauit, idque eo magis, cum vtrumque ipſe doctiſſimus *Gothofredus* confundere videatur in notis ad anonym. huius Geographi Expoſ. mundi p. 13.

§. VII.

Aetatibus IULIANI & THEODOSII M. eorumque qui inter hos medii regnarunt, vixit *Libanius* Sophiſta, quem, Iuuenes magno numero *legum* diſcendarum cauſa ſtatim Berytum proficiſci, neglectis eloquentiae ſtudiis, conqueſtum eſſe cap. X. videbimus. Seculo quoque 5. tempore *Theodoſii iunioris* eam inclutam fuiſſe capite eodem ex hiſtoria de *Iohanne & Arcadio*, Xenophontis Cpolitani ſenatoris filiis, probabimus. Circa hoc aeuum vixere quoque *Leontius* & *Eudoxius* qui hic leges *docuere*, vnde cap. VIII. de iis erit agendi locus. Confirmari id quoque poteſt *Nonni*, quem iam citauimus hoc cap. & *Zachariae Scholaſtici* teſtimoniis, qui hoc ſeculo floruere. Etiam de poſteriori vid. cap. 7.

§. VIII.

Sexto ſeculo Imperante IUSTINIANO eam ſummum felicitatis nactam eſſe faſtigium, multis erudimur documentis. Tum enim vixit *Iulianus* ille quem Beryti magna cum doctrinae iuris fama docuiſſe ex epigrammate quodam in Anthologia diſcimus. vid. c. 8. Multo autem benignius largiusque hanc hiſtoriam ex ipſo Imperatore haurimus, qui offerens huic Academiae, ſicut ceteris, conſcripta iuſſu ſuo iurium volumina, eius ſaepe cum *in conſtitutione ad Antecesſores tum ad ſenatum & omnem populum*, in tit. *Cod.*

de Vet. Iur. enucl. facit mentionem. Teſtem pariter habemus *Agathiam* ſcholaſticum, ex quo plura quam ipſis Iuris noſtri libris diſcimus, in L. II. de Geſtis Iuſtin. p. 47. Edit. Vulcanii. Nimirum Iuſtiniani tempore eam vrbem inſigni terrae motu concuſſam eſſe rurſus, penitusque ſubuerſam ac praeter πολὺν ὅμιλον ἰθαγενῶν καὶ ἐνδαπῶν ἀνδρῶν *multam inquilinorum caeterum*, magnum quoque Academicorum ciuium numerum periiſſe qui erant νέοι ἐπήλυδες εὐπατρίδαι καὶ παιδείας ἄριστα ἔχοντες, οἳ δὴ παρῆσαν τοὺς ῥωμαίους ἀναλεξάμενοι νόμους *Iuuenes peregrini nobiles & egregiae doctrinae qui ibi cognoſcendarum Romanarum legum cauſa commorabantur*, ex eodem ſcimus. Addatur his *Antoninus Martyr* qui poſt hunc terrae motum Palaeſtinam peragrauit, cuius haec verba ſunt ex itinerario: *Venimus in ſplendidiſſimam civitatem* BERYTON *in qua NUPER fuit* STUDIUM LITTERARUM *quae & ipſa ſubuerſa fuit, dicente nobis Epiſcopo ciuitatis cui cognitae fuerant perſonae exceptis* PEREGRINIS (hi ſunt ſtudioſi cives) *qui ibi perierant.* Porro refert Agathias totam ibi ſtum corruiſſe Academiam, eamque vna cum Profeſſoribus translatam eſſe SIDONEM eousque, dum Berytus ex ruina ſua emerſiſſet μετεσκευάσαιτο ταχαρῶν, inquit, ἐν τῷ τότε οἱ τῶν νόμων ἀφηγηταὶ εἰς ΣΙΔΩΝΑ πόλιν τὴν γείτονα, καὶ ἐν τῇ μεταξὺ τὰ φροντιστήρια, ἕως πάλιν ἡ ΒΗΡΥΤΟΣ ἀνεδομήθη. Praeterea annotat, vrbis reſtaurationem ἀνοικισμὸν & Profeſſorum in eam doctrinaeque reditum διδασκαλιῶν ἐπάνοδον αμνα poſtea, quam Sidona confugerant, (χρόνῳ ὕστερον) contigiſſe.

§. IX.

Digitized by Google

§. IX.

Hic autem terrae motus accidit eo tempore, quo Childebertus ſenior ceſſit Lothario iuniori & filiis hereditatem quam Theobaldus iuvenis a. DLIX reliquerat, de qua inter ſe contendebant, atque tum, cum omne Francorum Imperium ad ſolum Chlotarium, mortuo paullo poſt ſine heredibus Childeberto, devenit. Hoc vero anno D L V I I I. contigit, ut ex eodem Agathia diſcimus. Relata enim hac primum hiſtoria, eandem Copula ſtatim cum hoc terrae motu, qui Berytum vaſtavit, conjungit, ἀπὸ δὲ τῶν αὐτῶν inquiens χρόνων θέρους ὥρα ἔσεισε μέγα κ.τ.λ. HOC IPSO ANNO &c. Num autem iſta huius civitatis vaſtatio eadem an diverſa fuerit a quadam ejus *καταικαύσει*, quam *Ioh. Barbucalli* quatuor Epigrammata celebrant in L. I. Anthologiae, ubi a *Vulcano* ſimul & *Neptuno* hoc eſt *aqua* & *igne* legitur fuiſſe depopulata, tum diſpiciendum erit, cum de *commemorabilibus Urbis Beryti* agetur.

§. X.

Poſt Iuſtiniani aevum, qui A. C. DLXV. mortem obiit, altum de hac ſchola in ſcriptorum ſubſequentis aetatis libris ſilentium eſt. Videtur ea tamen adhuc aliquo loco fuiſſe & floruiſſe, uſque dum infelix *Saracenorum* multitudo, quae ſeculi ſeptimi anno XXXV. SYRIA & PALÆSTINA occupata, late orientem vaſtavit, &, uti omnibus bonarum artium ſtudiis, ita & celebri huic doctrinae iuris ſacrario, dubio procul ultimum exitium intulit. Interea tamen loci, cum ea de re ſcriptores, quod ſciam, ſileant, nobis de eadem fun-

ſandi nulla datur occaſio. ϗ ταῦτα μὲν δὴ ταῦτα.

CAP. VI.

DE BERYTENSIS SCHOLAE DOCTRINA IURIS.

Docebatur Beryti *Iuriſprudentia.* Gregor. Thaumaturgi locus a Voſſio perperam acceptus, explicatur. §. 1. Illuſtrantur variae Nonni de vrbis Beryti *legum* ſtudio poeticae fabulae §. 2. Ius hoc erat Ciuile *Romanum*. Coloniae Romanae omnes iis vtebantur. Poſtea & legibus CPoli datis in Aſia. §. 3. 4. monſtratur Doctores Ber. non Graeca ſed *Romana* lingua ius Romanum tractaſſe. §. 5. Hinc in rebus *forenſibus* Graeca lingua *Romana* interpolata eſt. §. 6. Iterum obſcura nonnulla Nonni loca hac de re illuſtrantur §. 7.

§. I.

ENarraturis huius ſcholae commemorabilia, notandum primo erit loco, eam IVRIS & LEGVM ſcholam fuiſſe, quod ex omnibus fere conſtabit de eadem Veterum teſtimoniis, ex quibus pauca delibabimus. Hinc a Nonno Lib. XLI. Dionyſiac. v. 10. θεμιστοπόλος Βερόη IVSTITIAM EXERCENS *Beroë* & p. 1060. δίκης πέδον, ἄστυ θεμίστων SOLVM IVRIS & VRBS LEGVM Berytus appellatur. Etiam p 1068. urbs Athenarum δικασπόλος, ubi legum ſtudium ſummum erat, dicitur huius γνωτῆς ζῆλον ἔχειν *Sororis* (Beryti) *aemula eſſe*: Zachariae Scholaſtico loco, quem alibi citabimus, hinc Berytus audit, μήτηρ νόμων LEGVM MATER, & Eunapio p. 142. Vitae Proaereſii μήτηρ νομικῶν παιδευμάτων *ſcientiae* IVRIS *ma-*

Digitized by Google

ter: Iuſtiniano Imperatori LEGVM CIVITAS in *confirm. Dig. ad Senatum* §. 9. & LEGVM NVTRIX in §. 7. *confirm: ad Anteceſſores*. Agathias Scholaſticus L. II. de Vita & geſtis Iuſtin. p. 47. dicit hoc fuiſſe *patrium* urbi huic, & *magni inſtar muneris*, quod talem Iuris Academiam habeat, τῦτο γὰρ πάτριον τῇ πόλει καὶ ὥσπερ γέρας τι μέγιςον, τὰ τοιάδε αὐτῇ ἀνεῖται διδασκαλεῖα. Et, qui hos omnes aetate ſuperavit, Gregorius Thaumaturgus ita, p. 186. Panegyrici in Orig. loquitur: ἡ δὲ ȣ̓ μακρὰν ἀπέχȣσα τῶν ἐνταῦθα πόλις Ῥωμαικωτέρα πως καὶ τῶν νόμων τȣ́των εἶναι πιςευθεῖσα παιδευτήριον i. e. *Ea vero* (Berytus) *non longe hinc* (a Caeſarea Paleſtinae) *ſita civitas eſt, Romani* IURIS & LEGUM *harum habita ſtudioſum* DOMICILIUM. Perperam hunc locum accepit Gerardus Voſſius Tungrenſis Epiſcopus, cum in notis ad Paneg. p. 228. illud ἐνταῦθα de *patria* Gregorii intellexit, cum vicina urbs Caeſarea innuatur, ubi oratio habita eſt. Imo peius eſt, quod exinde colligat Gregorii patriam non procul a Beryto diſtaſſe, cum Gregorium *Cappadocem* eſſe non ignoraverit. Cappadocia vero quanto terrae intervallo a Beryto iuncta ſit, Tabulae Geographicae docebunt.

§. II.

Eo vero animadverſo quod *Ius* ibi docebatur, plurimae Nonni *fabulae* intelligi poſſunt, cum ex Beroë non modo *legum* eſſe *originem*, verum etiam ex ea, quatuor ventos pervolare omnes vrbes, quo *univerſum* orbem *legibus* impleant, Lib. XLI. p. 1062. occinit

ἐχυ-

Digitized by Google

ἐχυτλώσαντο δὲ κούρην
Τέσσαρες ΑΣΤΕΑ πάντα διαπνεύοντες ἀῆται
Ἐκ Βερόης ἵνα γαῖαν ὅλην πλησῶσι θε-
ΜΙΣΤΩΝ.

Etiam refert, nata Venere ex nympha Beroe, ſuper *legum Latinarum* libro Oceanum, qui primus fuit *legum nuncius*, præbuiſſe *lavacrum* puerperii & ipſum natum ſimul aevum volviſſe faſcias *iuſtitiae*:

Τῇ δὲ λοχευομένῃ πρωτάγγελος εἰσέτι ΘΕΣΜΩΝ
Ὠκεανὸς πόρε χεῦμα λεχώιον ἰξύι κόσμου
Ἀενάῳ τελαμῶνι, χέων ὑπερεύμενον ὕδωρ
Χερσὶ δὲ γηραλέῃσιν ἐς ἀρτιτόκου χρόα κούρης.
Σπάργανα πέπλα δίκης ἀνεκούφισε σύντροφος
αἰών.

Neque alia de cauſa recens natae *Beroës* nymphae *nutrix* & altrix fingitur ab eodem, Aſtraea praeſes *legum* p. 1064. elegantibus verſibus.

Καὶ Βερόην γελόωσαν ἐπιβρέφος ἅμματι
χειρῶν
Ἀρχομένη παρὰ μητρὸς ὅλου ΚΟΣΜΟΙΟ
τιθήνη
Παρθένος Ἀστραίη χρυσέης θρέπτειρα γενέθλης
Εὐνομίας παπταίνουσα ἀνέτρεφεν ἔμφρονι
μαζῷ
Παρθενίῃ δὲ γάλακτι ῥοὰς βλύζουσα θε-
μίστων
Χείλεα παιδὸς ἔδευσε καὶ ὄλβιον ἐς στόμα κούρης.

Pariter, ne longiores ſimus, huc refer, quae de Bero-
es

es *ſuavi loquentia & pulchritudine* dixit. p. 1066. Atque de legum doctrinae illic praeſtantia intellige etiam illud vaticinium de quo Cap. III. §. 6. *ſqq.* diſſeruimus.

§. III.

Ius vero quod ibi docebatur erat ROMANVM. Berytus enim in *Syria* provincia *Romana* ſita eſt, quae *colonia Romana* & *Iuris Italici* erat, ut ea de re ſuo loco fandi dabitur occaſio. Coloniae enim ex metropoli ſua debebant *leges* & inſtituta petere, ut pluribus Ill. Spanhemius in Orbe Romano docuit. Praeterea omnes, quae ſub *ditione* Romana erant, urbes, eius quoque debuere *legibus* obtemperare. In *l. I. Cod. de Ver. Iur. enucl.* §. 10. inquit Iuſtinianus. *Haec obtinere volumus, quae longa conſuetudo huius almae urbis comprobavit, ſecundum Salvii Iuliani ſcripturam, quae indicat, debere OMNES CIVITATES* CONSVETVDINEM *ROMAE ſequi, quae CAPVT eſt orbis terrarum, non ipſam alias civitates.* Ideo inter Vrbis Romanae immunitates Iulianus Imp. orat. I. p. 5. commemorat, quod ἅπαντες *omnes*, quamvis aliunde orti ſint, tamen ex ea urbe, quae eſt βασιλεύουσα τῶν ἁπάντων πόλις μήτηρ *omnibus reliquis civitatibus imperans metropolis debeant*, τοῖς ἐκεῖθεν καταδειχθεῖσιν ἔθεσιν καὶ νόμοις χρῆσθαι, *editis hinc legibus & conſuetudinibus uti.* Verum, poſtquam imperium Cpolimi traductum, ex *altera* quoque *Roma* provincialibus vrbibus iura data ſunt, unde priori loco addidit Imp. *ROMAM autem non ſolum intelligimus veterem ſed & NOSTRAM.* Sed vide, quae ea de re pluribus Ill. Spanhemius ad Iuliani locum illum p. 36. notavit. Excipiebantur vero civitates αὐτο-

νό-

Digitized by Google

νόμοις, quae *ſuis legibus* vivebant, de quibus id. p. 37. ſeq.

§. IV.

Sed exemplis docendum eſt, *Beryti* leges *Romanas* explicatas fuiſſe. Iuvenes varios nobiliſſimos, qui ibi terrae motu periere, adfuiſſe in Vrbe illa, quo diſcerent τὰς Ῥωμαίων νόμους ſcribit Agathias l. II. p. 47. Etiam, cum Gregorius Thaumaturgus vellet Berytum petere *Legum* cauſa, ſed poſtea venit Caeſaream ad Originem, ubi relictis Iuridicis ſtudiis, Philoſophicis & Theologicis operam dedit, πολλὰ χαίρειν εἰπὼν τοῖς Ῥωμαικοῖς νόμοις, *miſſis Romanarum legum ſtudiis* referente Socrate H. E. L. IV. c. 27. De ſemet ipſo quoque Gregorius teſtatur, quod forenſis quidam Rhetor eum illuc adduxerit, quia animus ei fuerat τῶν Ῥωμαίων ἐκμανθάνειν νόμους Paneg. in Orig. p. 185. Etiam Studioſus quidam Alexandria Berytum petiit, ut diſceret, ea, quae νομίζουσι τῶν Ῥωμαίων οἱ νομοθέται, ut initio dialogi ſui Zacharias Scholaſticus retulit.

§. V.

Imo hae leges non Graeca ibi, vt vt in Graeca tum civitate, ſed *Romana lingua* docebantur. Sciri hoc poteſt ex conſtitutione Iuſtiniani, qui non ſolum Romanis & Cpolitanis, ſed & *Berytenſibus* Anteceſſoribus, libros Iuris, ſuo iuſſu conditos, obtulit, ut eorum opera iuvenibus explicarentur, qui, ut etiamnum ſuperſunt, *Latina* lingua conſignati fuere. v. §. 7. *Prooem. Dig. de ratione & methodo doc. L. ad Anteceſſ.*

Haec

Digitized by Google

Haec autem tria volumina tradi eis (Iuvenibus) *tam in Regiis urbibus* (Roma & CPOLI) *quam in BERYTENSIVM pulcherrima civitate, quam & legum nutricem bene quis appellet, volumus.* Hinc idem Gregorius, cum Romanas leges diſcere vellet, etiam *latinae linguae*, ſibi, aliisque Graecis perdifficili operam dedit. v. Paneg. in Orig. p. 185. conqueritur quoque p. 171. quod οἱ θαυμαστοὶ τῶν σοφῶν νόμοι, οἷς νῦν τὰ πάντων, τῶν ὑπὸ τὴν Ῥωμαίων ἀρχὴν ἀνθρώπων, κατευθύνεται πράγματα, ἐκφρασθέντες καὶ παραδοθέντες τῇ Ῥωμαίων φωνῇ, καταπληκτικῇ καὶ ἀλαζόνι καὶ συσχηματιζομένῃ τῇ ἐξουσίᾳ τῇ βασιλικῇ, φορτικῇ δὲ ὅμως ἐμοί: *quod admirabiles illa ſapientum leges translatae & conſcriptae ſint latina lingua, egregia quidem & magnifica, & poteſtati imperantis conveniente, ſibi tamen perdifficili.*

§. VI.

Vnde obſervandum eſt, poſtquam Romani *Graeciae* domini erant, quod in rebus Graecorum *forenſibus* voces *latinae* plerumque & phraſes Graecis immixtae ſint, atque (eodem fere modo, uti nos nunc Gallica vernaculis miſcemus) Graecae latinis vocibus interpolatae. Ea de cauſa omnes Graeci, qui, aut ad *forenſem* aut *militarem*, aut *aulicam vitam*, cum laude, dignitateque ornandam, adſpirabant, omnes *Romane* loqui didicerunt, adeo, quo Plutarchum iam dixiſſe novimus, ſuo tempore *Romana lingua totum orbem uti.* Tu egregia illa inſpice, quae te docebit hac de re Caſaubonus ὁ πάνυ in Exercitat. contra Baronium Ex. IX. n. 3. p. 199. ſeq. & p. 201. ſeq.

Digitized by Google

§. VII.

Si vero obſervaverimus *Romanarum legum* cunabula petita eſſe ex legibus ATHENIENSIVM a *Solone* conditis, quas Decemviri legum cauſa huc miſſi *Romam* tranſtulerunt; Eas vero ipſas eſſe XII. Tabb. leges, additis, praeter decem hinc translatis, aliis duabus tabulis; Etiam, quod omnes *Romana* lingua exaratae erant, qua re nihil tritius eſt; Hinc lux egregie fiet, elegantiſſimae illius apud Nonnum l. c. fabulae, quam de nativitate Veneris ex *Beroe* nympha in urbe *Beryto* luſit, p. 1060. ubi refertur, poſtquam Beroe Veneris mater, conſuetis ad partum propellendum novem menſibus, uterum tuliſſet, adveniſſe *Mercurium* ἔνναμον & *Themida*, quo eidem laboranti partus egeſtione, obſtetricantes manus adferrent. Mercurium tum ſuſtuliſſe LATINVM librum, & *Themida* illum tumido *Beroës utero* ſubſtraviſſe, quem, vrgentibus doloribus, eiicienteque partum utero, velut tegumentum, quo partum exciperet cadentem de matre, ſubter explicuerit. *Librum* vero hunc fuiſſe ipſas LEGES SOLONIS. Verba eius haec ſunt, quae merito adſcribimus:

- - - Φθάμενοι δὲ μὲν ὠκέλλαρσῷ
Ἐσσομένην κήρυκα ΛΑΤΙΝΙΔΑ δέλτον ἀείρων
Εἰς ΒΕΡΟΗΣ ὠδῖνα μογοστόκος ἤλυθεν Ἑρμῆς
Καὶ Θέμις εἰλείθυια, καὶ ὀγκαλέου διὰ κόλπου
Στεινομένης ὠδῖνος ἀναπλύζασα καλύπτρην
Ὀξὺ βέλος κούφιζε πεπαινομένου τοκετοῖο
ΘΕΣΜΑ ΣΟΛΩΝΟΣ ἔχουσα.

Quid vero hoc libro Latino Mercurius & obſtetricans

The-

Themis egerint, laborante partus doloribus Beroe, addit p. 1062. quod aſſidens Venerem vtero excluſerit ſuper ATTICUM LIBRUM, vt Mulieres Laconicae filios ſuos ſuper *rotundo ſcuto* pariunt.

- - - ἈΤΘΙΔΟΣ ὕψοθι ΒΙΒΛΟΥ
Παῖδα σοφὴν ἐλόχευσε. Λακωνίδες ὥς ἅμα γυναῖκες,
Υἷας ὠδίνουσιν ἐπ' εὐκύκλοιο βοείης·

Etiam hinc lucem accipit, quod dicat *Aſtraeam* nutriiſſe Beroen ATTICO melle. p. 1064.

Ἀτθίδος ἡδυπόνοιο περιθλίψασα μελίσσης
Δαιδαλέην ὠδῖνα πολυτρήτοιο λοχείης
Κήρια φωνήεντα σοφῷ κεράσασα κυπέλλῳ.

Vnde Beroe etiam ἡδυεπὴς *dulciloqua*, & *melliſluam vocem favo dulciorem* habuiſſe dicitur λαροτέρην σίμβλοιο μελίρρυτον φωνὴν pag. 1066.

CAP. VII.

DE BERYTENSIS ACADEMIAE ACROATERIIS PRIUILEGIIS ET LEGIBUS.

Quae ſcriptores de *Acroateriis* memorarunt, enumerantur. Vocantur τέμενος, ἱερὸν, & ἀνάκτορον; *templa* olim *ſepta* §. 1. De Graeca Gothofredi verſione barbari Geographi §. 2. Quoddam auditorium ſtupendae elegantiae ex Zacharia Schol. deſcribitur, qui etiam correcta verſione aliquoties illuſtratur; de voce ἀτεχνῶς §. 3. 4. In Romanorum templis fuere *picturae variae*. Vnde *Iconum* vſus ap. Chriſtianos arceſſitur. §. 5. *Priuilegium* Scholae conceſſum, quod ibi *ſolum* ius in *prouinciis* docebatur, quod tamen & A-

Alexandriae floruit. Agathias emendatus. §. 6. Leges eius Scholae recenſentur. §. 7. Abundaſſe eam nequam ſtudioſorum copia qui praecipue *tyrones* ludibrio habebant, docetur. §. 8. 9. 10.

§. I.

SEd age, ipſam hanc penitius iuſtitiae ſedem contemplemur, eiusque Acroateria primum, aequi bonique velut *templa*, introſpiciamus. Agathias, loco citato, vocat illud Gymnaſium, διδασκαλεῖον *ſcholam*, & Greg. Thaumat. p. 186. παιδευτήριον *Gymnaſium*. Sed alii vocibus appellant, quae veterum templis rebusque ſacerrimis propriae. In ἀνάκτορον τοῦ Θεοῦ *templum Dei* Zacharias l. c. p. 168. ἀνάκτορον vero templum Deorum eſt, qui ἄνακες dicti. vid. hic not. Caſp. Barthii p. 250. & Luciani ſcholiaſt. ad Reuiuiſc. p. 17. Item quae Amplisſimus *Cuperus* in obſeruationum libris, & alii aliis in locis ſatis obſeruarunt. Idem non ſolum ἱερὸν templum ſed & τέμενος τοῦ Θεοῦ appellat, *interius* quaſi, *Dei fanum* p. 165. τέμενος enim a τέμνω *ſeco*, *diuido*, notat prima origine *terrae* quandam *portionem* ab alia diuiſam. V. Suidam hac de re, in h. v. Plerumque autem omne, quod DIIS ſacrum & ἀφωρισμένον, iis velut τέμενος erat, vti *ſacrum nemus*, ἱερὸν τέμενος ab Ariſtoph. in Lyſiſtr. v. 484. vocatur. Maxime autem *templa*, quia olim a locis reliquis erant *ſeparata* & *circumſcepta*, vocabantur τεμένη. Ita delubrum Aeſculapii τέμενος dicitur ab Ariſtoph. Plut. v. 659. v. & Scholiaſt. Apoll. Rhodii. ad L. II. v. 812. & cl. Perizonium ad Aelian. v. H. L. VI. c. 1. ita Octav. Falconerium ad Inſcript. I. Athleticam p. ...

A

Apud Romanos enim, qui Graecos ſequebantur, templa *ſepta* erant & *definita*. Apulej. XI. Met. *Intra CONSEPTUM templi larem conſtituo:* confer Seruium ad IV. Aen. Virg. v. 199. Plerumque autem erant *quadrata*, ad quatuor mundi cardines, vt, templo augurali lituo ab augure deſignato, reſpondeant. Hinc veteres Chriſtianos a voce *templi* abſtinuiſſe novimus, quia Deus *loco circumſcribi* non poteſt, vt Arnobius L. VI. adverſus Gentes late obſeruat p. 139. Sed in viam rurſus.

§. II.

Meminit eorum Acroateriorum barbarus ille Geographus Anonymus, cuius *expoſitio mundi & gentium* a doctiſſimo Gothofredo cum eruditiſſimis notis edita eſt, cuius haec verba ſunt p. 12. *Iam BERYTUS, ciuitas valde delitioſa, &* AUDITORIA LEGUM *habens, per quam omnia iudicia Romanorum. Inde etiam viri docti in omnem terrarum orbem adſident judicibus, & ſcientes leges cuſtodiunt provincias, quibus mittuntur legum ordinationes:* Barthius ad Zachar. Schol. p. 245. locum hunc laudans, habet, *quibus nituntur* ſc. legibus. Sed melius placet *mittuntur*, vt ad adſeſſores & cuſtodes prouinciarum referatur. Sed, nemo miretur me eius autoris verba barbaro-latina producere, qui quidem Graece ſcripſit quondam, vt ex ſuperſtitibus Graecismis ab aliis probatum eſt. Verum hodie tantum *latina* haec eius authentica verſio ſupereſt. Graeca vero huius & latina elegantior verſio, non autoris ipſius, ſed Gothofredi editoris ſunt, quod Palmerium fugit, qui in Exercit. ad Opt. Autor. Graec. eum *e-*

Digitized by Google

mendat & illuſtrat p. 283-286. putans Graecum ſcri-
ptorem eſſe. Idem & aliis eruditis accidit. Vid. Co-
leb. Fabricii Bibl. Gr. L. IV. c. II. §. 17. Imo idem
quoque Illuſtrisſimum Spanhemium delituit, virum,
ſi quispiam, Graecae Linguae ad miraculum peritum,
qui non barbaro-latina autoris, ſed Gothofredi ci-
tat, & Graeca *emendat* quoque, Notis in Julian.
Orat. I. p. 37. Quae docebunt, quam ſaepe erudito-
rum Critica fallax, & quam errare, etiam doctiſſi-
mo cuique humanum ſit.

§. III.

At, quam inſigne & luculentum fuerit horum a-
croaterium aliquod, multis Zacharias, Epiſcopus
Mytilenaeus, dialogo *de opificio mundi* celebrat. Ex
quo rem ipſam percepiſſe iuuabit. Ducit enim ſtu-
dioſum quendam juuenem manu prehenſum in ipſum
conclaue aliquis intro. *Nam* (male in verſione le-
gitur *num*) *is erat* φιλοθεάμων *ſpectandi cupidus.* Iu-
uenis vero narrat de eo auditorio p. 166. ὑπερφυῶς γ᾽
αὐτά ὦτα διατεθρύλληται ὡς τῶν πώποτε γεγενημέ-
των θεαμάτων τιμαλφέστατον καταφαίνεται: id est,
mirum quantum aures perſonaſſe, eſſe illud omnium
ſpectaculorum, quae unquam viſa, PRETIOSISSI-
MUM. Ita enim verto potius, non *pulcherrimum*
& digniſſimum, vt Tarinus. Addit, ſe audiuiſſe,
quod illud, καταπεποίκιλται ἀτέχνως ὕλαις παν-
δαπαῖς καὶ δαιμονίαις, hoc eſt, *quod tanta variarum*
rerum pictura adeo variegatum ſit artificioſa & diuina,
vt nulla pictoris fraus appareat, ſed veras eſſe rerum
hiſtorias putes: Id enim ſibi vult vox ἀτέχνως, cu-
ius vim, non perſpexit interpres. Notat enim hic

ra

Digitized by Google

rem, quae reuera ita eſſe videtur, vt apparet; & hoc poſtea explicatur, cum ait, huius eſſe auditorii κάλλ☉· ἀμήχανον, *adeo pulcrum, vt nullo artificio ab alio poſſit exprimi.* Ἀτεχνῶς enim (quod ab ἀτέχνως hoc eſt χωρὶς τέχνης *vbi nihil artificii*, differt) ſumitur pro ἀληθῶς, δήλως, φανερῶς, quod *vere & ſine fraude* ita ſe habet. v. Ammon. de diff. verbor. & Schol. Ariſtoph. ad Plut. v. 109. vid. & ib. v. 362. & Ranis v. 106. Nubibus v. 424. Dion. Chryſoſt. Orat. II. de regno p. 19. ἀτεχνῶς ἐστὶ ποιμένα λαῶν, *qui vere eſt paſtor populi.* ſic τέχνη pro *arte & fraude* ſumitur. Vid. Schol. Pindari ad Od. II. Pyth. v. 58. Sed ad Iuris auditorium reuertamur, refert Zacharias, cum τῶ δημιεργῶ τέχνην καὶ σοφίαν *artificiis ingenium, & ſapientiam*, tum Euſtathii Berytenſis Archi-Epiſcopi φιλοτιμίαν tantam conciliaſſe Auditorio huic pulchritudinem, τοσῶτον κάλλ☉·, ὡς μηδένα ἄν ποτε τῶν φιλοθεαμένων κόρον λαβεῖν τῆς ἀυτῶ θέας. *Ut eius conſpectu Spectator nullam deprehendat ſatietatem.*

§. IV.

Verum, ex quo ille hanc ſpeciem eiuſmodi auditorii magnificans etiam in exteris celebrari regionibus audiuit, Zacharias ipſi illud nunc oculis viſendum dat, qui, mira eius obſtupeſcens elegantia, vix verba reperit, quibus illam celebret. Quae cum eius maximum ſplendorem teſtentur, integre apponenda ſunt, ſed ſemel modo id eſt Latine, & quidem ex verſione Tarini p. 166. *O peritiam*, ait, *artificis! O praeclarum ſpectaculum! quae forma? quam apta? quamque elegans coagmentatio. auguſtae DEI*

Digitized by Google

Domus! (ἀνακλ́ογε τῦ Θεῦ) *vtque tanta magnitudo* DECEM COLUMNIS *ſuſtinetur, utque* VNA *ex* MATERIA *politae omnes, & eundem inter ſe aſpe-ctum formamque retinent.* CANDIDAE *omnes & Laeues, candore & laeuitate valde admodum praeni-tent renidentque, figuram eandem & ſpeciem oſten-dunt. At, pictoris lineas vt admiror, & varia & periucunda ſpectacula, omnis generis picturae lumi-na, colorum gratiam & venuſtatem & inſignem nito-rem!* Igitur, hoc Acroaterium *picturis* admodum fu-iſſe variegatum, oportet, ſed an ibi res ex *ſacra hiſtoria* pictae fuerint, vt Barthius in not. p. 251. con-iicit, valde dubitarem, & quis poſt tantum tempo-ris interuallum hoc dixerit? An vero, ex eo, quod has picturas vocet ζωογραφίας colligi poſſit, quod ibi variarum pictae ſint *animalium* figurae, aeque incertum eſt, cum ζωογράφος & ζωογραφία de quo-uis *pictore* & *pictura* accipiatur.

§. V.

Id tamen ex eo certum eſt, illud ἀκροατήριον, vti no-minibus templorum inſignitum eſt, §. 6. ita quoque ſpeciem intus *Romani templi* habuiſſe, vtpote quae interioribus *picturis* ornata fuerunt, quaeque varias celeberrimas Hiſtorias, vti hoc Berytenſe, compre-hendebant. Ita Varro L. I. de Re Ruſt. c. 3. docet in aede Telluris *Italiam pictam* fuiſſe, quam forte I-taliae Tabulam Geographicam fuiſſe coniicerem. Conferatur Cicero IV. Verrin. c. 55. & Liuius XXIV. 16. Qua occaſione id quoque obſeruari velim, quod *Pontificiorum* templorum ornatus, quorum pa-rietes depictis Biblicis pleni Hiſtoriis, ex hac Roma-

no-

norum gentilium conſuetudine *originem* habuiſſe videatur: ſicuti & *imagines ſanctorum* in Aedibus ſacris poſitae exinde, quod ſtatuas & ſimulacra Deorum *Romani* in *templis* ſemper erecta habuere, natales nactae ſunt. Quinimo, inde omnis *Icolonatriae* in Eccleſia Chriſtiana arceſſenda *origo*, vt & *Iconomachicorum bellorum*, inter Orientis & Occidentis Eccleſias. Ea vero nemini mira videbuntur me adſtruere, qui nouit, omnem *Pontificiae ſuperſtitionis* religionem, ex ſeruatis longa conſuetudine *gentilitii* cultus *priſcis ritibus*, velut ex *fonte* ſuo dimanaſſe, quod probare, ſi huius loci eſſet, non adeo foret difficillimum. Quae tamen nunc, his anguſtiis incluſi, mittimus, & ad alia movemus lacertos.

§. VI.

Inter *Priuilegia* huius Academiae, hoc ei, cum aliorum Imperatorum, tum Iuſtiniani indultum beneficentia legimus, quo eadem in toto Oriente *vnica* ſit & ſola Academia: neque alia praeter *Romanam* & *Conſtantinopolitanam* in toto orbe eſſe debeat, ſub poena *denarum auri librarum*. Legitur illud in Prooem. Dig. ad Anteceſſores §. 7. his verbis, quibus ei ſimul Inſtitutiones, Pandectae, & Codex ad explicationem traduntur. *Haec autem tria volumina a nobis compoſita tradi eis* (ſc. ſtudioſis ciuibus) *tam in Regiis vrbibus* (Romae & CPoli) *quam in BERYTENSIUM pulcherrima ciuitate, quam & legum nutricem bene quis appellet, tantummodo voluimus, quod iam & a retro principibus conſtitutum eſt, & NON in ALIIS LOCIS, quae a MAIORIBUS tale non meruerint PRIUILEGIUM, quia audiuimus, etiam in Alexandria*

 ſplen-

Digitized by Google

ſplendidiſſima ciuitate, *&* *in* CAESAREENSIUM *&* *in* ALIIS, *quosdam imperitos homines diuagare*, *&* *Doctrinam diſcipulis adulterinam tradere*, *quos ſub hac interminatione ab hoc conamine repellimus*, *vt*, *ſi auſi fuerint in poſterum in hoc perpetrare*, *&* *extra* *VRBES REGIAS* *&* *BERYTENSIUM* *metropolin* *hoc facere*, DENARUM AURI LIBRARUM POENA *plectantur*, *&* *reiiciantur ab ea ciuitate*, *in qua non leges docent*, *ſed in leges committunt*. Conferatur §. II. f. vbi ait: *Quae OMNIA obtinere*, *ſancimus in OMNE AEUUM*, *ab omnibus tam PROFESSORIBUS quam legum AUDITORIBUS* *&* *librariis* *&* *ipſis Iudicibus obſeruanda*: quae huius diplomatis clauſula eſt. Optime vero ex hoc loco, *nullibi* locorum aliter in ἐπαρχίᾳ jus doceri debuiſſe colligit Scipio Gentilis L. I. Parerg. Iur. c. 9. Attamen & *Alexandriae* Iuſtiniani tempore *legum* ſtudiis operam dedit Agathias Scholaſticus. Teſtatur enim ipſe, ſe tum iurium diſcendarum cauſa Alexandriae fuiſſe, cum Berytus aliaeque vrbes terrae motu concuterentur: L. II. p. 48. ἐτύγχανον γὰρ αὐτοῦ διατρίβων, inquit, (agens de *Alexandrino* terra motu) παιδείας ἕνεκα τῆς πρὸ (legendum περὶ) τῶν νόμων, & poſtea dicit, ſe *Alexandria* *Byzantium* nauigaſſe, dubio procul etiam *Iuris* ſtudii gratia p. 49.

§. VII.

AdLEGES Academiae referri poteſt Impp. *Diocletiani* *&* *Maximiani conſtitutio*, qua cautum, ne ex Academia Berytenſi ante XXV. aetatis annum ad publica munera vocarentur *L. X. Cod. Tit. 49. de his qui aetate vel profeſſione ſe excuſant*, *quae* ſcripta *eſt ad*

Se-

Digitized by Google

Seuerinum & Scholares. Arabine. Dubio procul etiam Beryto, ſicut omnibus Academiis aliae leges datae, quibus civibus Academicis petulantia, aliaque inſolentis animi ludibria interdicta ſunt, idque ex eo colligi poteſt, quia jubet Imp. Prooem Dig. ad Antecc. §. 10. vt CPOLI & ROMÆ in *juuenes petulantes animaduertat Praefectus urbis. In* BERYTENSIVM *autem* CIVITATE, *tam vir clariſſimus, praeſes Phoeniciae maritimae, quam Beatiſſimus eius civitatis Epiſcopus, &* LEGVM PROFESSORES.

§. VIII.

Aliter vero fieri non potuit, quin in Academia eiusmodi, ſemper magno ſtudioſorum numero frequenti, vt alibi, in cap. penult. §. ult. docemus, multi quoque ex eo numero turpi luxuriae & nequitiae operam dederint, qui tum alios probos quoque, quibuscum iis neceſſitudo eſt, ad vitam iniquiorem, & parum ſtudioſis ciuibus dignam, ſeduxerint. Veriſſimum enim Pauli illud ex veteri poeta dictum: Φθείρουσιν ἤθη χρῆσθ' ὁμιλίαι κακαί. Tales vero plurimos quoque Beryti fuiſſe tempore *Maximiani* ex Euſeb. L. VIII. H. E. c. 14. diſcimus, qui miraculi loco ducit, quod Apphianus Martyr (quem ibi *legibus* operam dediſſe videbimus) non turpium ſodalium horum exempla ſit ſecutus, verum homine pio & Christiano dignam vitam tranſegerit: Παράδοξον καὶ ἱστορεῖν, inquit, ὡς ἐν τοιαύτῃ πόλει τῶν νεωτερικῶν ἐπιθυμιῶν, ὑπεράνω γενόμενος, καὶ μήθ' ὑπὸ τῆς ἀκμῆς τοῦ σώματος, μήθ' ὑπὸ τῆς τῶν νέων συν-

σύ-

ρίας διαφθαρεὶς τὸν τρόπον καὶ σωφροσύνην ἠσπάζετο, κοσμίως τὸν ἑαυτοῦ διεξάγων βίον κ. τ. λ.

§. IX.

Tempore *Iuſtiniani* quoque cum in *CPolitana* tum *Berytenſi* Academia, *Tyronum* Iuris, quos *dupondios* vocare ſolebant, Imperator vero *Iuſtinianos nouos* appellari mauult, iniqua quaedam erat introducta initiatio. Nouitii enim a veteranis ſtudioſis publico ludibrio exponebantur, quam Imperator *ſumma interminatione interdixit contumeliam* §. 9. *de ratione & methodo ſtudii iur. ad Antec. Illud vero ſatis neceſſarium conſtitutum*, inquit, *cum ſumma interminatione edicimus, vt NEMO audeat, neque in hac ſplendidisſima ciuitate* (Cpoli) *neque in* BERYTENSIUM *pulcherrimo oppido, ex his qui LEGITIMA peragunt STUDIA, indignos & peſſimos, imo magis ſeruiles, & quorum effectus iniuria eſt, LUDOS exercere, & alia crimina vel in ipſos PROFESSORES, vel in SOCIOS ſuos, & maxime in eos qui rudes ad recitationem legum perueniunt, perpetrare. Quis enim ludos appellet eos, ex quibus crimina oriuntur. Hoc etenim fieri nullo pati modo, ſed optimo ordini in noſtris temporibus & hanc partem tradimus, & toto poſtero transmittimus ſeculo. Cum oportet prius animas & poſtea linguas fieri eruditas:* Addit §. 10. *Et haec omnia in hac quidem florentiſſima ciuitate praefectus urbis tam Obſeruare, quam Vindicare, prout delicti tam iuvenum, quam ſcriptorum qualitas exegerit, curae habebit.* Si quis iis collatis, noſtras Academias contempletur, nonne mutatis tantum nominibus, eandem in *Profeſſores*, in *ſocios*, in *tyrones aliosque* ludi fabulam fa-

te-

Digitized by Google

teblitur? ſed quinam hi *ludi* peſſimae notae fuerint; ab eruditis an quiſitum eſt.

§. X.

Animadvertendum autem huiusmodi quoque *ludos*, eorum qui *leges* diſcunt, Cpoli prohibitos eſſe, ne GRAECOS imitarentur, (vbi Berytenſes innuere videntur,) in Synodo ſexta Cpolitana Canone 71. vbi quaedam ludorum horum ſpecies vocatur κύλιστρα *Volutatio* (vid. ad eum locum Balſamonis Commentarium) vox vero illa ex *Palaeſtra* eſt, vbi luctatores volutabantur. Notat enim κυλίζειν & κυλινδεῖν, *voluere, deuoluere*. Quare mihi non diſplicet Cl. *Strauchii* ſententia, qui in illa Diſſ. ad. tit. Cod. de *Metropoli Beryto*, cenſet inter ſe conferenda eſſe haec loca, ex quibus conſtare videatur, fuiſſe ludos illos partim nil niſi peſſimam recens Berytum accedentium ſtudioſorum ciuium initiationem, partim nouitios hos nudatos, coenoque & puluere inquinatos huc illuc a veteranis volutatos eſſe, ſicuti athletae puluere atque oleo inuncti, nudi in palaeſtra cum ſociis luctabantur. Quem morem cum *Pennaliſmo*, qui olim in Germaniae Academiis regnauit, non male confert. V. eius Diſſert. Cap. V. §. 7-9.

Cap. VIII.

DE BERYTIENSIS ACAD. ANTECESSORIBVS.

Agitur de *Antecesſoribus* §. 1. quorum *quatuor* vna ibi docuiſſe obſeruatur. *Grauina*, & *Brodaeus* notati §. 2. Antecesſ. non habebant vacationem §. 3. Enumerantur Profeſſores, quotquot potuere reperiri, (1) *Leon-*

entius (2) *Patricius* (3) *Eudoxius* §. 4. (4) *Dorotheus*, alii Dorothei §. 5. (5) *Anatolius*, alii *Anatolii*, (6) *Thalleitus*, (7) *Cratinus* (8) *Salaminius* §. 6. (9) *Syneſius* §. 7. (10) *Iulianus*, de eo epigr. in Anthol. elucidatum. An ſit Iulianus Anteceſſor CPolitanus. Difficultas eius *ſententiae*. §. 8. Guil. *Grotii* opinio probatur, hoc Epigramma cum praecedenti de eadem perſona agere. Eius autor *Theaetetus* quis? §. 9. Reiicitur fabula *Chriſtum* Beryti docuiſſe §. 10.

§. I.

COnſpectis Academiae commemorabilibus, iuvabit & *profeſſores* noſſe, qui doctrinae *iuris* celebritate, qua hanc exornarunt Scholam, ſingulare nomen adepti ſunt. Sed paucorum nobis nomina iniuria temporum ſcire conceſſit. Ea propter iubemur ex tanta copia, paucorum modo erudita nomina recenſere, quae nobis litterarum fata non inviderunt. Notandum itaque memorari *Legum Profeſſores in Berytienſium civitate* qui cum aliis petulantes iuvenum mores obſervare & indicare iubentur. §. 10. *Proœm. D. ad Anteceſſ.* Eosdem etiam ad legum cupidam iuventutem ſedulo & cum cura erudiendam hortatur Iuſtinianus §. II.

II.

Commemorabile autem, cum in reliquis Academiis, Romae & CPoli *duo* tantum anteceſſores fuerint; Berytum nactam fuiſſe *quatuor*, obſeruante id elegantiſſimo Menagio in Amoen. Iur. Civ. c. XXIV. p. 135. Id vero fortaſſe ea de cauſa factum, quia vnica & ſola haec in omnibus *prouinciis* Romanis erat Academia, ad quam cupidà legum iuuentus quo caperet ciuilis prudentiae cultum, confluebat, quibus e-

Digitized by Google

nnibus erudiendis minime duo pares fuiſſe viden-
r. Quatuor vero Profeſſores inde Academiae da-
us, quod in *l. vn. Cod. tit. 18. L. XI. De ſtudiis Liber.*
bis Romae & CPoleos. (quae conſtitutio data a.
5. CPoli Impp. *Theodoſio* & *Valentiniano* Coſſ.) Im-
rator iuſſerit in his duabus vrbibus *Duas eſſe magiſtros*
ti ius & legum voluntates produnt. Iuſtinianus
tem cum ſuos iuris libros ſingulis *trium* Acade-
iarum anteceſſoribus offert, quo ex iis iuuenes le-
um ſcientia auctiores reddant, horum *octo* ſalutare
bet, ſcilicet *Theophilum*, *Dorotheum*, *Theodorum*,
natalium, *Thalleteum*, & *Cratinum*, quos virorum
luſtrium titulo ornat, & *Salaminium* viri diſertiſ-
ni. Ex his priores duo anteceſſores fuere *CPoli-*
tani, ſequentes duo *Romani*, vltimi quatuor *Berytien-*
ſes. Prouti hoc inde pariter apertum eſt, quod
natolius inter vltimos quatuor *primo* loco nomi-
atus fuit Profeſſor *Berytienſis.* v. Iuſtin. Confirm.
ig. ad Magnum Senatum §. 9. Fallitur itaque eru-
tiſſimus Anteceſſor Romanus, *Ianus Vincentius*
rauina, cum in vnaquaque harum trium ciuitatum,
bi ius Romanum docebatur, BINOS fuiſſe profeſ-
res ſcribit Origin. Iur. Civ. Lib. I. §. 138. Pariter quo-
ue *Philippus Brodaeus* qui perperam ex hac Con-
m. D. titulo colligit, in *ſingulis* Gymnaſiis *quatuor*
uiſſe Anteceſſores, in not ad Fr. Polleti Hiſtor. Fori
om. LL c. IV. pag. 32. Nam, ſi *tria* fuerint Gym-
aſia, Romae, CPoli, & Beryti, in ſingulis vero
uatuor Profeſſores, tum non ad *octo* ſed *duodecim*
ſtiniani Dig. confirmatio dirigi debuiſſet.

§. III.

Digitized by Google

§. III.

Hi Berytienſes, quotquot erant, doctores, v cationem a muneribus non habuiſſe videntur, qu ſecus accidit illis, qui Romae erant & CPoli. N id tradit de *Profeſſoribus iuris* qui ſunt in prouinciis *ἐὰν δύο ff. de Excuſat.* Nullibi vero aliter cum doc batur ius in prouinciis, ac Beryti, vid. Cap. VII. 6. noſtri Berytienſes hoc nomine intelligendi ven unt. Verba eius ſunt: Νόμων δὲ διδάσκαλοι ἐν ἐπα χίᾳ (videtur quoque ſingularis caſus po quia in ſola *Syriae* provintia Iuris erat Academ διδάσκοντες ἄφετοι οὐκ ἔξουσι: ἐν Ῥώμῃ δὲ διδ χοντες ἀφίενται quae §. 1. ff. de Excuſat. Ita re duntur ab Auguſtino ICto *Legum profeſſores* in pr VINTIA *docentes vacationem non habent, Romae* *centes habent.*

§. IV.

His miſſis ipſa, de quibus aliquid ſupereſt Ber enſium profeſſorum nomina videamus. Ante *I miani* Imp. tempora, ibi *maiores* Anatolii, de quo § laudantur (1) LEONTIVS. (2) EVDOXIVS. & PATRICIVS. in confirm. Dig. ad ſenatum & po los (quae confirmatio, vt hoc ſemel moneam, ac altera ad magnum ſenatum cum ipſi corpori ris, aut digeſtis praemittuntur, tum in Lib. I. Cod de *veteri iure enucleando* conſpiciuntur,) vbi de A tolio loquens Imperator ait §. 9. *Vir ex TERTIA pe laudabili IVRIS apud PHOENICES INTERP TVM deſcendens. Refert enim genus ad LEONTI & EUDOXIVM homines in LEGIBVS OPTI MEMORIÆ, poſt* PATRICIVM *inclutae recor*

iis quaeſtorium, *&* ANTICENSOREM, *& Leontium glo- ioſiſſimum ex praefectum & ex conſulem*, *atq; Patri- ium eius filios SVMMÆ ADMIRATIONIS viros.* ;adem fere paribus propemodum verbis in confirm. ltera §. 9. leguntur, vbi diſerte *Pater* Anatolii dici- ıṛ *Leontius* & *auus* eius *Eudoxius*.

§. V.

Circa tempora Iuſtiniani vixit (IV) DOROTHE- S, vir in noſtra diſciplina longe celeberrimus, qui imum *Beryti* docuit. Abhinc vero, ob egregiam ris ſcientiam, CPolin a Iuſtiniano eum legum docen- rum cauſa, tum etiam quo cum Triboniano, Con- ntino, Theophilo aliisque conficiendis *Digeſtis* & in- tutionibus adhiberi poſſet, vocatus eſt. Horum enim nium hanc in rem collocatam operam laudans Im- rator in Confirm. D. ad ſenatum & populos, §. 9. noſtrum celebrat. *Et DOROTHEVM virum Il- ſtrem & facundiſſimum quaeſtorium, quem, in BE- TIENSIVm ſplendidiſſima ciuitate, LEGES diſci- is tradentem propter eius OPTIMAM opinionem & riam ad NOS* (CPolin) *deduximus*, *participemq; us operis* (Digeſtorum) *fecimus*. & §. eod. con- ı. ad magnum ſenatum. *Et DOROTHEVM ma- ficentiſſimum quaeſtorem & DOCTOREM in LE- M CIVITATE deſignatum. Dicimus autem ve- lam & ſplendidam BERYTIENSIVM metropo- quem de ipſo optima opinio & gloria*, *& ad nos exit ipſum*, *&*, *vt huius operis participem facere- hortata eſt.* Laudatur quoque hic Dorotheus gie cum *Triboniano* & *Theophilo* qui Inſtitutio- Iuris confecere, in Prooem. Inſt. ad LL. Cupidam

Digitized by Google

Iuuent. §. 3. *Quod eorum omnium ſolertiam &* LEGVM SCIENTIAM *& circa ſuas iuſſiones fidem, iam ex multis rerum argumentis acceperit.* Hic vero Dorotheus diſtinguendus ab alio, (2) qui ei tempore prior fuit, & a Clemente Alexandrino L. 1. Stromat. p. 334. citatur ἐν πρώτῳ πανδέκτῃ. Diverſus quoque (3) eſt *Dorotheus*, qui tempore Theodoſii Iun. praefectus fuit Palaeſtinae, v. Nicephorum de eo Hiſt. Eccl. L. XV. c. 9. ne (4) Dorotheum monachum de quod id L. XI. c. 35. & aliorum ſeriem commemorem.

§ VI.

Profeſſores Berytienſes ad quos ipſe Iuſtinianus diploma Confirm. D. dedit, ſunt (5) ANATOLIVS. (6) THALLELEVS. (7) CRATINVS, Viri Illuſtres & (8) SALAMINIVS vir diſertiſſimus. *Anatolii* huius opera quoque Iuſtinianus ad componenda digeſta vſus eſt. Vide confirm. D. ad ſen. & omnes propr. §. 9. *Et* ANATOLIVM *virum Illuſtrem* (recenſet Dig. conditores) *magiſtrum, qui & ipſe apud BERYTIENSES IVRIS INTERPRES conſtitutus, ad hoc opus allectus eſt, vir ab antiqua ſtirpe legitime procedens*; Et in confirm. ad magnum ſenatum §. Eod. *Et ANATOLIVM magnificentiſſimum magiſtrum, qui & ipſe apud BERYTIENSES ea, quae ex legibus proficiſcuntur, pulchre docet, vir ex TERTIA STIRPE laudabili IVRIS apud PHOENICES INTERPRETVM deſcendens*, v. de eius maioribus §. 4. h. c. Iſte vero *Anatolius* omnino ab altero Berytienſi ciue & Academiae diſcipulo, qui tempore Conſtantini vixit, de quo c. X. diſtinguendus. Addendus autem hic

Digitized by Google

octauo loco, illis *ſeptem* Anatoliis, quos celeberrimus Fabricius L. V. Bibl. Gr. p. 277. obſeruauit. Quibus etiam iungi *nonus* poterit, Anatolius CPolitanus ſenator, vir τῶν δυναϛῶν ἐν τῇ συγκλήτῳ βουλῇ ἀναγεγραμμένων qui ſummam & Palatii, & opum Imperatoriarum curam habuit, ſed in illo terrae motu, quo CPolis multum paſſa detrimenti eſt, periit. v. Agathiam L. V. p. 141. de Geſtis Iuſtin.

VII.

Neſcio annon & huc (6) SYNESIVS ſcholaſticus referendus ſit. Certe ſin minus ipſe Beryti docuit, eius tamen imago Beryti poſita fuit. Quod docet Epigramma εἰς εἰκόνα Συνεσίου Σχολαϛικοῦ ἐπὶ νίκῃ μάχης ἀνατεθεῖσαν ἐν Βηρυτῷ a Ioh. Barbucallo, poeta Hiſpano, qui ex oppido Βαρβουκάλη nomen habet, quod exſtat in Antholog. L. IV. c. 1. p. 413. vbi vrbs *Berytus* opponitur *Spartae* atque *Athenis*, referente poeta quod Lacedaemone non ſolum *viri fortes*, & Athenis *iuſtitiae ſacerdotes* ſint, cum easdem facultates, quarum altera modo ambae vrbes fuere celebres ſigillatim, *Berytus* oſtendere poſſit, ſe eadem iunctim poſſidere ſolius Syneſii exemplo, qui & vir *fortis*, & egregius *Iure Conſultus* erat. Epigramma elegans eſt.

Οὐχὶ παρ' Εὐρώτᾳ (fluuio Laconico) μόνον ἀνέρες εἰσὶ μαχηταὶ;
Οὐδὲ παρ' Ἰλισσῷ (fl. Athenarum) μνάμονές εἰσι δίκας.
Ὡς ἀπὸ τᾶς Σπάρτας, ὡς αὐτᾶς ἀϛὸν Ἀθάνας
ΣΥΝΕΣΙΟΝ ΝΙΚΑ καὶ ΘΕΜΙΣ ἠγάσατο.

§. VIII.

Extat quoque Epigramma (10) in IVLIANVM Iureconſultum quendam, inter ea quae ſtatuis virorum illuſtrium adſcripta ſunt, conditum a Theaeteto, quò is *Iuriſprudentiae lumen* vocatur, quod ROMA & BEROE coruſcum conſpexit. Antholog. Lit. v. tit. I.

Τοῦτον Ἰουλιανὸν νομικῆς φάος ἔσκον ἰδοῦσαι
Ῥώμη καὶ ΒΕΡΟΗ. *πάντα φύσις δύναται*

Seu, vti ab aliis editum eſt *πάντα Θεὸς δύναται.*

Multa quondam doctorum virorum turba cenſui: vti praeter Brodaeum qui notas in Anthol. fecit, A- ciatus L. II. Diſpunct. c. 27. & Bertrandus in vitis IC- torum, p. 4. qui praeterea perperam ibi pro *Βερόη* le- git *Βηρυτὸς*, hunc eſſe *Saluium* illum *Iulianum* ce- brem edicti perpetui conditorem, qui eadem op- magnum tempore Hadriani, quo vixit, & etiamn- in diſciplina noſtra nomen adeptus eſt. Sed de a- hic Iuliano cogitandum eſſe, & quidem qui *Iu- niani* tempore, ſaltem vicinis, vixit, cum caetera o- nia epigrammata in viros Iuſtinaei aeui ſcripta ſint, p- bat Menagius, Am. I. C. c. XXIV. p. 135. vt vt - terum, quo pugnat, argumentum, quod nulla ad- tempore Hadriani Berytienſis ſchola fuerit, tanti f- te non ſit. Conf. cap. IV. hui. diſſert. §. 5. ſeqq. & C- V. Iſte autem vir doctiſſimus poſt Fabrottum & F- thoeum non incommode Iulianum Anteceſſor- CPolitanum, qui nouellas Iuſtiniani ex Graeco fe- Latinas, utriusque linguae peritiſſimum virum, p- intelligi cenſet, quem eundem pariter eſſe putat c-

I-

Digitized by Google

Iuliano Ἀντικηνσόρῳ, cuius quaedam in Anthologia Epigrammata reliqua ſunt v. p. 135. *Anticenſoris* ſeu potius vero Anteceſſoris nomine *profeſſores* inſigniebantur; v. Cuiacium VII. obſerv. c. 25. & XII. c. 40. Ea tamen hac laborat difficultate ſententia, quod Iulianus ille neque *Romae* neque *Beryti* (quod tamen Epigramma vult.) ſed CPoli docuerit, de qua re contra hic ſilentium. Remouere illud ſtudet Menagius inde, quod, poſtquam CPoli jus explicuit, potuerit & Beryti docuiſſe. Sed potius ex ſchola Berytienſi in CPolitanam velut regiam & ſplendidiorem profeſſores vocati videntur, ut exemplum Dorothei nos docebit, de quo §. 5. non vero ſecus CPoli Berytum eos conceſſiſſe. Sed huiuscemodi coniecturis in re controuerſa nihil proficimus, quibus ut negandis ſic affirmandis par nobis eſt facultas. Interea tamen fortaſſe hinc tolli poſſet difficultas, quod Roma ibi non *vetus*, ſed *noua* CPolis intelligatur, quam & Romam dictam nouimus. Sed hoc ipſum mihi durius videtur, confer quoque Cl. Fabritium Bibl. Gr. L. III. c. 28. p. 719. qui hunc eundem eſſe cum Iuliano Anteceſſore vult, cui Priſcianus libros ſuos inſcripſit.

§. IX.

Attamen, quod horum pace dictum velim, nondum cauſam vidi, cur viri cl. a ſententia Guilielmi Grotii fratris Hugonis receſſerint, qui ſuſpicatus eſt, hoc epigramma compoſitum eſſe in honorem *Gabrielis*, de quo praecedente agitur epigrammate, ibique *alter Iulianus* appellatur. Quam in rem eo ducitur argumento, quod noſtrum epigramma, ſecus ac cetera, nullum lemma praefixum habeat, manifeſto indicio illud de ea-

dem cum praecedente perſona agere, quam obſeruationem ſe *Iano Rutgerſio* viro eruditiſſimo debere fatetur L. II. de vit. ICtorum c. VI. p. 144. Theaetetum vero Epigrammatis autorem eſſe eundem cum Theaeteto Scholaſtico, qui, imperante Iuſtino, CPoli vixit quidam putant. vide Dni Du Cange CPolim. Chriſtianam L. II. p. 152.

§. X.

Atque hoc de Berytienſibus Anteceſſoribus, quae reperire potuimus dicta ſunto. Miſſam enim facimus recentiorum Scriptorum fabulam, qui, vt crederemus, cupiuerunt Soſpitatorem noſtrum IESUM CHRISTUM quoque tempore illo, quo humana ſpecie apparuit, Beryti docuiſſe, vti Bernardus, nobilis de Breitenbach, Eccleſiae Moguntinenſis Decanus & Camerarius, qui A. 1483. iter Hieroſolymitanum cum Iohanne comite de Solms inſtituit. Hic Scriptor in CollectioneGermanica rariorum in Terram ſanctamItinerariorum reperitur, quae Ffurti 1619. II. Tom. prodiere. vid. T. I. p. 121. Miror vero haec ita Iohanni *Strauchio* placuiſſe, vt ei rei non omnino *fidem eſſe derogandam* autumet, ex quo Chriſtum in finibus Tyri & Sidonis docuiſſe ex ſacris ſciamus litteris, diſſ. cit. cap. IV. §. 8. Nos vero haec indigna refutatione, nedum digna aſſenſu viri cordatioris judicamus.

CAP. IX.

DE BERYTIENSIS SCHOLAE CIUIBUS ACADEMICIS THEOLOGIS.

Theologi qui *ius* ibi didicere ſunt (1) *Gregorius* *Thaumaturgus* iuxta *Socratis* & *Hieronymi* ſententiam

§. 2.

Digitized by Google

. 2. qui idem (2) de fratre eius Athenodoro retulit. §. 4. Sed hos, vt & (3) *Firmilianum* Berytum tendentes ſtatim caſu *Caeſare*... m veniſſe non Berytum ex ipſo Gregorio docetur §. 3. fuit autem ibi (4) *Triphyllius* Ledrorum Epiſcopus, cuius aetas ex memorabili Hiſtoria quadam annotatur §. 5.

§. I.

DOctores ſequuntur iure diſcipuli. Ea propter poſtquam huius ſcholae Profeſſores vidimus, commodum erit vltimo loco *ciues* quoque *Academicos* contemplari, quos illi & doctrina & exemplis, in hoc celebri legum domicilio, auxerunt. Qui cum ſint vel *Theologi* qui ſtudia legum ciuilium & ſacrarum, quarum optimum inter ſe vinculum, coniunxerunt, vel qui ad *Politica* tantummodo munera & *juris* dicendi facultatem aſpirauerunt, de ſingulis ordine pertractatio inſtituenda erit.

§. II.

In *priorem* ſeriem ex quorundam ſententia referendus erit (1) GREGORIUS Neocaeſarienſis, Ponticus, patriae ſuae Epiſcopus, qui a magno miraculorum, quae edidiſſe fertur, numero, *Alterius Moſis*, & *Thaumaturgi* nomina accepit, antequam vero Chriſti diſciplinae adſcitus *Theodorus* dictus fuit, vt pluribus obſeruauit Cl. Fabritius, Bibl. Gr. L. V. c. 1. §. 28. p. 247. Hunc *Beryti* ſtudiis *legum* ciuilium operam dediſſe, autor eſt Hieronymus in ſcript. Eccl. c. 65. *THEODORUS*, inquit, *qui poſtea GREGORIUS appellatus eſt*, *Neocaeſareae Ponti Epiſcopus*, *ADMODUM ADOLESCENS ob ſtudia Graecarum & Latinarum litterarum de Cappadocia BERYTUM &* in-

Digitized by Google

inde Caeſaream Palaeſtinae tranſiit. Socrates quoque Hiſt. Eccl. L. IV. c. 27. ἔτος γὰρ ὡς τῶν Ἀθήνησι παιδευτηρίων ἀναχωρήσας ἐν τῇ ΒΗΡΥΤΩ ΝΟΜΟΥΣ ἐμάνθανεν, *Ille* (Gregorius) *miſſis Athenienſium Scholis BERYTI Ius CIUILE didicit.* De eo vero dicit περὶ τούτου τοῦ Γρηγορίου πολὺς ὁ λόγος ἔντε Ἀθήναις καὶ ΒΗΡΥΤΩ καὶ ὅλῃ τῇ ποντικῇ οἰκήσει, ὡς δὲ εἰπεῖν καὶ πάσῃ τῇ οἰκουμένῃ. *Hic Gregorius celebrem famam & Athenis & BERYTI & in Pontica Dioeceſi imo in univerſo propemodum orbe nactus eſt.* Poſtea, cum Caeſareae Origenem ſacras literas docentem audiuerit, refert eum dereliquiſſe legum Romanarum ſtudia, πολλὰ χαίρειν εἰπὼν τοῖς Ῥωμαικοῖς ΝΟΜΟΙΣ. Conſentit & Suidas in Γρηγ. qui Latinis Hieronymianis paria Graeca verba habet, vt exſcriptione eorum ſuperſedeamus.

§. III.

Verum falluntur hi ſinguli, qui Gregorium hunc Beryti legibus operam dediſſe narrauerunt. Ipſe enim optimus vitae ſuae teſtis, nos longe alia docet in Panegyrico in Origenem, occaſionem commemorans, qua ad hunc doctorem ſuum peruenerit. Oportet igitur vt & Socrates & Hieronymus hunc Panegyricum ipſi non legerint, vtut vterque eum citet. Nam cum mater eius vidua eum, anno XIV. aetatis, ad ſtudia Rhetorices deſtinaſſet, v. p. 184. ipſi domeſticus praeceptor datus eſt, qui Latinam Linguam doceret. Hic vero Legum Romanarum non imperitus erat, ἔτυχε δὲ νόμων οὐκ ἄπειρος ὤν. Is Gregorium perſuaſit, vt eo magiſtro leges Romanas diſceret, δι' αὐτοῦ Ῥωμαικῶν ἐκμανθάνειν νόμους, ratus eas maximo ſibi ad lucrandum panem fore adiumento μέγιστον ἐφόδιον εἰ-

ναι

καὶ τὴν μάθησιν τῶν νόμων, ſiveRhetoris forenſis,ſiue alius dignitatis perſonam ornare cuperet.Ille vero ſe potius, magiſtro gratificandi ſtudio, quam quod earum amore teneretur, eas didiciſſe refert. v. p. 185. Illas tamen cum vtcunque apprehendiſſet, dicit *Berytienſium* vrbem praebuiſſe occaſionem, qua ad Origenem Caeſaream delatus ſit. Eo enim ſibi animum proficiſcendi fuiſſe (quia ea τῶν νόμων erat παιδευτήριον) quo legum ſtudia ſeuerius vrgeret. p. 186. At cum viae ſe dare vellet, narrat Praeſidem Palaeſtinae affinem ſuum, qui erat νομικὸς ICtus, creaſſe ibi Iudicii aſſeſſorem, qui cum ab vxore ſua diuulſus eſſet, miſit ad eum militem mandatarium, eam in cauſam vt vxorem ſuam eiusque fratrem Gregorium ſimul Caeſaream abduceret. Contra vero domeſticos Gregorii hortatos eſſe, vt potius legum cauſa Berytum peteret, εἰ ἐπὶ τὴν Βηρυτίων ἔλθοιμεν πόλιν ἐκεῖ τὸ τῶν νόμων μάθημα ἐκπονήσαντες p. 187. Ille vero occaſione ab affini allata, non Berytum, ſed *Caeſaream* recta ad Origenem venit, quod angelo diuino vitae & itineris cuſtodi aſcribit p. 188. Θεῖος δέ τις συνοδοιπόρος . . . . . μακρᾶς ὁδοιπορίας διασώζων ἡμᾶς ΠΑΡΑΜΕΙΨΑΜΕΝΟΣ τά τε ἄλλα καὶ τὴν ΒΗΡΥΤΟΝ ἣ μάλιστα ὁρμᾶν ἐν ταῦτα ᾤήθημεν ἐνταῦθα φέρων κατεστήσατο. *Divinus vero quidam vitae comes. . . . qui per longum iter nos cuſtodit tum alia PRAETERIENS tum BERYTUM, quam optare maxime putabamur, nos hoc* (Caeſaream) *perductos collocauit.* Ex quibus omnino Gregorium noſtrum Berytum nunquam ſtudii cauſſa veniſſe erit certiſſimum. Neſcius quoque ſum, an

ille priusquam Berytum tendebat *Athenis* dederit operam ſtudiis, vt Socratem monuiſſe vidimus. Nam ille hac de re nihil in Panegyrico meminit, ſed inſtitutionis ſuae tantum ſub materna cura, cum patrem XIV. anno aetatis amiſerit. Potior ſententia videtur eum *de Cappadocia* veniſſe Caeſaream, Berytum tendens, vt ipſe ibi non ſolum innuit, ſed & ita factum eſſe *Hieronymus* & *Suidas* autores ſunt. Ea vero de cauſa haec prolixius narrauimus quia in recenſendis ſtudiorum Gregorii noſtri temporibus & locis, recentioribus ſcriptoribus nihil confuſius eſt. v. Caue Hiſt. Litt. T. I. p. 93. Ed. Lond. & Du Pin Eccl. Auct. Bibl. J. I. p. 285. ſq. & me vera dixiſſe deprehendes.

§. IV.

Huius Gregorii fratrem (2) ATHENODORUM etiam in Ponto Epiſcopum, deinde, cum fratre ſuo, itineris quod litterarum & legum cauſa Berytum inſtituebant, ſocium fuiſſe Hieronymus l. c. ſcribit. *Gregorius - - - de Cappadocia BERYTUM, & inde Caeſaream Palaeſtinae tranſiit, IUNCTO ſibi fratre ATHENODORO,* quod idem & Suidas commemorat. At, cum ille comes itineris Gregorii fuit, oportet vtrosque Berytum tum temporis non vidiſſe v. §. 3. Etiam de hoc itinere Berytienſi nihil habet, ſed vtrosque Caeſareae originem audiuiſſe modo monuit Euſebius L. VI. Hiſt. Eccl. c. 23. Miror vero eos hic non meminiſſe (3) FIRMILIANI Caeſareenſis Epiſcopi, qui genere Patricius Cappadox erat. Nam in eodem itinere Gregorio & Athenodoro comes fuit, qui ſi *Berytum* prius petiiſſent recta via, vt Hieronymus & Suidas volunt, certe & hic ibi commo-

Digitized by Google

·atus fuiſſet; vnde inter ciues huius Athenaei refe-
:endus eſſet. Qua de re tamen ſilent, vtut itineris
ſocietatem cum Firmiliano referant, Gregorius Nyſ-
ſenus in vita Gregorii Thaumat. v. T. II. Oper. p. 974
aut 250. ſeq. oper. Gregor. Thaumat. vbi a Voſſio e-
ditore haec vita ad calcem iuncta eſt. Certiſſimum
vero eſt hunc Firmilianum cum Gregorio & Atheno-
doro Caeſareae ſub Originis diſciplina ſtudiis ſacris
dediſſe operam, teſte Euſebio L. VI. Hiſt. Eccleſ. 20.

§. V.

Triphyllius (4) autem Ledrorum Λεδρῶν ſi-
ue Λευτεῶνος vrbis inſulae Cypri Epiſcopus (cuius
commentarios in *Canticum* ſe legiſſe teſtatur Hiero-
nymus in Catal. Script. Eccleſ. vbi *eloquentiſſimum
ſuae aetatis* vocat) ſtudio *iuris ciuilis* Beryti ſedulo
incubuit, Sozomeno auctore L. I. H. C. c. XI. p. 416.
vbi eum hoc elogio ornat vocans: Ἄνδρα ἄλλως τε
λόγιμον καὶ διὰ ΝΟΜΩΝ ἄσκησιν ΠΟΛΥΝ ΧΡΟΝΟΝ
ἐν τῇ ΒΗΡΥΤΙΩΝ πόλει διατρίψαντα. *Vir diſertiſ-
ſimus qui ob legum ſtudium multum temporis in vrbe
BERYTIORUM fuit commoratus.* Qua vero aeta-
te hic Triphyllius vixerit, colligi ex eo poterit, quod
coaeuus fuerit Spyridoni, de quibus vtrisque hoc
cap. Sozomenus commemorabilem hiſtoriam refert,
quod, cum intereſſent ambo conuentui Epiſcoporum
Cypri, Triphyllium habita graeca lingua ad populum
ſacra oratione, vtentem Chriſti verbis ἆρον σου τὸν
σκίμποδα v. Marc. II. 9. cum vocem κράββατον vt
barbaram faſtidiuiſſe & σκίμποδα cognatae ſignificati-
onis vocabulo eius loco vſum eſſe. Hac re Spyrido-
nem commotum ex ſacerdotali ſolio ex θρόνου ἱερα-

τι-

τικȣ̃ exſilijſſe, & Triphyllium populo praeſente interrupto medio ſermone graui hac oratione increpuiſſe: *ȣ̓ σύγε ἀμείνων τȣ̃ κράββατον εἰρηκότ͡ος, ὅτι τοῖς ἀυτȣ̃ λέξεσιν ἐπαισχύνῃ κεχρῆσθαι. Num tu praeſtantior es eo qui grabbatum dixit* (Chriſto) *vt te eius uti verbis pudeat?* quo dicto addit Sozom. eum Triphyllium docuiſſe *modeſtiam* (male in verſione legitur *moleſtiam*) *τὸν τοῖς λόγοις εὐφρυνομένον qui ſe ob eloquentiam inſolentius efferebat.* Spyridonem vero noſter Sozomenus ad tempora Maximiani refert. Cum enim c. X. de iis Chriſtianis egiſſet qui ab eo ad metalla damnati & oculis orbi facti ſunt, init. c. XI. dicit ſe accepiſſe Spyridonem floruiſſe *κατὰ τȣ́τȣς* ſc. *χρόνȣς his temporibus.* Refertur etiam inter eos Epiſcopos qui tempore *Conſtantini* M. Eccleſiae praefuerunt a Socrate H. C. L. I. c. 12. Conferatur etiam L. I. Hiſt. trip. c. X. p. 211. *Conſtantii* autem aetate filii Conſtantini vixiſſe Triphyllium, nos docet Hieron. l. c. quod & bene cum Socratis & Sozomeni calculis conuenit, quorum ille p. 417. Spyridonem *ἡλικίᾳ καὶ ἱερωσύνῃ* aetate atque annis ſacerdotii fuiſſe Triphyllio *πρεσβύτερον* monuit.

CAP. X.

DE CIUIBUS ACADEMICIS IURECONSULTIS.

ICti ciues ſunt (1) *Appianus*, martyr. §. 1. (2) *Seuerianus*, Locus codicis illuſtratur, LL. Studioſi dicti *Scholares*, & advocati *Scholaſtici*; Suidas explicatus contra Vulcanium §. 2. (3) *Anonymus* quem Zacharias Schol. Alexandria huc migraſſe tradidit, cuius Dialogi *Ammonii* occaſio, aetas, & titulus explorantur §. 3.

Eſt

Digitized by Google

Eſt is Ammonius non Saccas, ſed Hermeae, qui a Barthio confuſi §. 4. Anatolius §. 5. vexatiſſimus de illo Eunapii locus, examinatis variorum ſententiis excuſſus. *Adiutor* eſt vox ſcenica excerpta ex litteris cl. *Fabricii* §. 6, 7, 8. (5) Sozomenus, cuius de patria ſua locus illuſtratur §. 9. (6) Arcadius & (7) Iohannes CPolitani §. 10. Caeterum praeter hos magnam ibi fuiſſe ciuium Academicorum multitudinem annotatur §. 11.

§. I.

IAm Iureconſultos & Politicos enumeremus. Inter eos referendus (1) APPIANUS Martyr qui erat Pagis Lyciae oriundus parentibus τῶν κατὰ τὸν κόσμον πλοῦτῳ περιῤῥεομένων ſummis affluentibus diuitiis & patre qui principe in ciuitate loco erat. Habebat enim τὰ πρωτεῖα τῆς πατρίδος, vt Euſebius VIII. Hiſt. Eccl. c. 14. retulit: Is autem hunc iuuenem multis ornat elogiis ob ſingularem modeſtiam atque in Deum pietatem, & in Chriſti doctrinam, quam profitebatur, conſtantiam, quam etiam Caeſareae admodum iuuenis, vtpote qui XX. aetatis nondum annum impleuerat, ſub Maximiano ad IV. Non. Aprilis die paraſceues, vita & ſanguine ſuo, paſſo martyrio, conſignauit, eodem teſte. Hic *Beryti* ſtudiis ciuilibus operam dedit. Idem l. c. aut c. IV. de Mart. Palaeſt. p. 323. τῆς ἑλλήνων παιδείας ἕνεκα κοσμικῆς --τὸν πλείονα κατὰ τὴν ΒΗΡΥΤΟΝ διατρίψας χρόνον *BERYTI plurimum temporis ciuilis prudentiae cauſa commoratus*. Notat pariter quod ibi degens non corruptos peſſimorum iuuenum, mercae aut vagunae litantium, mores imitatus ſit, ſed quod in tanta ibi iuuenum petulantium frequentia (v. c.

VII.

VII. huius libri §. 9. 10) re miraculo proxima σωφροσύνην ἠσπάζετο *temperantiam amauerit*, & quod κοσμίως καὶ σεμνῶς καὶ εὐσεβῶς κατὰ τὸν ἁρμόττοντα χριστιανισμῷ λόγῳ διεξάγων καὶ τὸν ἑαυτοῦ παιδαγωγῶν βίον. Poſtquam autem in hac Academia per annos quosdam vitam tranſegiſſet, in patriam rediit, ſed cum inſigni eſſet pietate, pater vero & amici moribus ab ea alienis, eorum ferre non potuit conſuetudinem eodem teſte verbis μετὰ τὴν δὲ ἐπάνοδον τῆς κατὰ ΒΗΡΥΤΟΝ παιδείας κ. τ. λ.

§. II.

Scriptum quoque Edictum *Diocletiani* & *Maximiani*, quo cauebatur ne iuuenes ante XXV. aet. annum ex Academia vocentur, ad (2) SEUERINUM cum aliis SCHOLARIBUS *Arabiae*, quos exinde in *Berytienſi* Academia iuribus addiſcendis dediſſe operam ſcimus ex L. X. Cod. tit. 49. *qui aet. vel profeſſ. ſe excuſ.* cuius verba ſunt. *Cum vos aſſirmetis LIBERALIBUS STUDIIS operam dare, maxime circa* IURIS *profeſſionem, conſiſtentes in ciuitate BERYTIORUM prouinciae Phoeniciae* &c. Seuerinus vero iſte quis ſit, mihi aliiſque ignotum eſt. *Scholares* vero *Arabiae* ſunt *iuuenes ſtudioſi* academiae huius *ciues*, qui ex *Arabiae* prouincia huc *legum* diſcendarum cauſa commigrauerunt. Nam, quo locus ille illuſtretur, auditoria, in quibus ius ciuile explicabatur, vocabantur olim *ſcholae*; *conf. cap. VII.* §. *1.* notata, & *legum Profeſſores* aeque ac *cauſarum patroni* σχολαστικοὶ *ſcholaſtici*. Hinc L. L. ſtudioſi *ſcholares*, &, qui ex Arabia erant, *ſcholares Arabiae*. Hilarius eos vocat *ſcholares materiae* L. I. de Trinit.

cum Forenſes lites MATERIAE SCHOLARES tentaverint, tunc mittantur ad Tribunalium pugnas. Neque enim illi ſolum dicti *Scholaſtici*, qui Eloquentiae & Rhetorices ſtudiis vacabant, de quibus vide Gatackerum ad Antoninum Imp. p. 25. ſed &, vt diximus, cauſarum patroni, *ſcholaſtici, iuris periti, defenſores ſcholaſtici, ſcholaſtici in foro* appellabantur v. interpretes ad *l. 2. Cod. de conceſſ. aduoc. Not. 74 & 76.* Meurſium in Gloſſario, & Ill. Spanhemium in Iulian. orat. I. pag. 120. Sic Socrates, cuius hiſt. Eccl. habemus, quia *ICtus* & aduocatus erat dictus *ſcholaſticus.* Syneſius de quo antea c. VIII. *ſcholaſticus* audit, quia fuit *iuris* ſcientia celebris anteceſſor. Euſebius *Scholaſticus* Troili Sophiſtae auditor occurrit apud Socratem H. C. VI. 6. v. quae ibi notauit Valeſius p. 77. Etiam Syneſius Epiſt. 155. & 156. Domitianum *illuſtrem* virum cauſae ſuae contra adverſarios patronum *ſcholaſticum* appellat, neque enim ibi id eſt *nomen magnae eminentiae ſingularis*, vt Barthius in not. ad Zachariam Schol. p. 242. perperam coniicit. Ita quoque nomine ſcholaſtici venit Agathias, de quo ſaepius. Hinc vocatur a Suida Ἀγαθίας Σχολαςικὸς Σμυρναῖος, quem locum ita exponi vult Vulcanius, vt τὸ σμυρναῖος non ſit nomen patriae, ſed referendum ad σχολαςικὸς, quod nim. Smyrnae *cauſarum patronum* egerit in not. Agath. p. 1. Verum cum Agathiae patriae μύρινα quaedam vrbs Aeolidis fuerit, vt ipſe L. 1. p. 3. monet, eamque aliam eſſe a Thraciae oppido cognomine, aliisque in Europa & Africa celebribus, & cum Σ, apud Graecos plerumque vocibus praeponatur, vt pluribus, ſi opus exem-

plis comprobari poſſet, etiam *μύρνα* & *σμύρνα* celebris Aſiae vrbs vocatur, non video quid cauſae ſit quo minus apud Suidam *σμυρναῖος* pro *μυρναῖος* poſitum eſſe putetur atque de patria *μύρνα* recte intelligatur. Vnde non opus vt in Suidæ loco quidpiam mutetur, vtut *μυρναῖος* alibi audiat Agathias, prouti in titulo ſcriptorum ab Agathia epigrammatum legitur *Ἀγαθίου Σχολαστικοῦ Ἀσιανοῦ μυριναίου συλλογὴ νέων ἐπιγραμμάτων.* Agathiam autem hunc *advocatum* fuiſſe ipſe innuit l. c. *τέχνη δὲ τὰ ῥωμαίων νόμιμα καὶ δικαστηρίων ἀγῶνες* confer. not. Vulcanii ſin it. p.1. quin & eum etiam *legum* cauſa Alexandriae fuiſſe c. VII. §. 6. in memoriam reuoca. Hinc diuerſae ICtorum Sectae, quia in diuerſis *ſcholis* iuuenes erudiebant, nomen *diuerſarum Scholarum* acceperunt. vid. §. 2. *I. de Emtione Vend. Salinus & Caſſius etiam in re alia putabant pretium poſſe conſiſtere. Diuerſae SCHOLAE autores contra ſentiebant.* Conf. §. 8. *I. de Mandat.* & in l. 138. ff. de Verb. oblig. *Proculus & ceteri diuerſae SCHOLAE autores* &c. Denique vero & apud Chriſtianos Scholaſtici dicebantur, qui id quotidie operam dabant, quo ſeculari eruditione cultiores redderentur & eleganti doctrina, quae ſcholaſtica tum audiebat, perpolirentur grauiter, ſicuti apud Eccleſiaſticos ſcriptores *ſcholaſticus ſermo* i. e. elegantior nitidiorque, *ruſtico* opponitur, qua de re pluribus Barthius ad Zachar. Schol. p. 241. Vtinam vero nos, his ad barbariem redeuntibus ſeculis, plures huiusmodi ſcholaſticos in eruditionis verae incrementum nanciſceremur.

§. III.

Digitized by Google

§. III.

Elegantiſſimi illius Dialogi, quem Zacharias Scholaſticus Epiſcopus Mitylenaeus ſub titulo AMMONII (vti ſe in Mſcr. codd. reperiiſſe teſtatur Labbeus p. 149) *ſiue de mundi opificio contra Philoſophos*, quo vulgo notus eſt, ſcripſit, & praeterquam, quod cum verſione Genebrardi in Bibliothecis P. P. appareat, cum noua verſione & notis breuibus Ioh. Tarini Pariſiis 1619. prodiit, poſtmodum cum Aeneae *Gazaei Theophraſto* ſiue de *animae aeternitate* Lipſ. 1655. 4to a Caſp. Barthio editus eſt, qui vtrumque egregiis lucubrationibus illuſtrauit. Illius, inquam, Dialogi occaſio haec fuit, quod (3) quidam STUDIOSUS iuuenis, qui antea *Ammonium* Hermeae fil. philoſophiam Alexandriae docentem auſcultauit, poſtea BERYTUM legum diſcendarum cauſa abhinc diſceſſerit volens πολῖτικὸς εἶναι, vt dicit p. 164. Ille vero Beryti ſodalibus ſuis quasdam, quas ab Ammonio magiſtro hauſerat, de *mundi aeternitate* ſententias proponere ſolebat. Quas, cum illi rurſus ad Zachariam hunc noſtrum detuliſſent, qui iam olim ea de re cum ipſo Ammonio diſputauerat, vt eas confutaret, rogauerunt, quod ipſum hoc dialogo pro virili praeſtitit. v. Graecam huius dialogi ſummam praefixam edit. Barthii, qua ego vſus ſum. Praecipue etiam obſeruandum quod hic dialogus ita a Zacharia compoſitus & ordinatus ſit, vt non ſolum appareat interlocutores quaſi in vrbe *Beryto* ſed & in ipſo Academiae iuris auditorio de rebus his ſermocinates eſſe v. p. 165-167. Inde quoque ille iuuenis litera B. fortaſſe, quaſi *Berytienſis*, inſignitur cum quo inſtituitur ſermocina-

tio quem eum Zacharias, qui ſub lit. A. latet, interrogaſſet, qui factum, vt *καταλιπὼν τὰς ἐν Αἰγύπτῳ διατριβὰς* relictis Aegyptienſibus ſtudiorum exercitiis *ἐνθάδε* hic (Beryti) habitaret, reſpondet, ΝΟΜΩΝ *με, ὦ φίλος, ἔρως ἄγει παρὰ τὴν* ΜΗΤΕΡΑ *τῶν* ΝΟΜΩΝ, *καὶ ἰδοὺ, Ἀριστοτέλη, τὰ μὰ παιδικὰ, καταλιπὼν καὶ τοὺς τῶν αὐτουργιῶν μυσταγωγοὺς, τῇ* ΦΟΙΝΙΚΗ *ἐπιδημῶ, εἴπου δυναίμην μαθεῖν ὅπως νομίζουσι τῶν ῥωμαίων οἱ νομοθέται. Βούλομαι γὰρ καὶ τὸ τοῦ νόμου δίκαιον πυθέσθαι.* *Amor LEGUM, amice, me ad MATREM LEGUM* (Berytum) *compulit, & ecce miſſum feci Ariſtotelem iuueniles delitias meas cum illis initiorum myſtagogis, & in PHOENICIAM diuerti* (erat Berytus vrbs Phoeniciae) *vt ROMANORUM prudentum SCITA & RESPONSA diſcerem. Volo enim & legum aequum bonumque edoceri.*

§. IV.

Ammonius autem, cuius nomine dialogus inſcriptus eſt, Hermeae fil. non Ammonius Saccas eſt, vt ipſe huius Dialogi editor Caſp. Barthius errat eosque confundit p. 158. not. ad Aeneam Gazaeum. Ille enim Saccas vixit ſub Commodo, & fuit praeceptor Origenis, Plotini, aliorumque coaeuorum eruditorum. Iam vero ex toto hoc Dialogo apparet illum *viuente* etiamnum Alexandriae *Ammonio* ſcriptum eſſe. Non tamen eum Commodo imperante prodiiſſe, ne ipſius Zachariae aetatem memoremus, tum citatio Euſtathii, Berytienſis Epiſcopi, (quod nomen gloſſema non eſt, vt Tarino placet, in not. p. 237. edit. Barth.) tum Baſilii M. p. 193. & 224. & Gregorii Nyſſeni fra-

tris

tris eius p. 228. hominum ea aetate longe recentiorum, luculenter docebunt. Conſtabit itaque hunc eſſe Hermeae fil. Ammonium, Procli diſcipulum, & celebrem Alexandrinae Scholae doctorem, qui A. 484. obiit, de quo vid. Celeb. Fabricii Bibl. Gr. L. IV. cap. XXVI. §. 12. in quo capite vel XIII. Ammonios ab inuicem diſtinguendos eſſe vir eruditiſſimus commonefecit. Interea tamen & ipſe Barthius duos illos Ammonios, de quibus antea, recte diſtinguit non ſolum, ſed & Dialogi titulum Hermeae fil. tribuit in not. id Zachar. p. 243.

§. V.

Anatolius (diuerſus ab illo de quo Cap. VIII. §. 6.) occupabit (4) locum qui tempore *Conſtantini M.* & *Conſtantii* vixit, ſummisque muneribus, cum Vicarii Aſiae, tum praefecti praetorio Illyrici inſignis fuit, cuius apud Ammianum Marcellinum, Libanium, A. Victorem, aliosque eſt mentio celeberrima. *Beryto* hunc oriundum fuiſſe, ibique egregiam illam Iuris ſcientiam, qua caeteros aetatis ſuae longe antecelluit, adeptum eſſe, ex Eunapio diſcimus, qui eum vocat *ἄνδρα τῆς νομικῆς τελουμένης παιδείας ἐς ἄκρον ἀφικόμενον virum exactiſſimae conſummatiſſimaeque iurisprudentiae*, & *δόξης ἐραστὴν καὶ λόγων gloriae & eloquentiae appetentem.* Ad tantam vero ideo eum adſurgere facile potuiſſe doctrinam narrat, quod Berytum *legum nutricem* patriam natus ſit, *ὡς ἂν πατρίδα ἔχων τὴν* ΒΗΡΥΤΟΝ *τὴν μητέρα νομικῆς παιδευμάτων* & iam antea eum fuiſſe *ἐκ Βηρυτοῦ πόλεως* retulerat, cum eum ſummo loco in aula Conſtantini fuiſſe dixiſſet, v. eum in vita Pro-

aereſii p. 142. Edit. Plantini 1568. Imo cum Conſtan-
tinus M. filios ſuos, quo omnium artium & νόμων
ἐμπειροι legum periti fierent, eruditorum virorum
culturae commiſiſſe ſcribit Euſebius L. 1. vitae Con
c. 51. hunc *Anatolium* Conſtantii magiſtrum fuiſ
coniicit Spanhemius ad Iulian. p. 120. qui Iulian
Imp. inſigniter hunc Conſtantium ob *legum* conſu
tudinem, & inſtitutorum peregrinorum peritiam, c
lebrat, habito in eum Panegyrico p. 12. In quem l
cum notas Spanhemii p. 121. confer. De hoc au
Anatolio magna laus & rerum ab ipſo ſtrenue ge
rum narratio in hac ipſa Vita Proaereſii, refertur
quod & inuidi eum in aula magni duxerint. p. 1

§. VI.

At, idem Eunapius, ibidem loci de hoc illuſtri
natolio ſubiungit, quod eum in aula CPolitana q
dam dicterio laceſſiuerint. Verba haec ſunt: ο
βασκαίνοντες αὐτῷ καὶ ΑΖΟΥΤΡΙΩΝΑ
κλῆσιν ἔθεντο, καὶ ὅ, τι μὲν τὸ ὄνομα σημα
βούλεται, ὁ κακοδαίμων ἔξω τῶν θυμελικῶν χορὸς. V
tit Iunius: *Inuidi vero AZUTRIONIS nomen*
poſuerunt, quod nomen quid ſignificet relinquo inu
gandum inſano Scenicorum gregi. Quid hoc v
ſit *Azutrionis* mirum in modum eruditos torſit.
omnium coniecturas afferamus vocem Αζουτρίω
ex *Hiſtrionica*, mimis, Pantomimio, Thymele
ſcena eruendam ipſe nos docet Eunapius. Qu
pter Tan. Faber, ad Phaedri L. V. fab. 5. & in L.
piſt. vult vocem eſſe *latinam* in Graecum ſonu
flexam, *adiutorem*, quia Graeci, cum non habean

Syllabam *jus* exprimere poſſint, pro *adiu* debuerunt *aζυ* ſcribere, notatque praeterea terminationem accuſatiui caſus, quae Graecis eſt *να* latinis eſſe *em*, vt *Platonem* illi *Platona* vocant. Fateor elegantem hanc eſſe obſeruationem quam & Schefferus ad eundem Phaedri locum magnopere laudat. Eſt enim vox *adiutor* ſcenica. Phaedrus l. c. v. 13. loquens de ſcurra qui ſpectaculum dedit nunquam Theatro illatum.

In SCENA vero poſtquam ſolus conſtitit
Sine apparatu, nullis ADIUTORIBUS
Silentium ipſa fecit expectatio.

Sueton. de Illuſtr. Gramm. c. 18. *L. Craſſitius ordinis Libertini . . . hic initio circa SCENAM verſatus eſt, dum mimographos ADIUVAT.* Hinc etiam vſurpatur de Profeſſoribus Rhetorices qui declamantes iuuenes erudiunt formare concinnos geſtus inſtar mimorum in Scena. Suetonius ib. c. 10. de Attejo Philologo *declamantium deín* ADIUTOR *atque Praeceptor*, quod eo magis huc facit adprime, quia ipſe Anatolius noſter *Sophiſta* fuit. Tum & inter ICtos *adiutorum* nomen celebre fuiſſe docet ad priorem Phaedri locum M. Gudius p. 316.

§. VII.

Animaduertendum tamen hanc Fabri non vsque adeo exploratam eſſe omnibus ſententiam. Concedimus quidem ipſi voces latinas, quarum accuſandi caſus deſinit in *em*, Graecis terminari in *a*. Attamen ſi praecedit ante hanc terminationem *conſona*, ea ſimul

Digitized by Google

ſeruatur. Vnde voces quorum accuſatiuus terminatur in *nem* habent Graece *να*, quo pertinet exemplum *Platonis*. Sic & *Ciceronem* vocant Κικέρωνα, Zenonem Ζήνωνα &c. At, ſi accuſatiuus deſinit in *rem*, vt in hac voce *adiutor* quae habet *adiutorem*, terminatur Graece in ορα, vt ſic ἀδιύτορα legitur apud Nilum vid. Dn. Du Cange Gloſſario med. & inf. Graecit. Sic *Cenſorem* Graeci vocant κένσωρα, *Anteceſſorem* Ἀντικένσωρα, *Rectorem* Ῥέκτωρα &c. Ex quibus id efficitur vocem *adiutoris* in accuſatiuo Graeco non ἀζυτρίωνα ſed ἀδιύτορα aut ἀζύτορα pronuntiatam fuiſſe. Atque inde eſt, quod recte eandem ob rationem deſeruerit ſuam hariolationem vir doctiſſimus Steph. Le Moine in not. ad Var. Sacr. p. 1033. qui *auditorem* voluit notare vocem illam, qui ſunt ἀκροαματικοὶ eosque inter *mimos* & *Choraulas* poni obſeruat a Geographo anonymo cuius expoſ. Mundi edidit Gothofredus, pag. 12. Niſi forte ibi pro *auditores* legendum ſit *adiutores*. Sed nihil definio.

§. VIII.

Sed & idem eruditiſſimus le Moine nobis aliam non inelegantem coniecturam ibidem p. 1034. exhibuit. Poſtquam enim obſeruaſſet, latinas voces quibus nominatus eſt *io* accuſatiuum flectere in *ionem* & tum Graece in ίωνα, vt *Scipio Scipionem* Σκιπίωνα &c. cenſet Anatolium voce *Hiſtrionis* appellatum, quae cum accuſatiuo habet *Hiſtrionem* Graece ἱστρίωνα, inde corruptam eſſe vocem in ἀζυτρίωνα. Qua in re tamen fortaſſe nonnulli erunt difficiles, vt hanc corruptionem ex ἱστρι in ἀζυτρι viro docto largiantur, prae-

Digitized by Google

cipue cum Graeci Syllabas ἰςει facili modo pronuntiare poſſint, vt in *Hiſtoria* &c. Haec ego ad huius loci lucem notaueram ex aliorum ſententia. Sed cum non ignorarem virum ſummum *Io. Alb. Fabricium*, ſibi id laboris feciſſe, quo nobis Eunapium doctiſſimis lucubrationibus (dubio enim procul hic erit ſibi ſimilis) exhibeat illuſtratum, non potui ſubterfugere, quo minus egregii illius bonarum artium promicondi de hoc vexato ſatis loco ſententiam rogarem. Quam cum nuper, eruditiſſimis litteris ad me datis, acceperim, non ingratum fore lectori ſpero, ſi earum partem, quae de hoc loco agit, velut purpureum pannum, late qui ſplendeat, his adſuam. *In loco Eunapii*, inquit, *nondum videtur mihi quiſquam rem tetigiſſe acu. In Mſcr. Mediceo eſt* καὶ ἄζυ . . . . τεί-*ωνα, intercedente duarum vel trium litterarum lacuna. Sic etiam in Lotharingico ac Veneto, quae contulit V. C. Marquardus Gudius. Simile ſpatium trium vel quatuor litterarum apparet. Lipſius in Electis p. 736.* Σαλυτίωνα *legit ex Sueton. Caeſ. c. 59. Sed, non videtur Anatolio opprobrium vitae obiicere quiſquam conuitio illo voluiſſe, ſed ſcenicas potius geſticulationes illi vocabulo, ſi quid iudico, exagitabant. Prae Tan. Fabri* adiutore (*ad Phaedri V. 5.*) *placeret Stephani le Moyne* Hiſtrio. *T. 2. Var. Sacr. p. 1031. niſi litterarum ductus amplius, quam patitur veroſimilitudo, recederent. Nam Iſ. Voſſii* Σαλυ[ίων *longius etiam remotum eſt p. 118. ad Catullum. Caroli etiam du Freſne omnibus libenter praeferrem coniecturam, qui in appendice ad Gloſſarium Graecum p. 7. b. putat*

Digitized by Google

Ἀζυ]ζίωνα eſſe nomen alicuius Hiſtrionis quale recenti aetate Harlequini. Verum cum hac non ſatis conuenire videntur verba Eunapii ὅ, τι μὲν τὸ ὄνομα σημαίνειν βύλε]αι. Itaque adhuc ambigo, & locum illum necdum cuiquam recte intellectum opinor. Tu, ſi quid nouiſti rectius, imperties. &c. Sed ſimul atque haec ad me vir eruditiſſimus dederat, non potui non eius ſententiae plane ſubſcribere, adeoque meam, quam olim de eo loco habui coniecturam, ex quo nondum ſanum locum & integrum eſſe conſtat damnare. Prius enim quam de eo quid iudicemus, ex mſcr. integer exhibendus erit. Anatolium itaque ſimul deſero.

§. IX.

Sequatur illum (Vtus) Hermias SOZOMENVS cuius hodie Hiſt. Eccl. poſſidemus, quam ideo a temporibus Licinii, eiusque exauthoratione ſe incepiſſe, teſtatur quod antea iam peculiaribus libris duobus, res quae a Chriſti in coelum adſcenſione vsque ad Licinium peractae, complexus fuerit. L. I. H. E. c. 1. p. 401. edit. Valeſ. quam eius ἐπιτομὴν intercidiſſe dolendum eſt. Is ſeſe CPoli fuiſſe *cauſarum patronum* eo ipſo retulit, quo Aquilinum aduocatum CPolitanum vocat ἄνδρα σὺν ἡμῖν διατρίβοντα εἰσέτι καὶ ἐν τοῖς αὐτοῖς δικαστηρίοις δίκας ἀγορεύοντα *virum qui hic* (egit de exſtructione vrbis CPolitanae) *ſecum verſetur & in* EODEM *foro agat cauſas clientum.* Etiam hoc ex tot legibus Romanis apertum, quas ſubinde citat. Sozomenum autem Iuris peritiam BERYTI didiciſſe ab ipſo memoratum eſſe non memini. Cenſet tamen

hoc

hoc H. Valeſius, eruditiſſimus eius editor, non procul a fine vitarum Socratis & Sozomeni, quas editioni ſuae praemiſit, *vbi poſt haec* inquit, *Sozomenus cauſidicinae operam dedit. Et ius quidem CIUILE didicit BERYTI, quae vrbs eſt Phoenices haud procul diſtans a patria Sozomeni, in qua celebris erat iurisprudentiae Schola.* Videtur modo, cum neſciam quo autore haec Valeſius ſcripſerit, ea probabilis eſſe coniectura, hinc deſumta, quod Palaeſtinae Syriae vicinae, Sozomenus vitae debeat originem. Nam illum BETHELIAE βηθελία, vico Gazae vrbi propinquo, oriundum eſſe cum antea docuerat Valeſius, tum ipſe Sozomenus monuit ea ciuitate *auum* ipſius ab Hilarione ad Chriſtum conuerſum fuiſſe, atque ibi Sacrarum litterarum interpretis munere functum eſſe L. V. H. E. c. 15. p. 617. vbi addit illum (*Betheliae*) accepiſſe nomen, ἐκ τῆς Σύρων φωνῆς *ex lingua Syra*, quod ibi praeter alia templa inſignis fuerit Πανθέου ναὸς *templum Pantheon* quod colli, arci velut, impoſitum, ſupra totum pagum eminuerit. Nam nomen βηθέλια, in Graecam linguam e Syra translatum, idem eſſe quod θεῶν οἰκητήριον *Deorum Domicilium*, cum Hebraeis Syriſque ביתאל *Beth-el* notet *Domum Dei*, nemo fortaſſe ex ſacrarum litterarum uſu facile ignorabit.

§. X.

Sexto & ſeptimo loco hic commemorandi ARCADIUS & IOHANNES, filii Xenophontis Senatoris CPolitani, qui ſtudii iuris cauſa a patre *Bery-*

tum miſſi ſunt. Teſtis Nicephorus Calliſtus L. XIV. Hiſt. Eccl. c. 52. vbi, agens de illo Xenophonte, inquit ἐπὶ δὲ μίαν τῶν κατὰ Φοινίκην πόλεων ΒΗΡΥΤΟΝ ἐπὶ παιδείᾳ καὶ μελέτῃ ΝΟΜΩΝ τοὺς οἰκείους παῖδας ΑΡΚΑΔΙΟΝ καὶ ΙΩΑΝΝΗΝ ἐκπέμψας ἐπὶ τὸ κατὰ θάλατταν περιπεσὸν ναυαγίῳ πρὸς τὴν ἐκείνων ζήτησιν σὺν τῇ γυναικὶ ἐξιὼν &c. *Miſerat is BERYTUM, quae Phoeniciae vrbs eſt, diſciplinae & legum diſcendarum gratia ARCADIUM & IOHANNEM filios ſuos. Quum autem naufragium eos in mari paſſos eſſe intellexiſſet, ad eos inquirendos vna cum coniuge profectus eſt. &c.* Quos tamen cum Hieroſolymis ex voto pro naufragio ſe vitae monaſticae dediſſe comperiſſent parentes, refert Nicephorus eosdem quoque in hunc ordinem nomen ſuum ex ſingulari pietate cooptari paſſos eſſe. Ille autem pater Xenophon vixit tempore Theodoſii Iunioris. Nam de viris piis & celebribus qui ſuperfuere rebus humanis, cum Eudocia Auguſta, vxor Theodoſii in Palaeſtina diuerteretur, agit noſter cap. 50. ſeqq.

§. XI.

Denique hoc obſeruandum vltimo, quod olim ex longinquis regionibus Berytum petierint Studioſi iuuenes, vt ex *Cappadocia* Gregorius Thaum. §. 2. ex *Cypro Triphyllius*, §. 5. ex *Arabia* Seuerinus, & alii §. 7. ex *Lycia* Appianus, §. 6. e *Palaeſtina* Sozomenus, §. 11. alii ex Aegypto §. 8. imo ex ipſa vrbe regia CPoli, §. 12. Praeterea Academicorum ciuium magna ibi adfuit, & numeroſa multitudo. Ita retulit nobis

quod

Agathias, quod euerſa tempore Iuſtiniani vrbe ibi perierint πολλοὶ νέοι ἐπήλυδες ξυνπαῖδεύεσθαι *Multi Iuuenes legum ſtudioſi Romanorum*, PEREGRINI & *NOBILES* Pariter Antoninus Martyr in itinerario ſibi Epiſcopum vrbis retuliſſe, *multos ibi exceptis PEREGRINIS* (qui ſtudioſi) periiſſe. Accipe quoque quae habet inſigni loco Libanius, orat. XXVI. quae inuectiua eſt in eos, qui ipſius doctrinam eludebant, vbi de variis cauſis, quare eloquentia tum temporis deſpectui habebatur, agit, inter quas loco tertio refert quod egregii Iuuenes, miſſis eloquentiae ſtudiis, *Berytum* ſtatim ad diſcendas *leges* currant, quod alias ii tantum faciebant olim, qui de pane luctando ſolliciti, verba eius T. II. p. 595. ſunt. τὸν μὲν γὰρ ἄλλον ἅπαντα χρόνον τοὺς μὲν ἀπὸ τῶν ἐγγαστηρίων νέους οἷς ἡ Φροντὶς ὑπὲρ τῆς ἀναγκαίας τροφῆς ἦν ἰδεῖν εἰς ΦΟΙΝΙΚΗΝ ἐπὶ τοὺς ΝΟΜΟΥΣ λαβεῖν ἰόντας, ὧν δὲ ἐξ εὐδαιμόνων ἀκμῶν, οἷς γέγονεν γένος ἐπιφανὲς καὶ χρήματα καὶ πατέρες λελειτουργηκότες, ἔμενον ἐν τοῖς ἡμετέροις (ſcilicet nobiles tum ad eloquentiae ſtudia accedebant) pergit, ἀλλὰ ΝΥΝ ΠΟΛΥΣ ΠΟΛΛΩΝ ὁ ΔΡΟΜΟΣ ἐπ' ἐκεῖνο, καὶ νεανίσκοι λέγειν εἰδότες καὶ κινεῖν ἀκροατὴν ἔχοντες, εἰς ΒΗΡΥΤΟΝ θέουσιν. Complura ibi videbis, quibus peruerſam hanc (vtinam vero eadem tempora & multo quidem deteriora non viueremus) ſuorum temporum conſuetudinem diſſuadet. Certe, ſi ea vera ſunt, quae anonymum Geographum Cap. VII. §. 1. retuliſſe vidimus ex hac Academia Berytenſi *viros doctos, in OMNEM TERRARUM ORBEM adſidere judicibus & ſcientes leges*

cu-

cuſtodire prouincias, multo maximum ibi LL. ſtudioſorum numerum fuiſſe, nemo eſt qui non ſibi facile perſuaſum habuerit. Neque fortaſſe iniuſta erit ex his ſuſpicatio omnes XVI. Triboniani, in compilando Iure Iuſtinianeo, ſocios, fuiſſe huius Academiae ciues, qui vt *patroni cauſarum apud maximam ſedem praefecturae, quae orientalibus prouinciis praeſidet*, laudantur & ad condenda Digeſta cum aliis viris eruditis operam adhibuiſſe referuntur & nominatim in vtraque Dig. confirmat §. 9. commemorantur. Atque haec hactenus.

CAP. XI.
DE ALIIS ERUDITIS BERYTIIS.

Berytus optimis ciuibus inclutа. § 1. *Sanchoniathon* vtrum *Berytius* an *Tyrius*. *Abibalus* fuit Rex *Beryti*. §. 2. Porphyrius *Bataneotes* dictus *Tyrius*. Fuere duae *Batnae* in Syria, & alia in Meſopotamia. §. 3. (2) *Lupercus* (3) *Egnatius Celer*. §. 4. (4) *Valerius Probus*. Varia de ſcriptis quae ſub eius nomine veniunt. §. 5. (5) *Hermippus*, alii huius nominis. §. 6. (6) *Taurus* (7) *Lupercus* alius. §. 7. (8) *Mauſeus*. alii huius nominis (9) *Strato* medicus & (10.) *Dionyſius* §. 8. (11) *Eudoxius* (12) *Patricius* ICti §. 9. (13) *Euſebius* & *Euſtathius* Epiſcopi §. 10.

§. I.

NIhil inconcinni nos peracturos rati ſumus, ſi coronidis loco nonnulla de quibusdam *eruditis Berytiis*, qui eam vrbem vel *patriam* nacti ſunt, vel in eadem publico admoti muneri, cum Iuris Academiae pertractatione indiuulſo nexu immgeremus. Cele-

lebrat enim valde hanc ipſam vrbem vt εὐήνορα *bonis gaudentem ciuibus* Nonnus L. XLI. Dionyſ. p. 1072. Poſſem hic pariter quaedam commode de priſcis *Beryti regibus*, & inprimis *Abibalo* afferre; ſed haec ſimul ac enarrabimus alia huius vrbis commemorabilia, referemus.

§. II.

Antiquiorem autem hominem, qui Berytum doctrina ſua celebrem reddidit, non noui ac (1) SANCHONIATHONEM, veteris Hiſtoriae Syriacae ac κοσμογονίας ſcriptorem, quem ex Phoenicia lingua Philo Byblius Graece reddidit, ex quo quaedam Euſebius L. I. & X. Praep. Euang. intulit. Nolo nunc litem facere meam de nominis huius viri ἐτύμῳ, eiusque, qua vixit, aetate, vtpote quae ab aliis ſatis excuſſa ſunt. Id tantum notamus, eum fuiſſe ciuem BERYTIUM, vt teſtatur Porphyrius, ipſe Syrus, L. IV. aduerſ. Chriſtian. apud Euſebium L. I. Praep. Euang. p. 31. & L. X. p. 485. Cui ipſe Euſebius iisdem in locis adſentitur. Idem & tradidit Theodoritus L. II. de Curat. Graec. Affect. p. 28. His tamen aduerſus eſt Athenaeus qui L. III. c. 37. eum facit TYRIUM & Ulpiani ICti fuiſſe πολίτην ciuem adſtruit, quem Tyri hauſiſſe primam lucem nemo ignorat. Potiorem tamen eorum ſententiam eſſe, qui eum *Beryto* addicunt, exinde quodammodo poſſet quis coniectura duci, quod opus ſuum Hiſtoricum nuncupauerit *Abibalo* Regi *Berytio* vt ex Porphyrio docet Euſeb. L. I. Euang. Praep. p. 31. ἈΒΙΒΑΛῼ, τῷ βασιλεῖ Βηρυτίων τὴν ἱστορίαν ἀναθεὶς κ. τ. λ. Noui

qui-

quidem V. cl. *Adamum Tribbechouium* Porphyrium hic erroris accuſauiſſe, quod eum *Beryti Regem* fuiſſe ſcripſerit, qui *Tyro* imperauit, in diſſ. de Verit. Creat. Mundi §. 5. p. 251. (quae eſt in Faſc. I. diſſ. quae ad Hiſtor. & Philoſ. ſpectant, Roterodami recuſſarum.) Sed haec tantum a viro docto gratis dici in δȣλείαν ſuae ὑποθέσεως, qua *Hierombalum* vult *Gideonem* eſſe, in qua tamen eadem ſententia plurimos eſſe ἀνιστορησίας apertae naeuos, alibi, Deo fortunante, claris argumentis oſtendemus.

§. III.

Ne tamen cuipiam fraudi ſit Sanchoniathonem, vtut *Berytium*, ab aliis vocari *Tyrium*: obſeruandum, nonnunquam contingere vt ii, qui ex Syria prouincia oriundi, alia tamen vrbe ac Tyro, nihiloſecius vocentur *Tyrii* Τύριοι. Exemplo ſolum vtar *Porphyrii*, qui ex Syriae vrbe *Batna* oriundus fuit, obſeruante Holſtenio de Vita & Script. Porphyr. cap. V. p. 250. Edit. Fabricii in Bibl. Gr. L. IV. cap. 28. Vnde ab Hieronymo in Epiſtolam ad Galatas vocatur *Bataneotes* & Chryſoſtom. Homil. VI. in 1. Ep. ad Corinth. p. 58. Βαταvεώτης, vt ab aliis quoque animaduerſum eſt. Ipſe tamen Porphyrius in Vita Plotini c. 7. ſe vocat Τύριον. Dicit enim εἶχε καὶ ἐμὲ Πορφύριον ΤΥΡΙΟΝ ὄντα ἐν τοῖς μάλιστα ἑταίρων. Inde & Amelius, ſtudiorum ſocius Porphyrii, eum vocauit βασιλέα τὸν ΤΥΡΙΟΝ hoc eſt, *Porphyrium Tyrium* (dictus enim lingua Syra fuit *Malchus* quod eſt a מלך *rex*) ibidem loci cap. XX. n. 13. & cap. XXI. βασιλεὺς ἑταῖρος ὁ Τύριος In priori loco reddidit

Sy-

Digitized by Google

Syrius altero *Tyrius* interpres huius libelli Marſilius Ficinus. Pari modo & *Tyrus* patria ipſi tribuitur ab Eunapio in eius vitae principio. Fuit itaque Porphyrius *Bataneotes* & ſimul aliis dictus Tyrius. Cum tamen plurimae fuerint vrbes Βάτναι dictae, Holſtenius l. c. eum oriundum eſſe cenſuit ex illa *Batnea*, quae fuit prope Ptolemaida, quae in ſortem olim tribui Aſer cecidit Ioſ. XIX. 25. de qua Euſebius de nomin. loc. Hebr. βάτναι φυλῆς Ασηρ. κ. τ. λ. Eſt enim & alia *Batne*, pariter *Syriae* vrbs ſita inter Beroeam & Hierapolim cuius amoenitatem multis deſcribit, & cum tempis Theſſalicis comparat ac Daphnenſium Antiochiae illecebris Iulianus Imp. in Epiſt. ad Libanium n. 27. ex qua etiam egregie eius apparet ſitus. Cum enim haec Imper. Epiſtola Hierapoli ſcripta eſſet, vt monet p. 401. Primum dicit ſe veniſſe *Litarbos* Iulianus init. Epiſt. qui locus eſt Chalcidis. Hinc vero ſe *Beroeam* profectum eſſe p. 399. inde *Batnas* ἔνθεν ἀναζεύξας μεβάτναι, tum vero Hierapolim, apparet eam mediam fuiſſe inter *Beroeam* & *Hierapolim*. Hae vero Batnae ſitae fuere cis Euphratem, a qua diuerſa alia *Batne* trans flumen in Meſopotamia prope Edeſſam, quae cum non longe a ſe inuicem diſtent, facile confundi poſſunt, vt accidit cl. Cellario ad Zoſimi L. III. c. 12. quem errorem L. III. Geogr. Ant. c. 15. p. 725. correxit. Vtraque memoratur in Itinerario Antonini obſeruante ibidem loci Cellario.

§. IV.

Sed deſcendamus ad alios eruditos ciues Berytios. Fatendum quidem eſt mihi praeter hunc non occurriſ-

Digitized by Google

riſſe Berytium quempiam, qui multo ante NERO-NIS aetatem claruerit. Nam, qui hic prima e, paulo ante Neronis tempora vixiſſe quendam (II) LUPERCUM *Berytium* ciuem, tradit Suidas in h. v. qui etiam eius Ἀττικὰς λέξεις celebrat. Memoratur quoqueLupercus quidam aStep hano inΝήρικος &Euſtathio ad Dion. Perieg. v. 492. Qui, num ab hoc atque altero Luperco, de quo n. 7. diuerſi ſint, latet etiamnum. Vixit autem (III) Tempore Neronis P. EGNATIVS CELER ſtoicus Philoſophus de quo Tacitus L. IV. Hiſtor. p. 563. itidem *Berytius* vt cap. IV. oſtendimus. Eum tamen in Catalogo Philoſophorum ſtoicorum cl. Fabricii, quem Bibl. Gr. L. III. c. 15. inſeruit, non reperi.

§. V.

Claruit quoque ſub eius Imperio (IV) M. VALERIVS PROBVS illuſtris Grammaticus, etiam patria *Berytius*. Ita enim Sueton. c. 24. de Ill. Gram. *Marcus Valerius Probus BERYTIVS* &c. confer. Hieronymus in Chron. Euſebii ad Annum Neronis II. Habes eius vitam inter Grammaticos illuſtres a Suetonio ſcriptos c. 24. Eſtque idem ille Valerius Probus quem laudat Gellius L. IV. c. 7. L. VII. c. 9. Noct. Attic. & ex cuius *diſcipulis* idem ſe profeciſſe narrat L. IX. c. 9. Meminit eiusdem & Martialis L. III. Epigr. 2. f. Habemus eius L. II. Grammaticarum inſtitutionum quas poſt Ianum Parrhaſium edidit Putſchius in collectione ſua Grammaticorum veterum. Circumferuntur quoque ſub Probi nomine varii commentarii in poetas, vt Virgilium, Perſium, Iuuenalem &c.

Sed

Sed, vtut concedam in Virgilium poſſe eius Probi eſſe, qui tamen ille, qui ſub Nerone vixit, in caeteros commentari potuerit, non video. Accedit quod in illis ad Iuuenalem Scholiis multa ſint, quae Chriſtiani aeuum ſapiant. Vnde recte huic hos labores non tribuendos eſſe monuit Celeberrimus Fabricius Bibl. Lat. L. I. cap. XII. p. 209. L. II. cap. XII. p. 394. & Cap. XVIII. p. 435. Ed. vlt. qua in re aſſentientem habet cl. *Vinetum*, vtut dubitantem, ad Suetonii loc. cit. Quanquam autem Sueton. c. 24. de Illuſtr. Gr. referat hunc *Valerium Probum nimis pauca & exigua modo de minutis quaeſtiunculis edidiſſe*, teſtatur tamen A. Gellius L. VII. c. 9. *Eſſe Probi Grammatici commentarium ſatis curioſe factum de occulta litterarum ſignificatione C. Caeſaris.* Extat quoque ſub nomine Probi *de notis Romanorum interpretandis libellus*, quem alii eundem cum illo libro de quo Gellius, alii diverſum, omnes tamen fere huius Probi eſſe genuinum monumentum cenſent. Edidit eum Dauſqueius in orthographia ſua & maximopere laudat. Et iam antea Dion. Gothofredus inter autores ſuos Ling. lat. & Elias Putſchius inter Grammaticos Veteres. Alii alibi, vid. Fabricii Bibl. Lat. L. IV. cap. VI. p. 774. qui eundem librum ibi quoque huic Berytio Probo adiudicat. Attamen, quod pace Viri celeberrimi dictum velim, non video qui illud huius ſub Nerone Grammatici opus eſſe poſſit, qui *Seueri* meminit, ceu hae notae teſtes

ſunt. SEV. AVG. ARM. PART. *Severus*, *Auguſtus*, *Armenicus*, *Parthicus*: tum quoque ex plicat litteras quas *Chriſtiani* Sepulchris inſcribe re conſueuerunt. H. R. I. P. *Hic requieſcat in pace*. Fateor autem hanc obſeruationem me de bere viro elegantiſſimae doctrinae *Henr. Ber Reinoldo*, ICto & Anteceſſori in Academia Vi drina celeberrimo, quondam Doctori meo, qui me docuit in Cap. XI. Lib. Varior. ad Jus C pertinent. Poſſet quidem excipi, non omn quae in his notis reperiuntur ab huius Probi i genio prouenifſe, vtpote qui a poſteriori ma auctus & interpolatus eſſet. At, huiusmodi c & ratione Commentationis in Virgilium alii in rebus facile eſſet quo reperiremus.

§. VI.

Celebris quoque fuit quidam *Berytius* d tempore *Hadriani*. Nimirum (V) HERMIP Philonis Byblii diſcipulus, aequalis Nic Hermiae filio, qui ad Hadrianum Imp. ſcr vid. Stephanus de Vrbibus eum citans in β Is plurima quoque ſcripſit teſte Suida in Ν & ἐμπειρί... Citat eius librum περὶ ἑβδ... δ... *de numero ſeptenario* Clemens Alexand L. VI. Strom. p. 686. qui etiam noſtrum pari legat L. I. Strom. p. 306. Eum quoque o *Hiſtoriam ſomniorum cum ſuis originibus*, r *& relatoribus quinione voluminum ſatiat* ...

H 1

bibiſſe teſtem habemus Tertull. de Anim. c. 46. Fuere & alii Hermippi ab hoc diuerſi, & inprimis Comicus, quem citat Stephanus in Ταύραϛος, & alius Philoſophus Smyrnaeus, quem ſaepius citat Diogenes Laertius: Sed de his egit doctiſſimus Spencerus ad Origen. L. I. contra Celſ. p. 13. vbi probat *Hermippum*, quem ibi citat Origenes, ex L. περὶ νομοθετῶν, Smyrnaeum non Berytium fuiſſe, ſecus ac G. I. Voſſio L. II. c. 12. de Hiſt. Graec. viſum fuit.

§. VII.

Poſt haec tempora vixit (VI) TAVRVS *Berytius* Philoſophus Platonicus. Eum ad Imp. *Antonini* tempora, quibus claruit, refert Syncellus Chron. p. 351. & Euſebius in Chron. ad Annum Chriſti 145. Scripſit is de differentia dogmatum Ariſtotelis & Platonis, περὶ διαφορᾶς δογμάτων Πλάτωνος καὶ Ἀριστοτέλους, teſte Suida in Ταῦρος. Etiam librum de Platonicorum diſſenſu a Stoicis quem laudat Gellius L. XII. c. 5. Item Commentarium in Gorgiam teſte eodem L. VI. c. 14. qui eundem aliquoties quoque citat, vid. Celeberrimi Fabricii Catalogus Platonic. quem inſeruit Bibl. Gr. L. III. c. 3. Idem quoque Taurus, vt puto, philoſophus, citatur in Proverb. Apoſtolii Cent. II. prou. 98. Iungimus huic Philoſopho Platonico alterum eiusdem ſectae (VII) LUPERCUM *Berytium*, ſed diuerſum ab eo, de quo n. 2. Is enim vixit tempore *Gallieni* Imperatoris, & multis ſcri-

ptis ſibi magnum nomen adquiſiuit. vid. de eo Suidas & ibidem loci Fabricius.

§. VIII.

Sunt etiam quidam Berytii quorum certam aetatem neſcio. Floruere tamen circa haec propemodum tempora. Refero huc (VIII) MNASEAM *Berytium*, cuius Ἀττικὰς λέξεις memorat Suidas, qui, eodem teſte, etiam de *arte dicendi* ſcripſit. Citatur quoque Mnaſeae liber tertius περιηγήσεων a Stephano Byz. in ἐγγελᾶνες, eiusdemque meminit in δάρδανος & ἄκανθος. qui num idem ſit cum Berytio noſtro me latet, vt & de Mnaſea quem citat Schol. Apoll. Rhod. L. I. v. 917. Dubio tamen procul alius ab illo eſt Mnaſeas ſcepticus Philoſophus, quem nobis exhibet Euſebius L. XIV. praep. Euang. p. 731. item Mnaſeas Medicus, quem Galenus laudat T. IV. op. p. 42. nec non ille Hiſtoricus quem ſcripſiſſe de rebus *Phoeniciis* auctor eſt Ioſephus, qui eum citat L. I. contr. Apion. p. 1051. pr. & L. I. Ant. Iud. c. 4. p. 10. Neſcio quoque quo referam (IX) STRATONEM *Berytienſem* medicum cuius medicamenta nonnulla commendat Galenus de Compoſ. Med. Cap. VII. n. 5. p. 396. T. III. op. Diogenes enim Laertius *octo* meminit *Stratonum* L. V. sect. 61. inter quos, quem *quinto* ordine collocauit, loco mutilo deſideratur. Hunc plurimi Stratonem volunt eſſe Emeſenum Geographum, qui Tiberii aetate claruit. At do-

Digitized by Google

?tiſſimus *Th. Reineſius* ſtatuit eundem eſſe medi-
cum hunc Stratonem Berytium, qui de re illa hanc
ſententiam ſuam perſcripſit ad cl. *Straucbium*, vt
idem teſtatur in laudata diſſ. ad tit. C. de *Me-
trop. Beryt.* Cap. IV. §. 14. Meminit quoque (X)
incerti cuiusdam *Berytii* DIONYSII marmor
Arundellianum his verbis.

ΔΙΟΝΥΣΙΟΣ ΖΗΝΩΝΟΣ
ΤΟΥ ΘΕΟΔΩΡΟΥ ΒΗΡΥΤΙΟΣ
ΕΥΕΡΓΕΤΗΣ
ΘΕΟΙΣ ΠΑΤΡΙΟΙΣ

§. IX.

Neque eſt quod ſilentio praetereamus nobiles
quosdam *Iureconſultos Berytenſes* ciues, nempe
(XI) LEONTIUM praefectum & conſularem;
atque (XII) PATRICIUM filios Patricii vtrosque co-
gnatos & maiores, cum *Anatolii*, tum *Leontii* & *Eu-
doxii* celebrium Berytenſis Academiae Profeſſorum,
de quibus Cap. VIII. ſermocinandi fuit occaſio.
Sed cum de eorum meritis alibi nihil fuit, quod
reperire potuerimus, nomina ſaltem eorum poſte-
ritatis ſcientiae relicta ſunt, in §. 9. *vtriusque Conſt.
Dig.*

§. X.

Accedimus denique ad duos huius vrbis *Epi-
ſcopos*, qui nobis noti ſunt, commemorandos.
Eorum primus eſt (XIII) EUSEBIUS Nicome-

dienſis, & poſtea CPolitanus Epiſcopus, qui primum Eccleſiæ *Berytenſi* praefuit, vt apparet ex Socratis L. I. Hiſt. Eccl. c. 24. in fin. quam cum *πάλαι pridem* dereliquiſſe memorat, cum Synodus Antiochena, qua Euſtathius Antiochenus Epiſcopus a munere remotus eſt, haberetur. Claruit itaque tempore *Conſtantini M.* & paulo ſubſequentibus. Alter eſt (XIV) EUSTATHIUS Epiſcopus *Berytenſis* quem ob munificentiam in auditoria *iuris* Academica exornanda magnopere laudat Zacharias Epiſcopus Mitylenaeus in Ammonio p. 166. Ed. Barth. Is magnam habuit, de quo alibi, controverſiam cum Photio Tyriorum Epiſcopo, qua de re vid. Ius Graeco-Rom. p. 277. Saepius is in actis Concilii *Berytenſis* vocatur *εὐλαβέστατος Ἐπίσκοπος optimus Epiſcopus*, cui ipſe cum adverſario ſuo Photio interfuit, atque hunc in modum eidem ſubſcripſit: Εὐστάθιος ἐπίσκοπος τῆς Βηρυτίων καλλιπόλεως ἐπέκρινα. Ab eo vero diſtinguendus eſt alter *Euſtathius*, qui primum vrbis *Βεῤῥοίας* prope Antiochiam, & dein Antiochenſis Syriae fuit Epiſcopus, & tempore Conſtantini vixit, de quo Sozomen. L. II. Hiſt. Eccl. c. 2. Atque is ipſe eſt quem pariter in Synodo Antiochena dignitate ſua exuerunt, qua de re tam grauis in Eccleſia Antiochena orta fuit ſeditio, referentibus pluribus Euſebio. L. III. Vit. Conſtantin. cap. 59. Socrate Hiſt. Eccleſ. L. I. c. 24. & Theodorito L. I. cap. 21. Atque hi ſunt illi *Berytii* eruditi, qui meam non effugere memo-

Digitized by Google

noriam. Plures dubio procul alius induſtria adferret. Nos enim eos tanto ſtudio non inquiſiuimus, memores, quod eam rem heic loci παρέργως quodammodo tractemus.

CONCLUSIO.

Abſoluimus itaque hunc de *Berytenſi ICtorum Academia*, DEO propitio, libellum. In quo tamen, quin nonnunquam, communi ſorte humani ingenii, errores nonnullos admiſerim, nulla ratione ambigo. Speraui tamen fore, quo lectorem non vsque adeo moroſum nanciſcerer, qui, ſi naevos deprehenderit, eosdem mirum in modum extolleret. Ipſe enim, qua poſſum & qua par eſt, humanitate eorundem veniam rogo, cui nihil gratius accidere poterit, quam ſi quis erranti comiter rectam monſtrare viam velit. Quod ſi ea ratione ac modeſtia et, qua ipſe me vſum eſſe praefiſcini dicere poſſum, cum ab aliorum ſententiis in alia ire debui, habebo quod in magna felicitatis parte collocem. Sin verò mordaci dente haec cupiat quis arrodere, aut adverſe Scripta interpretari, hunc, ut ſummi prius Magiſtri regulae *quod tibi non vis fieri &c.* memor eſſe velit, ſummopere rogatum cupimus. Quoniam autem me abſente liber impreſſus eſt, ea, quae Typothetae incuria corruperint eum σφάλματα, quo Lector aequus curare adeo nolit, ſed emendare potius, omni pariter humanitate contendimus.

FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

JOH. PHILIPPI HEINII
DISSERTATIO,
QUA
DISQUIRITUR, NUM MAXILLA ASINI, QUA PERCUTIENDIS PHILISTÆIS USUS EST SIMSON, ALIQUA RATIONE IN MILITAREM COHORTEM TRANSFORMARI POSSIT?

ARGUMENTUM.

Occaſio Scripti, *obſervatio* VII. Part. II. obſ. Hallenſ. German. §. I. Scriptura ſacra cum veneratione tractanda. §. II. Locus ex *Iud.* XV. de maxilla cum Tremelliana, Lutheri, noſtra, & Autoris obſeru. verſione exſcribitur. §. III. Per *maxillam* non eſſe *cohortem* militarem intelligendam oſtenditur *hiſtoriae nexu*, & verbo מצא, *invenire*. §. IV. Demonſtratur לחי léchi non eſſe vocem πολύσημον. *Prolepſes* commiſſae in *nominibus propriis*, §. V. *Lechi*, non a לחך lachach, ſed לחה deſcendit. Nec ſignificat *robur* aut *potentiam*. §. VI. Sed tantum *maxillam*, quod inductione omnium exemplorum &c. adſtruitur. §. VII. חמור Chamor *aſinum*, Chomer *acervum* ſignificat. Etiam acervi notio peſſime hic quadrat. §. VIII. Quid proprie טריה. Nihil minus notare quam *alacris* oſtenditur. §. IX. Integra phraſis perluſtratur לחי חמור טריה, in qua nulli *milites* comparent. §. X. שלח יד, *extendere manum*. Cur Simſon manus extendit. §. XI. לקח *accipere*, an *eripere*. An in *Hiphil* in vſu. §. XII. הכה cum ב, quid ſit. *Percutere* aliqua re. §. XIII. Verba explicantur חמור חמרתים, de *Aſino praeſtantiſſimo*. §. XIV. השליך *abiicere manu*. Autor obſeru. confundit שלך & שלח. *Ramath Lechi*, nomen loci vnde. §. XVI. An Aſſeclarum gratia invertenda ſit maxilla in cohortem.

tem.

Digitized by Google

tem. Exempla plura *Heroum*, Simſonis non diſſimilium. §. XVII. Simſon clade 1000., virorum nihil ſuo robore perpetrauit editius. §. XVIII.

§. I.

Occupato peruoluendis *obſeruationibus*, quae *vernaculo* Idiomate Anno 1705. Halae prodiere, incidit numero *ſeptima*, cuius Autor, qui nec doctrina caret, nec ingenio, mihi tamen prorſus ignotus eſt, vulgarem interpretationem loci *Iud.* XV, 15. 16. &c. qua *maxilla Aſinina* Simſon fertur ingentem hoſtium edidiſſe ſtragem, vt creditu difficilem, & Atheorum irriſionibus ſubiectam, exagitat, & pedibus manibusque contendit, fruſtra hic de oſſe animantis auriti cogitari; cum in eius ſit ſufficienda locum *valida militum cohors*, qua auxiliante Philiſtaeos Simſon profligauerit. Tum temporis, cum haec primum legebam, refutationem adornare ſuperuacaneum duxi, arbitratus, elapſo tot annorum ſpatio, ſententiam illam dudum exterminatam omnibus fautoribus deſtitui. In vtroque falſus fui. Nam & neminem vidi, qui eiecta cohorte maxillae dignitatem aſſeruerit; & non ſine ſtupore multos huius offendi impugnatores; qui Hebraicarum literarum prorſus expertes, a quarum tamen cognitione tota litis determinatio pendet, procul dubio fama & eruditione *Autoris clar.* abripiebantur. Igitur, quanquam alius jam me inſcio extitiſſet, qui maioribus & fortioribus telis *cohortem*, quae *maxillae* aſininae gloriam eripere videtur, confecerit: Non tamen me in vanum Aſini patrocinium ſuſcepturum

exiſtimo, quoniam nec alterius refutationem vidi, nec alii mecum viderunt.

a) Vix plagulam primam typographo imprimendam tradideram, cum, ecce! inſperato ad manus peruenit *Diſſertatio de* MAXILLA SAMSONITICA, *a perſonata ſua Metamorphoſi vindicata, & Famoſis obſeruationum Hallenſium collectoribus oppoſita a* IOH. SIDELMANNO. Hafniae 1706. cuius perſpecto titulo pene mei me poenituiſſet laboris, qui poſt Homerum Iliada componere non amo: ſed perlecto volumine tantum abeſt, vt poeniteat, vt potius mihi gratiſſimum accidat, me illud non prius conſpexiſſe; me quippe a propoſito deterruiſſet. Nunc vero, vtut eundem intendat ſcopum vtraque diſſertatio, tantum inter Hafnienſem & meam intercedit diſcriminis, vt pro diuerſis omnino ſint habendae. Illa videlicet, vti Auctorum numeroſa citatione, & ſuperflua, fere dixerim, allegatione horret: ita mea ratiociniis & argumentorum numero ac pondere gaudet. Vtramque conferendi cui dabitur copia differentiam notabit.

§. II.

Principio non ſupprimo indignationem, quam Autoris cl. exordium meae menti ingeſſit. Nachdem wir die Füchſe des Simſons dahin forcirt, daß ſie durch eine raiſonnable metamorphoſin ihre erſte Geſtalt wieder annehmen, und ſich in 300. Stroh-Wiſche verwandeln müſſen; ſo wollen wir nunmehro den Eſels-Kinnbacken in eine philologiſche Betrachtung ziehen, und verſuchen, ob wir denſelben nicht in ſeine materiam primam reduciren können. Si fabula ex mythologo Graeco deprompta, aut Vlyſſis quaedam de peregrinatione ſua narratio

pertractaretur, ferendum eſſet anteloquium: at diuinis oraculis, quibus aeternae ſalutis nobis fons reſeratur, venerationem debemus, quam tribuunt Regio diplomati miniſtri Maieſtati addicti, & quidem tanto maiorem, quanto altius Regem hominum, ſupremum

- - - *quod temperat omnia nutu*

Numen ſupereminet. Nec vero de re leui hic agitur, vtut *maxilla aſini*, verum ex pronuntiato ipſius Aut. cl. de conuincendis *Atheis*, & friuolis *Antigraphorum* illuſionibus refellendis, materia ſane graui & rigoroſe excutienda. Spetamus vero, vti aliorum Autorum beneficio *Vulpes* antiquam retinent ſpeciem, nec *ſtramineis faſciculis* vnquam loco cedent, noſtra hac diſſertatione, exploſa ſuppoſititia *turma*, aſini *maxillam* ſartam tectamque conſeruatum iri.

§. III.

Eruendae veritati neceſſum eſt integrum locum, & Hebraica quidem dialecto exſcribere, Iud. XV, 15. 16. 17. 19. וימצא לחי חמור טריה וישלח ידו ויקחה ויך בה אלף איש: ויאמר שמשון בלחי החמור חמור חמרתים בלחי החמור הכיתי אלף איש: ויהי ככלותו לדבר וישלך הלחי מידו ויקרא למקום ההוא רמת לחי: ויצמא - - - ויבקע אלהים את מכתש אשר בלחי. Tremelliana haec eſt translatio: *Quumque* (Simſon) *inueniſſet maxillam aſini humentem, extenſa manu ſua accepit eam & mille viros percuſſit ea: quapropter dicebat Simſon: Iſta maxilla aſini, aceruum, aceruos duos; iſta maxilla aſini percuſſi mille viros. Fuitque, quum abſoluiſſet loqui, & proieciſſet maxillam e manu ſua,*

vt

vt vocaret locum illum Ramath-Lechi. Sitiebat autem valde --- quapropter ſidit Deus cauum quoddam, quod eſt in loco illo Lechi &c. Lutherum nunc audiamus: Und er fand einen faulen Eſels-Kinnbacken, da recket er ſeine Hand aus, und nahm ihn, und ſchlug damit 1000. Mann. Und Simſon ſprach: da liegen ſie bey Hauffen, durch eines Eſels-Kinn-backen, habe ich 1000. Mann geſchlagen. Und da er das ausgeredet hatte, warff er den Kinnbacken aus ſeiner Hand, und hieß die Stätte Ramath-Lechi. Da ihn aber ſehr dürſtet ---- da ſpaltet GOtt einen Backen-Zahn im Kinnbacken, daß Waſſer heraus gieng. Nos ſic interpretamur: *Inuenit Simſon recentem aſini maxillam, quam extenſa manu prehendit, eaque mille viros percuſſit. Poſtea clamauit: Maxilla aſini, aſini praeſtantiſſimi, maxilla aſini cecidi mille viros. Quumque finiuiſſet ſermonem, proiecit e manu ſua maxillam, vnde locus ille poſtea nomen accepit Ramath-Lechi* (i. e. proiectio maxillae.) *Sitiebat autem valde ---. Et aperuit Deus foſſulam in* (loco) *Lechi* --- Autor clar. hunc in modum conuertit: Simſon fand einen Hauffen munterer Soldaten, (oder eine friſche Parthey in ihrer Munterkeit) und reckte ſeine Hand aus, und commandirete dieſelben, und führete ſie wieder die Philiſter, und ſchlug damit 1000. Mann. Und ſprach: Mit dem auserleſenen Hauffen, einem Hauffen der ſo gut war als 2. andere Weibiſche Hauffen, mit einem eintzigen Hauffen habe ich 1000. Mann erſchlagen. Und nachdem er dieſes geredet hatte, ließ er den außerwehlten Hauffen wieder von

ſich ziehen &c. Stupenda expoſitio, quae ſi vera e[illegible], talpas quoscunque fuiſſe interpretes veteres & recen-tiores oportet, quibus ne minimum quidem hui[us] rei ſuboluit.

§. IV.

Tantum vero abeſt, vt eam admittamus, vt om[ni] ratione reiiciendam cenſeamus, cum *hiſtoria* ipſi[us] eius *connexio*, ſingula *verba*, *phraſes* ſingulae diue[r]ſum quid & alia omnia arguant: quod ad demon-ſtrandum ordine nos accingimus. Hiſtoriae recen-ſio primum nobis telum ſuppeditabit interimend[ae] clar. Autoris ſententiae. *Simſon* Heroum omnium robuſtiſſimus, qui *Hercules* quoscunque, *Polyphe-mos*, *Milones* innumeris poſt ſe Paraſangis relinque-bat, accenſis trecentarum beneficio *vulpium* Phili-ſtaeorum ſatis & affectis ingenti plaga hoſtibus a[d] Petram *Etam* conceſſerat; Eum fugiſſe rati Philiſtae[i] Iudaeam ſibi tum temporis ſubiectam, infeſto exer[ci]tu inuadebant, incolasque ipſos adigebant, vinct[um] vt adducerent Simſonem. Hinc Iſraelitae Simſo-nem ita alloquuntur: *Quid feciſti nobis: noſti ne n[o]bis dominari Philiſtaeos.* Deinde colligatis manib[us] Heroem hoſtium conſpectui ſiſtunt. At ille, qu[um] primum clamores iubilantium audit, Spiritu diuin[o] actus, ruptis momento citius funibus, *maxillam* quae oculos primum incurrebat arripit. Secund[um] Autoris cl. mentem non *maxillam* reperit, ſed *m[i]lites*. α) Demus interea לחי Lechi (*maxillam*) [&] חמור Chamor (*aſinum*) *milites* innuere. Er[go] Simſon improuiſo *milites* offendit. Quinam, & v[n]denam illi *armati?* Ex vna parte ſtabant *Philiſt[aei]*

ca[illegible]

exoſum Simſonem at vinculis conſtrictum, cum iubilo excepturi. Ex altera *Iudaei* ligatum deducebant Heroem. Nemo praeterea aderat. Igitur iterum quaero: Quinam & vndenam *milites*, quos Simſon reperit? Non erant ex *Iudaeis*, qui potentiam Philiſtaeorum adeo pertimeſcebant, vt etiam ipſum liberatorem ſuum vinctum hoſtibus proderent. Multo minus ex *Philiſtaeis*, qui Simſonem cane peius & angue oderunt. Hinc Epinicium capto Simſoni inclamatum Iud. XVI, 24. *Dedit Deus in manus nobis inimicum noſtrum, deſolantem regionem noſtram, & funera noſtra multiplicantem.* Vnde igitur *armatos* Simſonis adiutores excutiemus? Num forte *formicarum* quaedam nubes in humanum tranſibat genus, quod in *Æaci* gratiam *Iouem* olim feciſſe fabulantur? An proiectis a tergo lapidibus *Deucalionem* imitabatur Simſon,

Inque breui ſpatio, ſuperorum numine, Saxa
Miſſa viri manibus faciem traxere virorum?

Vtrum coelo delapſae turbae Angelicae corporibus humanis indutae in auxilium Simſoni properabant? Num denique vipereos ſparſit humi dentes, vt inde glebae coeperint moueri,

Mox humeri, pectusque, oneratàque brachia telis,

extiterint, creueritque *ſeges clypeata virorum.* Horum vnum, quin factum ſit, dubitare non debemus: quia aliunde non ſuppetebant milites. Malum tamen eſt, ſcripturam neſcire huiusmodi miracula, & in Graecia Cadmum puluerem ſerpentinum conſumſiſſe omnem, vt nihil Simſoni ſuperfuerit. Autoris cl. hic

ſilentium in ſtuporem nos rapit, qui milites in cerebro fingit, de eorum aduentu, & patria nequaquam ſollicitus. β) Quod ſi quis putaret, *inuenire* idem eſſe quod *congregare* & *colligere*: quia valde eſt inſolens phraſis, *inuenire milites*, nec in ſacro codice vel ſemel recurrit: ſciat, vocabula longe diuerſa huic rei indicandae fuiſſe adhibita. Vt e. gr. קבץ kabaz congregare. 1. Reg. XX, 1. ויקבץ את כל חילו *Collegit omnes copias ſuas*. Vel אסף, Aſaph, *congregare*. Num. XXI, 22. ויאסף *Et congregauit Sihon omnem populum ſuum*. vel הזעיק *conuocare* vt 2. Sam. XX, 4. & ſimilia. De verbo מצא Maza, *inuenire*, in colligendo exercitu nemo vſpiam ſomniauit. Hoc dubium ſicco pede etiam tranſiit Autor cl.

§. V.

Propius ad id, quod offendit Simſon accedamus. Inuenit לחי *Lechi*, i. e. *maxillam*. At Autor Cl. *vim, robur, potentiam*. Significationi huic adſtruendae affirmat, 1) vocem *Lechi* gaudere multiplici notione, & conſequenter non continuo *maxillam* interpretandam. 2) Deriuari a לח Leach, *virore*, *ſucco*, & ſic non reſpuere ſuam verſionem. Prius vt conficiat ait α) *Lechi* nomen eſſe loci proprium ex Iud. XV, 9. β) Hoſ. XI, 4. deſignare *humerum*. Ita eſt, *Lechi* nominibus propriis accenſetur. Quidnam audio, *nomina propria* vocum ſignificationes augent? An quia *Melchizedek*, regem iuſtitiae innuit, מלך Melech, *rex*, & צדק Zedek *juſtitia*, voces coadunt. πολύσημαι? Num quod קרית ספר Kiriath Sepher *vrbem libri* indicat, Sepher *liber*, & Kiriah, *vrbs* plures

Digitized by Google

res nanciſcitur notiones? Vtrum צור *Tyrus*, vocabulo eidem צור *petrae* alium ſuperaddit ſignificatum. Minime gentium. Nempe *Tyrus* ita denominabatur, quod *rupi* erat inaedificata. Quo pacto *Zur* צור *nomen* gaudebat *proprium*, non πολυώνυμον. *Lechi* autem, de quo ſermocinamur, ex illa Simſonis actione appellationem adſciuit, qua finito praelio maxillam proiecit: Notante videlicet Scriptura S. exinde loco manſiſſe nomen רמת לחי RAMATH-LECHI, i. e. proiectio maxillae Iud. XV, 17. Quod truncata priori voce degenerauit in לחי LECHI, vt ib. v. 9. *Philiſtaei conuenerunt in* LECHI. Huius Apocopes perquam multa digeſſit exempla ὁ πάνυ *Bochartus in Phaleg.* p. 127. & *Hierozoico* p. 200. qualia ſunt *Seba*, pro *Beer-Seba*; *Sittim*, pro *Abel-Sittim*, *Jemini* pro *Ben-jemini*. Nemo iniiciat, memoratum eſſe locum *Lechi* ante proiectam Simſoni maxillam. Quandoquidem *Prolepſis* ea eſt Autoribus vſitatiſſima. Moſes *Gen.* XXI, 14. *Beer Sebam* nominat, originem appellationis demum v. 31. aperit: *Gen.* XII, 8. *Bethelis* mentionem facit, quae demum Cap. XXVIII, 19. exoritur. *Gen.* XXXI, 24. montem *Gilead* refert, cui poſtea hoc nomen legimus inditum. v. 48. Ergo tametſi *Lechi* regioni cuidam ſit contributum, non ſequitur, aliam vocabulo adiectam ſignificationem, ſed priorem potius confirmatam. *Hoſeam* nunc luſtremus, num ille quid conferat probandae Autoris Cl. ſententiae idoneum. Cap. XI, 4. ſic ſcribitur: *Duxi eos funibus amoris, & fui illis inſtar tollentium* (ſ. tollentis) *jugum ſuper* MAXILLAS *eorum*: vel proprie: כמרימי על על לחיהם

inſtar ſuſtollentium jugum, QUOD ERAT SUPER MAXILLAS eorum. Ellipſin quippe deprehendimus Relatiui אשר. Autoris cl. haec eſt argumentatio: jugum non maxillis, ſed collo incumbit, quomodo etiam Lutherus habet: Humeros. Ergo לחי Lechi vox eſt πολύσημος. Verterit D. Lutherus, humeros: illius certe verſio nullius eſt Autoritatis, nouae vocibus ſignificationi imponendae. Ego vero contendo, maxillam hic omnino retinendam. 1) Iugum Deus eleuauit delapſum ad maxillas, quia tunc boues maxime cruciat. De collo non abſtulit, jugi ſede propria. 2) Nonnullorum eſt pronuntiatum interpretum, jugum olim capiſtro alligatum, maxillis proxime fuiſſe coniunctum. 3) Pluralis לחיהם proximam maxillis regionem deſignare poſſet, vt מראשתיו regionem capitis, גרגרת regionem gutturis &c. Quare & hoc argumenti, fumi inſtar, euaneſcit & in auras abit.

§. VI.

Quod ſi vero πολύσημον exiſteret לחי lechi, vt quidem nunquam demonſtrabitur, exinde minime illud ipſum robur vel potentiam innueret. Nouo hic Autori cl. argumento opus eſt. Quapropter ait, vocis Lechi radicem eſſe deperditam, hinc illam & poſſe deduci a לחה Lachah, & a לחח Lachach. A lachach generatum eſſe לח leach, i. e. ſuccum, vigorem; cum hoc conuenire Lechi, vnde ipſi LXX. τὸ לח leach pro Lechi acceperint Deut. XXXIV, 7. Congeriem hic errorum deprehendimus, quibus eliminandis paulum eſt temporis impendendum. a) Quanquam radix nominis Lechi ſacris in litteris non re-

Digitized by Google

periatur amplius, errore tamen ingenti [illegible] chach deducitur. Nam nomina formae פקי Peki, quale eſt noſtrum לחי lechi, omnia deſcendunt ex verbis quieſcentibus vltima ה, nunquam ex defectiuis media radicali. Sic פרי Peri *fructus* a פרה Parah, יפי Iephi *pulcritudo*; a יפה japhah, נהי Nehi, *Lamentum* a נהה Nahah &c. Ita לחי a לחה Lacha, peſſime a Lachach flectitur. Iam vero nomina, quae *vigorem* & *ſuccum* indicant, quae ſunt לח lach, & לח Leach a Lachach producuntur: ſequitur iis nihil omnino intercedere affinitatis cum noſtro Lechi. β) Concedamus tamen, vt nihil non faciamus, radices לחה & לחח aliqua inter ſe conuenire ratione, vti חמם & חמה; רכך & רכה, quid *viror*, & *ſuccus* conferunt ad *fortitudinis*, & *roboris* notionem: *Viriditatis* alia longe eſt idea ac *virium*. Milites requirebantur non *virides*, non *ſucculenti*, ſed *robuſti* & praeſtantiſſimi viribus. Succi plenus robore pollere poteſt. Non viciſſim. Quia & mulieres dantur ſucci plenae, ſine robore: Robur in neruis non ſanguine conſiſtit. Et dum de Moſe aſſeritur Deut. XXXIV, 7. *Non aufugiſſe* לחה *vigorem eius*, virium non tam habetur ratio, quam vitae: floridam ſc. ſenectam Moſis fuiſſe contra conſuetudinem, non eximia fortitudine eminentem. Plantae ſunt virides etiam tenuiſſimae & maxime fragiles. γ) Erratum Autor ſuum Coccejo doctiſſimo attribuit, ſcribens: Es hat der Herr Coccejus bemercket, daß dieſes לחי mit dem Wort לח, welches ſo viel als Mannhafftigkeit, Stärcke, Munterkeit, u. d. g. bedeutet

die-

Digitized by Google

bedeutet einen Urſprung und radicem habe. Quanquam enim Vir ſummus לחי ſub לחה retulerit, leach לח tamen minime, per *alacritatem*, *virilitatem*, & *robur* exponit, ſed per *vigorem* & *ſuccum*. Conferatur eius Lexicon. *d*) In LXX. vero interpretibus ſane ſtramineum fulcrum repoſitum eſt. Illi enim non accumine ingenii לחה Lechoh *vigorem eius* cum לחיה Lechjoh *maxillis eius* permiſſerunt, ſed ignorantia & oſcitantia. Cuius rei exempla innumera poſſemus adferre. Vnum alterumue ſufficiat. Eſai. VII, 11. כאב אנוש Ceebh Anuſch, i. e. *dolor lethalis*; At LXX. legerunt: ὡς πατὴρ ἀνθρώπων, i. e. כְאָב אנוש Ceabh Enoſch. An quia hoc fecerunt LXX. quaedam eſt inter כאב Ceebh *dolorem*, & כאב Ceabh *ſicut pater*, affinitas. Sic. Eſ. XXIV. vlt. v. חמה Chamma, *ſolem* vertunt τεῖχος *murum* חומה. Quid vero muro cum ſole eſt conuenientiae?

§. VII.

Oſtendimus ratiocinia Autoris cl. pro aſſerenda ſignificatione *roboris* voci לחי pondere & fundamento deſtitui. Nunc, ne lectoribus vlla remaneat haeſitandi occaſio, praeciſam vocis Lechi notionem luci exponamus. *a*) Quotiescunque ſacris in monumentis obuenit, tam aperte maxillam innuit, vt nemo contra hiſcere poſſit. Producamus exempla. Deut. XVIII, 3. *Hoc erit jus ſacerdotum, ut accipiant a ſacrificantibus* הזרע והלחיים והקבה *armum*, ET MAXILLAS & *ventriculum*. 1. Reg. XXII, 24. *Et acce-*

Digitized by Google

accedebat Zedekias, & percutiebat Michaiam על הלחי *ſuper* MAXILLAM. Jeſ. XXX, 29. *Et frenum* על לחיי *ſuper* MAXILLAS *populorum.* Jeſ. L, 6. לחיי MAXILLAS *meas dedi vellentibus* (barbam.) Ezech. XXIX, 4. *Et dedi uncos* בלחייך *in* MAXILLAS *tuas.* Mich. V, 14. *Virga percuſſerunt* הלחי *ſuper* MAXILLAM *judicem Iſraelis.* Pſ. III, 8. *Percuſſiſti omnes inimicos meos* לחי *in* MAXILLAM. Hiob. XVI, 10. הכו לחיי *percuſſerunt* MAXILLAS *meas.* Hiob. XL, 26. *Et Spina* תקב לחיו *perforabis* MAXILLAM *ejus.* Cantic. I, 10. לחייך *Pulcrae ſunt* MAXILLAE *tuae.* Cantic. V, 13. לחייו MAXILLAE, *genae ejus ſicut areola Balſami.* Thren. I, 2. *Lacrymae ejus* על לחיה, *ſuper* MAXILLAM *ejus.* Thren. III, 30. *Praebeat percutienti ſe* לחי MAXILLAM. Haec cum ſint loca omnia, quae vocem לחי *Lechi* contineant, in quibus nullam ſignificationis reperimus diſcrepantiam; cum praeterea locum ex *Hoſea* allegatum noſtris a partibus ſtare, jam ſupra monſtravimus, immenſo argumento docemur, LECHI nihil aliud aut denotare, aut poſſe denotare, quam *maxillam.* β) Nobiſcum ſentiunt verſiones. Chaldaeus habet לסתא, *mandibulam*, *maxillam* Iud. 15. LXX. Aquila, Theodotion, itemque Ioſephus (ubi eandem commemorat hiſtoriam) adhibent vocem σιαγόνα, *maxillam*, &c. Denique idem vocabulum לחי lechi *Rabbinis* nihil aliud indicat, quam *maxillam*, *mandibulam*, locum e quo barba enaſcitur. Cui addatur; neminem unquam ſcriptorum, interpretum, commentatorum vel leviſſimum odorem ſenſiſſe, *lechi* praeter *maxillam* ſub ſe etiam, *Vim*, *robur*, & *potentiam* complecti.

§. VIII.

Digitized by Google

§. VIII.

Maxilla ad ſpeciem erat reducenda ſuam. Simſonis oculis obiiciebatur לחי חמור lechi Chamôr, *maxilla aſini*. חמור Chamor punctatum cum Cateph-patach & Cholem, ſolum & ſemper tardum illud ac laſſum animans innuit. Autor tamen cl. *acervum* hic aſſequitur, ita diſſerens: „Die Lexicographi bezeugen ausdrücklich; daß dieſes Wort nicht allein einen Eſel, ſondern auch ein Hauffen, einen Troup, und eine Squadron bedeute. Geſtalt dann der Buxtorff in ſeinem Lexico hinten alſo ſchreibet: חמור *Aſinus* Iud. XV, 15. R. Bechai ſcribit Gen. 2. *Sic dici a* חמר Chomer, i. e. *modiis & acervis frumenti portandis*. Item ACERVUS. Iud. XV, 15. Und was bräuchen wir viel Zeugnüß? Wird es doch in dieſem loco quaeſtionis ſelbſt in dieſem Verſtand gebraucht. Dann wann in dem nachfolgenden geſagt wird v. 16. Simſon habe geſagt, da liegen ſie bey Hauffen, da ſtehet eben das Wort CHAMOR. Pauca haec non exiguis contaminantur erroribus: α) Prorumpit Autor cl. Lexicographos teſtari vnanimiter, חמור *acervum* deſignare. Quinam illi Lexicographi? Neminem videbis comparere, praeter vnicum *Buxtorfium*. Qui tamen ipſe nullum comma citat, pro ſtatuendo *acervo*, praeter Simſonis triumphantis exclamationem, חמור חמרתים Chamor Chamorathaiim, quod vertunt: *Acervum, acervos duos*. Vel: Da liegen ſie bey Hauffen. Verum falluntur, quotquot huic translationi inſiſtunt, vt ſuo tempore videbimus. Igitur ſi omnes omnium gentium Lexicographos in au-

[illegible]

xilium vocaret, citius ex pumice oleum exprimeret, quam ex vocabulo חמר Chamor *aceruі* notionem extunderet. Exod. VIII, 10. ſcribitur, ranas ab Aegyptiis collectas eſſe חמרים חמרים chomarim *aceruos, aceruos*, aceruatim. Chomarim in ſingulari format חמר CHOMER, nequaquam *Chamor*, quae ſane nomina haut parum inter ſe diſtant. Nam vti CHOMER *acervus* nunquam in *aſini*, ita CHAMOR *aſinus* nunquam in *acervi* vicem ſubſtituitur. Nec (β) juuat Autorem aliquid quod R. Bechai *Chamor* deriuet a *Chomer*, quaſi animal aceruis frumenti portandis adhibeatur. Sit ita! Num inde confecit, *Chamor* etiam *camelo* deſignando vſurpari? Errauit vero Rabbinus in originatione. Quandoquidem *Aſinus* a rubro colore, quo praediti ſunt in Oriente, nomen habuit, vt luculenter oſtendit *Bochartus*. γ) Quid vero dicemus, quando Lexicographos fruſtra aduocat Autor cl. quaſi ſcripſerint, *Chamor* ſignificare non ſolum aceruum, ſed & *Cohortem*, *Turmam*, ein Trupp, ein Schwadron. Quisnam Lexicographus talia ſcripſit? Producantur in lucem, ſi placet. Figmentum hoc eſt vaniſſimum, quo & ſuae prauitatem opinionis agnoſcere debuiſſet Autor cl. & illam ipſe quaſi venenato telo perimit, & inconſiderantiae labem Lexicorum contextoribus aſpergit ſingulis. Permittamus nimirum pauliſper *Chamor* hic eſſe *aceruum*. Quid inde? Simſon vtrum *Aceruum militum* collegit? Quae barbaries, ACERUUS MILITUM! *Aceruus* inanimatis adplicatur; poſſet ferri phraſis de caeſis Philiſthaeis: *Aceruatim jacent*. Intoleranda eſt prorſus, *Aceruus militum*, pro *turma* vel cohorte. Vox

Ger-

Digitized by Google

Germanica ambiguitate affitcitur. Dicimus probe: ein Hauffen Soldaten, und ein Hauffen Korn. Sed abſurdiſſime: *Acervus militum*. Nec Chomer, vel, ſi libet, Chamor aliter vſurpatur.

§. IX.

Maxilla erat טריה, *Recens*. D. Lutherus transfert: faul, *putrida*. Ea expreſſio minus apta viſa philologis, eo quod maxilla putredine corrupta ſtatim in fruſta diſſiluiſſet. Quapropter Autor cl. ex commentatoribus aliquos affert, qui per *recens* interpretantur. Et quidem exactiſſime Latinum RECENS reſpondet טרי & טריה. Bis tantum in ſacro Codice occurrit. Hic, & Ieſ. I. 6 מכה טריה i. e. *Vulnus* RECENS. Arabibus perpetuo notat *recentem eſſe* radix טרי, vt שמן טרי *butyrum recens*, ביץ טרי *ouum recens*. Imprimis de *carne piſcium* adhibetur: quia *recens* capti conſumendi. Hinc in Corano ſaepius; e. g. *Sur.* XVI, 14. *Ipſe* (Deus) *ſubdidit vobis mare, ut comedatis inde* לחם טריא *carnem* RECENTEM, i. e. *piſces*. Quaeritur, טריה, an ad לחי vel חמור referatur. In ſenſu perinde eſſe videtur. Sed difficultatem mouent interpretes: quod לחי non ſit foemininum: Fallit vero regula: nam capite noſtro foeminino genere vſurpatur: ויך בה *percuſſit ea* (maxilla.) Quapropter nulli dubitamus quin טריה pertineat ad לחי lechi *maxillam*. Quid vero Autor cl. Primo perperam connectit טריה cum חמור: poſtea טריה exponit vernaculo friſch. Nec male: quod tamen, vt ambiguum, clarius dilucidat per munter, ein munterer Hauffen, i. e. *Cohors militaris alacris*. Quid ve-

Digitized by Google

vero hoc aliud eſt, quam incautos, & linguae S. ignaros lectores ambigüitatis fallacia decipere. Sane ſi vernaculum friſch, & *recentem* innuit, & *alacrem*, aliud omne טריה Hebraicum Latinorumque *recens* determinat. *Recens* ouum appellamus nuper poſitum: imo *recentem* hominem, i. e. nouum, & militem *recentem*, nuper albo inſcriptum. At qui militem robore & agilitate praeſtantem *recentem* nuncupare audeat, nae is vniuerſo orbi ludibrium jure deberet. Profecto Simſon non recenter natos, aut nuper albo adſcriptos, aut putridos milites ſeligere debuiſſet: ſed validos & veteranos. Poſtremum, vtut Hebr. טריה Teriiah, Latino *recens* reſpondeat, tam late tamen non extenditur: ſed inter inanimata ſubſiſtit. Immanis haec eſt Autoris cl. Parermeneia, nullatenus excuſanda.

§. X.

Separatim verba conſiderauimus: nunc integram phraſin paulliſper luſtremus. Ad ſummum, ſi omnibus tormentorum generibus vtamur, ex verbis noſtris, ſecundum Autoris cl. mentem, hunc ſenſum extorquere poſſemus: *Et inuenit Simſon* VIRIDITATEM ACERUI *recentis*. לחי quippe ſi ad לח reducatur *virorem* indicabit, חמור *aceruum*, & טריה *recens*. Quid vero eſt *viriditas acerui*? Ego profecto non intelligo. Si velimus Hebraiſmum negligere, reddenda Phraſis: *Inuenit aceruum viridem recentis, vel recentem.* Quo pacto tamen maiori inuoluetur obſcuritate. *Viror acerui*, aut *viridis aceruus*, aut *aceruus recens* &c. eiusmodi ſunt res, quae humanum captum ſuperant. Dices, ad tropos eſſe confugiendum. Au-

tor

Digitized by Google

tor cl. ipſe tropos non admiſit. Quos & nos negligimus. Quia nullibi aut *viror* pro *robore*, aut *acervus* pro *militum cohorte*, aut *recens*, pro *alacri* in ſacra Scriptura, nec alibi, ſumitur. Ne tamen quis anſam conquerendi habeat, apponamus & ipſius Autoris cl. interpretationem: Inuenit Simſon *robur cohortis alacris*. Dicendum fuiſſet: *Cohortem roboris alacrem*. i. e. *Cohortem robuſtam alacrem*. Siccine ſcriptura vllibi loquitur? Cur in hiſtoria adeo tropologiam ſectatur & ἄκυρον. Hoccine probe dictum: *Cohors robuſta alacris*. Locutio nauci eſt & nihili. Quicquid ſit, ſi poſſet admitti, nihil minus in verbis ſacris quam is ſenſus delitеſcit.

§. XI.

Simſon conſpecta mandibula, vel ſec. Autorem cl. cohorte roboris alacri וישלח ידו, *extendit manum*. Sola haec phraſis ſufficit, Autoris ſententiae funditus proſternendae: Nec latuit eum difficultas. Eam quippe intactam praeteruolat. שלח יד *emittere manum*, imprimis quando *capiendi* verbum ſequitur, vt hic, nihil aliud vult, quam extendere eo fine manum, vt aliquid manu capiamus. Sic Deus hominem ab arbore vitae depulſurus loquitur פן ישלח ידו ולקח *ne* EXTENDAT MANUM *ſuam & capiat etiam de arbore vitae*. Gen. III, 22. Sic Noah columbam recepturus וישלח ידו ויקחה EXTENDIT *manum & prehendit eam*. Gen. VIII, 9. Angeli Lothum intra portam rapientes Sodomae, וישלחו ידם *extenderunt manus ſuas* Gen. XIX, 10. Ergo & Simſon prehendendae armatorum nubi manus extendit:

Qua-

Qualiter Aegaeon, centum cui brachia dicunt,
Centumque manus.

Malum vero eſt, duas tantum habuiſſe manus Simſonem, vti diſerte docemur Iud. XVI, 29. Quibus ſi virorum numerum prehendit, Coloſſi Rhodii manus locum cedant oportet; quarum tamen tanta craſſitie erat pollex, vt nec extenſis eum brachiis homo complecti poſſet.

Monſtrum horrendum, informe, ingens.

§. XII.

Porrecta manu Simſon ויקח *accepit eam*, maxillam. At Autor cl. ſic ratiocinatur: Es iſt bekant, daß לקח auch offtmals ſo viel heiſſet als erudire, docere, diſciplina coercere, einen unterrichten, anführen, und wie man im Kriege zu reden pfleget, exerciren und commandiren. Und weil dieſes theils aus dem Wort לקח diſciplina und doctrina, theils aus des Glaſſii Philologia bewieſen werden kan, da ausdrücklich geſaget wird, daß לקח zuweilen ſo viel als *μανθάνειν* oder diſcere, (und per conſequens in Hiphil ſo viel als docere) heiſſe, ſo wird die geſamte difficultät gehoben ſeyn, wann wir die angeführte Worte alſo ſetzen: Simſon reckte ſeine Hand aus/ und commandirte dieſelbe. 1) לקח ſignificat nihil praeterquam *accipere*, vti inductione omnium exemplorum Hebraicorum probari poſſet, ſi opus foret. Si quando vox *manus* praecedit, notat, *manu capere*. Rariſſime, & non niſi tropice ponitur pro *diſcere*, i. e. *doctrinam accipere*. Vti enim qui

docet, quaſi eruditionem tradit, ita, qui diſcit, illam accipit. Prov. XXIV, 32. מוסר לקחתי *accepi*, i. e. *didici*, *diſciplinam*. Hinc nomen לקח, notat *acceptabilem doctrinam*, vel quae aliunde diſcitur aut accipitur. vid. Deut. XXXII, 2. &c. Itaque multifariam aberrauit hic Autor cl. *α)* Error eſt verbum לקח ſignificare idem quod *erudire*, *docere*, &c. *β)* error, & παρερμήνεια, illud notare exerciren und commandiren. *γ)* Error, verbum hoc idem notare in coniug. HIPHIL *docere*: quia nunquam in HIPHIL vſurpatur. *δ)* Error nom. לקח Lekach notare *diſciplinam*. *ε)* Contradictio eſt, verbum לקח in Kal ſaepius notare *docere* ;; &, mox idem notare in Kal, *diſcere*, in Hiphil vero *docere*. 2) Attamen ſtemus paululum Autoris cl. ſententia. לקח notat *diſcere*. Iam in textu occurrit fut. Kal, ויקח; id igitur ex ipſius ſententia Autoris nihil aliud poteſt indicare quam: *Et didicit eam* (cohortem) und Simſon LERNETE die friſche Parthey. Hem LERNETE? An ergo memoriter ediſcebat cohortem? debebat eſſe lehrete, *docebat*. Verum ita non eſt in ſacro Codice. Dicendum fuiſſet ויקיחה Vaiakkicheha. Iam autem vt monuimus, לקח reſpuit coniugationem Hiphil. Ergo falſiſſima eſt interpretatio: Er commandirte die Parthey. 3) Nolumus tamen ſilentio premere argumentum Autori cl. perquam commodum, quod tamen ipſi forteam fuit ignotum. Scilicet לקח etiam in re militari vſu venit. 1. Sam. XXIV, 3. ויקח *&* ACCEPIT *Saul ter mille viros ſelectos ad expiſcandum Dauidem*. Quod ſi Saul milites *accipere* poterat, cur non & Simſon? At intercedit inter vtramque actio-

nem

nem differentia. Simſon manum extendit, Saul non extendit. Num exercitibus praefecti manus porrigere ſolent? Nihil ſimile in vlla reperimus hiſtoria. Etenim Simſoni licuit copias contrahere, absque qua manus protenderet.

§. XIV.

Accepta maxilla (vel ſcil. Ant. cl. turma militari) ויך בה *ea percuſſit mille viros.* Praefixa particula ב Beth, quando cum verbo הכה coniungitur vel *inſtrumentum* indicat, vt Ioſ. XI, 10. *Regem eius* הכה בחרב *percuſſit gladio.* Iudic. III, 31. *Samgar cecidit Philiſtaeos* הבקר במלמד *ſtimulo bouis.* Vel ad *rem percuſſam* refertur, quae tamen alias & communiter ſolet *accuſatiuo* efferri. Sic 1. Sam. XXIII, 2. והכית בפלשתים *percuties in Philiſtaeos*, i.e. Philiſtaeos. Alibi Pſ. III, 8. הכית את כל איבי *percuſſiſti omnes inimicos meos.* Explicatio haec poſterior in verbis noſtris locum non habet. α) Quia ſcribendum fuiſſet, ויך בם *& percuſſit* (in) *ipſos Philiſtaeos*, non (*in*) *ipſam.* β) Quia Accuſatiuus rei percuſſae adeſt: *Percuſſit mille viros.* Ergo ב *inſtrumentum* ſonabit. Quod noſtra ſententia *maxilla* eſt, phraſi abſolutiſſima & ſaepius recurrente. Iuxta Autorem cl. vero inſtrumenti loco *milites* erant. Qua in re bifariam peccatur. Primo nullibi ſacra Scriptura ſic loquitur: *percutere* (in) *militibus*: Secundo *faemininum* genus ne quidquam militibus additur. Primam difficultatem Autor cl. ſine vlla animaduerſione transmiſit, forte quod viſa eſt ipſi inſuperabilis. Nam phraſis inſolens & nullo exemplo adſtruenda, reiici debet. Foemininum genus quod attinet, in ea ſine cauſa ſibi, du-

dubium excitat Autor cl. Etenim quia לחי foemi-nino hic genere occurrit, & חמור generis eſt communis, ad vtrum referatur, foemini vſus peregrinus non fuiſſet, nec Enallage neceſſaria. Aut. vero hic iterum ſibi non conſtat, nam §. 6. adiectiuum טריה, retulit ad חמור, dum exponit, einen munter Troup. at §. 10. ad לחי, ſcribens: Und wann das ſuffixum auf das Wort לחי gezogen wird, wie in den 15. v. das Adiectiuum טריה dahin gehöret.

§. XIV.

Caeſis Philiſtaeis exclamat Simſon: בלחי החמור חמור חמרתים, *maxilla aſini, aſini aſinorum, percuſſi mille viros.* Verba חמור חמרתים Chamor Chamorathaim crucem fixerunt criticis. Tremellius habet: *Maxilla aſini,* ACERUUM ACERUOS DUOS, (ſ. percuſſi.) Quem plurimi ſequuntur. Verum hanc non poſſumus non reiicere interpretationem. 1) Quoniam Chamor חמור nunquam *cumulum* notauit. 2) Quoniam fidem ſuperat, ita proſtrauiſſe Philiſtaeos Simſonem, vt praeciſe vnum vel duos aceruos effecerint. Attendamus animum ad ſtragem. Principio cinctus erat vndique hoſtibus Simſon. Quibus circa ſe interfectis, neceſſum eſt cadaueribus vndique fuiſſe circumdatum. Reliquos fugam capeſſentes, cum reſiſtere non valerent animo robori, perſecutus hinc inde morti dedit. Quo pacto non vnum duoſue, ſed multos congeſſiſſet cumulos. Tertio ſcopus orationis ſpernit aceruos. Mirabatur Simſon, ſe *aſini maxilla* ad internecionem deleſſe Philiſtaeos: non mirabatur ſe coaceruaſſe hoſtium cumulos. Gladium ſtupebat, quo enormem inimi-

cis

cis cladem intulerat. Hinc erumpit: *Percuſſi* MAXILLA ASINI, *aſini aſinarum*, MAXILLA *aſini percuſſi mille viros.* Jch habe mit einem Eſels-Kinnbacken, welch ein Wunder! mit einem Eſels-Kinnbacken, habe ich 1000 Mann erſchlagen. Huiusmodi vero nominis Chamor repetitio tantum abeſt, vt aliquid in ſe inuſitati contineat, vt potius frequentiſſimis exemplis ſacrae Scripturae confirmetur. Solum hoc tempore evoluamus Canticum epinicium Deborae, quo multa nobis ſuppeditantur. Iud. V, 3. EGO JEHOVAE, EGO *canam*, *modulabor* JEHOVAE *Domino Iſrael.* JEHOVAH, *quum venires a Seir*, *cum progredereris ab agro Edom*, *terra commota eſt*, *etiam coeli* STILLAVERUNT, *etiam nubes.* STILLAVERUNT. v. 19. *Venerunt Reges*, PUGNAVERUNT; *tunc* PUGNAVERUNT *Reges Canaan.* v. 21. FLUVIUS KISCHON *devoluit eos*; FLUVIUS *Cedumim*, FLUVIUS CISCHON. Quaeritur cur ſcriptum חמרתים, Chamorathaiim, cum *Chamor* in duali habeat *Chamoraiim.* Deinde quid numerus dualis ſibi velit? Primum quod attinet *Chamor*, ſi *maſculino* flectitur genere, format in Duali *Chamoraiim.* At ex *foeminino Chamorah*, emergit dualis *Chamorathaiim.* Vſus dualis hic difficultate deſtituitur. Nec enim praeciſe numero inhaerendum, ſed eleganti Simſonis *Paronomaſiae*, qua *praeſtantiam aſini*, cuius *maxilla* victoriam nactus erat, exprimere ſtudebat. Simile exemplum phraſeos ſuggerit Canticum Deborae, vbi Cananaeae mulieres ante triumphum canunt: *Nonne inveniunt ac diuidunt praedam:* רחם רחמתים, RACHAM RACHAMATHAIIM, *puellam puellarum*,

i. e. puellam praeſtantem, vnicuique viro. Quare accedimus Coccejo doctiſſimo vertenti: *Aſinus aſinorum*, i. e. *qui pluris eſt quam multi aſini.* Autor cl. nihil contra Coccejii ſententiam profert, quod mereatur reſponſionem.

§. XV.

Cantato epinicio Simſon וישלך הלחי מידו *proiecit maxillam de manu.* Vrunt haec verba Autorem cl. Quid enim Simſon, num integram cohortem e manibus procul abiecit. Sic ſecat nodum: Was dieſe Redens-Art anbelanget, ſo bedeutet dieſelbe nicht mehr, als, er ließ den auſſerwehlten Hauffen wieder von ſich ziehen, oder er gab ihnen Freyheit, daß ſie nicht mehr unter ſeiner Hand und Commando ſtunde; wie allen denenjenigen bekant, die die Mund-Art der Hebräer, und den Gebrauch der Worte השליך מיד nur ein klein wenig eingeſehen haben. Nonne, qui haec legit, per coelum & terram iuraret, haec reuera ita ſe habere: cum nihil ſit a veritate magis alienum. Ego, qui multos literis Hebraicis annos impendi, nondum didici השליך מיד notare, *dimittere.* Cur vero Autor ſuae opinioni aſſerendae nulla exempla adduxit? Non quia ſuperflua iudicauit, ſed quia nulla aderant. *a*) Verbum השליך ex natura ſua, quae ex deriuatis innoteſcit, non poteſt indicare *dimittere.* Latius fatemur, aliquando extenditur, nec ad ſimplicem proiectionem ſemper aſtringitur; at quoties adiicitur vocabulum מיד *e manu*, aliam non patitur expoſitionem, quam e manibus *eiiciendi* aliquid, quod manibus tenebatur. Deut. IX, 17. *Prehendebam duas tabulas legis,* ואשלכם מעל שתי ידי *&*

PRO-

PROIECI *eas ex manibus meis*. Num tabulas legis Moſes ſivit abire? An imperio ſolutas dimiſit? Superuacaneum judico, in re clariſſima teſtimonia accumulare. 2) Quid *proiecit* Heros? לחי, i. e. ſecundum mentem Aut. cl. ROBUR, *vim*, & *potentiam*. Hem *robur?* Quanam ratione Simſon *robur* poterat manibus *explodere*, vel etiam ſi placet *dimittere?* Omnino dicendum fuiſſet ſcriptori ſacro: וישלח את המחנה *dimiſit acervum*, i. e. *cohortem*, *turmam*. Abſurdiſſime pronuntiatur: *potentiam imperio ſolutam abire & recedere permiſit*. 3) At ut verum fateamus, ſecuritas Autoris cl. qua uſus eſt, שלך indicare *dimittere* ex errore profluxit. Confudit nimirum verbum שלח *Schalach*, quod cum ח Cheth ſcribitur, cum שלך, quod Caph *poſſidet*. Illud ſcilicet notat *dimittere*, & *mittere*; Non hoc. Ingens hoc parorama fraudi fuit Aut. cl. Nam ſi differentiam horum verborum probe conſideraſſet, fortean de noua huius loci verſione, dicam*, an peruerſione, non cogitaſſet.

§. XVI.

Quod modo diſſeruimus, ex nomine loco, ubi Simſon Philiſtaeorum mille confodit, indito, amplius confirmatur. Videlicet nuncupabatur ille רמת לחי RAMATH-LECHI, i. e. *proiectio maxillae*. Ne telo hoc clar. Autor feriretur, quia רמה indubie *proiicere*, *iaculari* deſignat, affirmat LECHI antea habuiſſe id appellationis, cujus contrarium §. V. jam luculenter oſtendimus. Inſtat: Wann Ramath-Lechi ſein Nahmen davon bekommen, weil der Simſon den Kinnbacken dahin geworffen, ſo hätte es im

Hebräiſchen nicht heiſſen müſſen וישלך, ſondern וירמה, weil ſonſt keine ratio onomatologiae in Grund-Text vorhanden. Scilicet quia Ramath, non השליך בְּיָד, ſed רמה ortum debet. Mira ratiocinatio. Scripturæ tamen diſertiſſimis verbis monet, *nomen accepiſſe locum* RAMATH LECHI, *quia illinc mandibulam aſini Simſon eiaculatus erat*. Quorſum effugia? Cepit locus denominationem non a verbo השליך, id nullibi memoratur, ſed ab *actione* Simſonis. Tam vero רמה quam השליך eadem virtute gaudet. Perinde itaque, a qua radice nomen locus ille ſortitus fuerit. Bene profertur: LUTETIA *ita dicitur a copia* COENI. Nec exempla ſacro Codici deſunt. נח NOA hoc nomine venit dicente patre: *quia* זה ינחמנו *hic nos conſolabitur*. Ad ſenſum ſcilicet reſpicitur: Nam *Noa* non a נחם Nacham, ſed נוח *Nuach* deſcendit. Autor vero cl. iterum hic in errorem incidit, dum רמה in Hiphil proponit וירמה Vaiarmeh, quod ſolum in Kal vſurpatur. Scribendum ſuiſſet וירם Iirmeh, non Iarmeh. Caetera verba textus ſacri, vtpote ab aliis commentatoribus ſatis illuſtrata hic non excutiemus.

§. XVII.

Praegnantem in ſingulorum ſcrutinio verborum cauſam deteximus nullam, quae Autorem cl. induxerit, detorſione ſacrorum verborum & *maxillam* eliminare, & *Simſonis robur* in ordinem redigere. Ad rem igitur paucis animum convertamus, & diſcedendi nobis erit licentia. *Atheorum* riſus & Antigraphorum cauillationes Autorem cl. ad pugnam prouocarunt. Iis ſcilicet *atque Simſonianus cum Sileni aſino* comparantur, qui Gigantes rudendo tur-

pem

pem in fugam coniecit. Id non erat aequo ferendum animo. At at neſcio, num ea cura ſecuros ſollicitet Atheos. Potiora ſunt, quae torquent Atheos, quam *Aſinina maxilla*. Deus ſcelerum vindex, & immortalis eſſentia animae horrorem iniiciunt. Simſonem dudum templi Philiſtaeorum ruderibus obrutum non metuunt. Atheus oracula diuina omnia conculcat, quidni Simſonis robur floccipenderet, & fortitudinem? Quod ſi caetera ſcripta ſacra pro diuinitus traditis ſuſcipiat, ſane de hac Simſonis hiſtoria nemini litem mouebit. Quid enim in illa ſtupeſceret? *Maxillam*, & maxilla percuſſos mille viros! Hoccine peregrinum alicui ſacra volumina peruoluenti & inauditum prorſus videri poteſt? At non ſimilia deſunt exempla. *Samgar* SEXCENTOS ſtimulo bouis *viros* perdidit Iud. III, 31. Ergone & *bouis ſtimulum* in copias militares Atheorum gratia transformabimus? *Ieſabeam* OCTINGENTOS armatos vno praelio proſtrauit, TRECENTOS Abiſai; idemque Ieſabeam Eleazaro & Samma comitatus maximum Philiſtaeorum exercitum non extimuit. 2. Sam. XXIII. Haec ergo hiſtoriae in poſterum reformandae ſunt, ne ab Atheis pro Graecorum fabulis habeantur. Μὴ γένοιτο. Nec enim a promiſſionibus diuinis abludunt. Leuit. XXVI, 8. *Centum e vobis perſequentur 10000. & hoſtes veſtros coram vobis gladio cadent.* Et Ioſ. XXIII, 10. *Vnus e vobis perſequetur hoſtium mille viros; quia Dominus veſter pro vobis pugnabit.*

§. XVIII.

Tandem apud ipſum SIMSONEM, Heroem in-

com-

Digitized by Google

comparabilem, pedem figamus. Hic vero, hoc in praelio, nihil a moribus ſuis alienum, aut virtute editius commiſit. Antequam in lucem ederetur, hunc Deus T. O. M. gentis Iſraeliticae *Seruatorem* & defenſorem deſignauerat: in eumque abundanter donum roboris & virium contulerat. Hinc in primis juuentutis annis leonem rugientem, vt hoedulum lacerauit, ſolus Gazae vrbis munitiſſimae portas in humeros ſuſtulit, funes & vincula creberrime vt fila tenuiſſima rupit. Eum ſolum, dormientem licet, Philiſtaeorum validae pertimeſcebant *inſidiae*; ſolus denique immane aedificium, cuius tectum 3000. viros capiebat manibus proſtrauerat. Talis Heros inſolitine quid perpetraſſet, mille viros occidendo, qui integram Philiſtaeorum gentem non reformidabat: ſed plena die mediis in hoſtibus verſabatur, & munitas ingrediebatur vrbes intrepidus, & illaeſus. Iam ex oppoſito, quod ſi cum cohorte cohortem infeſtam profligaſſet, quid tandem ſua potentia & robore dignum ediidiſſet: quod non quiuis alius facere potuiſſet. Hoccine eſt aliquid mirabile *copiis copias* fundere? Nihil vulgarius. Fruſtra igitur canit Simſon: *Vnica cohorte percuſſi mille viros*. Nihil inconcinnius. Id ſaepiſſime iam alii fecerant. Cui bono tot eximiae phraſes: *Vincula fregerat, vt fila. Spiritu coeleſti agitabatur:* Vociferabatur: *Dediſti per manum* SERVI TVI HANC LIBERATIONEM, MAXIMAM, *ineffabilem* HANC LIBERATIONEM. Militum auxiliantium nullus hic reſpectus, nulla ratio. Verbo monendum apud *Ioſephum* hiſtoriam hanc exactiſſime relatam, vti in ſacro volumine.

FINIS.

IN-

INDEX I.

Librorum, qui in V. Faſciculis vel re-cenſentur, vel integri exhibentur.

FASCIC. I.

I. Praefatio de libris rarioribus. pag. 1.
II. Caſp. Varrerii Cenſura in Pſeudo-Beroſum. Recens. p. 65.
III. Ioach. Camerarii Erratum. Integ. p. 89.
IV. Holofernis Krigſoederi Satyra in Caſaubonum. Recens. p. 126.
V. Franciſci Sacchini de libris legendis. Recenſ. p. 136.
VI. Caſp. Scioppii Priapeia. Recens. p. 151.
VII. Scioppii notae in Cenſuram Verderii. Recens. p. 160.
VIII. Heinſii ad Voſſium Epiſtolae duae. Integr. p. 166.

FASCIC. II.

I. Titii Recenſio operum hiſtoric. Thuani. Recens. p. 191.
II. Salmaſii judicia de prudentiae ciuilis ſcriptoribus. Integ. p. 217.
III. Gentis Burrhorum notitia. Integ. p. 243.

V.

IV. Monimentum Fr. Ioſ. Burrho ſacrum Int. p. 273.
V. Germania milite deſtituta; & literatis laborans. Integr. p. 283.
VI. Forcianae quaeſtiones. Recenſ. p. 331.
VII. Beringeri diſcurſus de veri Hiſtorici officio. Recenſ. p. 354.
VIII. Tollii tres Epiſtolae. Integr. p. 368.

FASCIC. III.

I. Ioh. Baptiſtae Galli notationes in Thuani hiſtoriam. Recenſ. p. 377.
II. Acta Theologorum Wurtembergenſium & Ieremiae Patriarchae CPni. Rec. p. 408.
III. Catalogus quorundam Mſſc. Graecorum CPli ſeruatorum. Int. p. 437.
IV. Sarkmaſii continuatio judiciorum. Integr. p. 444.
V. Meibomius de κυνοφορίᾳ. Integ. p. 467.
VI. Iac. Thomaſius de Doctoribus Scholaſticis lat. Integ. p. 507.
VII. Excerpta literarum ad Meurſium ſcriptarum. p. 548.

FASCIC. IV.

I. Burtoni Hiſtoria linguae Graecae. Integr. p. 597.
II. Pandectae Florentinae. Recenſ. p. 709.

III.

Digitized by Google

III. Chiffletius de Ioanne Papiſſa. Integ. p. 737.
IV. Clauiculae Salomonis. Recenſ. p. 747.
V. Epiſtola Amici de iisdem. Integr. p. 759.

FASCIC. V.

I. Iacobus Haſaeus de Berytenſi ICtorum Academia. Integr. p. 1.
II. Ioh. Philippi Heinii Diſſertatio de maxilla Aſini Simſoniana. Integr. p. 121.

INDEX II. RERUM.

Numerus paginam notat, & ſolus quidem quatuor priorum Faſciculorum, ſed adiunctam ſtellulam habens Faſciculi quinti & vltimi.

ABelardus Scholaſticus dict. Peripateticus Palatinus. 516. 517. Autor Theologiae Scholaſticae. ib. Patria. 519. aetas. 520.
Abibalus rex Beryti. *109.
Aboriginum abſurdum etymon. 87.
Academiarum numerus minuendus. 302-305. Academia Berytenſis, vide Berytus. Tres tantum Academiae in orbe Romano. *73.
Accurſius. 682.
Achiuſ. 622.
Acroateria Berytenſia. *68. 69. Eorum mentio apud Geographum anonymum. ib. Splendidiſſimi apud Zachariam. *70.
Acta Theologorum Wurtembergenſium cum Graecis ab anno. 1576. 408.
Actia-

Actiacae victoriae annus. * 34.
Adiutor in ſcena. * 101.
Agathias cur σμυρναῖος. * 95. 96.
Agrippae vanitas ſcientiarum perſtringitur. 114.
Alaſtor in epiſtola Heinſii eſt Salmaſius. 166. & ſqq. vid. Salmaſius.
Albertus M. in eo deſinit aetas prima Scholaſticae Theologiae. * 525.
Ammonius, nomen Dialogi. vid. Zacharias.
Ammonius Hermeae filius. * 97. diſtinguitur a Sacca. * 98.
Ἀνάκτορον pro auditorio. * 68.
Anatolius anteceſſor Berytenſis. * 82.
Anatolius ciuis Berytenſis Acad. * 99. dictus Azutrion. * 100.
Angli, vid. Ἴγλιοι, & Britan.
Angli docti. 694. & ſqq.
Annius Viterbienſis Beroſi ſuppoſiti editor. 70. eius ignorantia. 77. 80. 86. vid. Beroſus.
Anonymus de mediis pacis in Imperio ſeruandae notatur. 459.
- - - morientis Poloniae 460.
- - - Conſilii pro redintegrando Polonorum regno. 460.
- - - Reginae Chriſtianiſſimae iurium in Brabantiam. 465.
Anteceſſores Berytienſes. * 78. & ſqq.
Apio Cymbalum mundi. 607.
Apollonius Tyrus Mſc. 569.
Appianus martyr ciuis Beryt. Academiae. * 93.
Arabes Graecis vtuntur vocabulis. 679.
Arcadius quidam Berytum migrat. * 105.
Ariſtoteles ideas impugnat. 533. Eius cum Platone concordia. 537.
Aſinus. vid. Chamor.
Ἀτέχνως. * 71.
Athenodorus Gregorii frater num Beryti fuerit. * 90.
Auberius, de eo iudicium. 462.
Auditorium. vid. Acroaterium.
Azutrion, Anatolii cognomentum, num ex Latin. Adiutor * 100. Num ex Hiſtrio. * 102. Vox videtur corrupta. * 103.
Babylon a quonam condita. 73.

Bacchi-

Bacchini de ſiſtris diſſertatio. 25.
Baelius cit. * 21.
Barathena. * 19.
Batna vrbs, duplex. * 111.
Ber, באר, fons. * 16.
Bergellani (Ioan Arnoldi) Carmen de Chalcographiae inuento. 30.
Beringerus de officio veri hiſtorici. 354.
Beroe, i. q. Berytus, quam vide.
Beroe Nympha, eius patria Berytus. * 31. ad eam refertur a Nonno Berytenſis Academiae origo. ib.
Beroſus Chaldaeus quid ſcripſerit. 71. quando vixerit. 72. quinque libri Beroſo, ſubditi ab Annio Viterbienſi, 1) quia continent contradictoria. 73. 74. 2) Memorant Beroſo poſteriora. 76. 3) referunt allotria. 81. & abſurda. 85.
Beroth, vrbes, quae a fontibus nomen habent. * 16. 17.
Berytenſis Academiae mentionem Iuſtinianus facit. * 24. an eius Origo ad Auguſtum referenda. * 25. an floruerit temporibus Hadriani ib. an Seueri aetate orta. * 26. Ortus ad Auguſtum refertur, quod ex Nonno adſtruitur. * 28. & ſqq. Et ex Iuuenali. * 36. & ſqq Academiae huius celebritas ante an. 231. ex Thaumaturgo probatur. * 53. 54. eius ſtatus a Seuero ad Theodoſium M. * 55-57. Sub Iuſtiniano maxime floret. * 58. Sed terrae motu corruit. * 59. In ea praecipue jus docebatur. * 60. Et quidem Romanum. * 62. Romana lingua. * 64. Eius acroateria. * 68. Priuilegia. * 73. Leges. * 74. Abundat Studioſis nequam. * 75. & ſqq. Anteceſſores. * 78. 79. Ciues Theologi * 86. & ſqq. Iureconſulti * 92. & ſqq. E longinquis regionibus huc ſtudioſi veniebant. * 106. Studioſorum abundantia. * 107.
Berytii Eruditi. * 108. Epiſcopi. * 117.
Berytus. Scriptores de Beryto. * 13. an a Beer באר. * 16. an a ברית Beruth, robore.! * 17. vrbes Beryto cognomines. * 18. 19. Berytus alias Beroe, & vnde. * 20. &c. alia Beroe. * 21. Ita dicta a Macedonibus. * 22. terrae motu conquaſſatur. * 56.

Digitized by Google

Bibliotheca Budana. 369. Florentina. 371. Erpenii vid. Erpenius.
Biel (Gabriel) 527.
Birtha Meſopotamiae vrbs. * 18
le Bleu (Iac.) de eo Sarckmaſii judicium. 238.
Boeclerus, de eo Sarkmaſii judicium. 212.
Boethius in Concordiam Platonem & Ariſtotelem vult redigere 537.
Brandes, de eo judicium. 450.
Braſichellani (Ioan. Mariæ) Index expurgatorius. 37.
Briſſonii de cereo Paſchali liber. 16.
Britanni excolunt linguam Graecam. 685.
Budaei erratum. 117.
Burgoldenſis. vid. Oldenburgerus.
Burrus. Burri omnes a Spurio Burro, ad Chriſtoph. Burrum recenſentur. 247-257. Ioſeph. Franc. Burri Genealogia. 257-267. Inſcriptio huic Burro ſacra. 273.
Burtonus juuenis ſcripſit Hiſtoriam Graecae linguae. 599.
Camerarii (Ioach.) erratum in Scazonte, & hiſtoria. 90. 91. in ſtilo. 95.
Campana (Caeſar) de eo judicium. 362.
Campani (Ioan. Anton.) Carmen in Germaniam. 31.
Canaille, vnde. 503.
Canteri frater. 570. Arnobius. 575.
Canum portatio. vid. κυνοφορία. Canis expiatorius. 500. animal impudens. 504.
Caſaubonum peſſima Satyra perſtringit Scioppius. 126-135. flagitia ipſi obiecta. 130. Idem ſub nomine Hortiboni Theocritum edit. 132. Eius vitia Grammatica, ſi Scioppio creditur. 134.
Catulli caſta Carmina. 159.
Chamor, חמר, aſinum notat, nunquam acervum, qui Chomer vocatur. * 134. 135. Num Lexicographi verterint ein Troup. ib. An poſſit dici Chamor, i. e. acervus militum. ib. quid Chamor Chamorathaiim. * 142.
Chiffletii judicium de Ioanna Papiſſa. 736.
Chytraeus (Dav.) de eo judicium. 363.
Ciceronis errata. 103. 104.

Clar-

Digitized by Google

Clarmundi errores. 189.
Clauiculae Salomonis. 748.
continent abſurda. 749.
refutantur. 760-781.
Conceptuales. 543.
Conringius, de eo Sarkmaſii judicium. 219. Scriſit de Beryto. * 13.
Coſmi Medici laus. 712.
Cratinus Anteceſſor Beryt. * 82.
Crenius, de eo judicium. 11.
Cruſii (Mart.) epiſtolae ad Patriarch. CPtanum, quibus ratio religionis Lutheranae redditur. 416. 430. Eius laus. 434.
Cyrene, vnde. * 19.
DAemonum evocatio, & dimiſſio ex clauiculis Salomonis. 754. 755.
Damaſcenus. 510.
Danorum in terram S. profectio. * 564.
Dionyſius Berytius. 117.
Dorotheus Anteceſſor Berytius. 71. * alii Dorothei. * 82.
a Dudinck Palatium Apollinis & Palladis. 15.
Durandus, in eo definit aetas ſecunda Scholaſticae Theologiae. 525. 526.
ab EFfern (Wil. Ferd.) de eo judicium. 456.
Egnatius Celer quis. * 36. 37. Patria Berytienſis. * 39. 112. Graecus. * 150.
Ehingeri (Eliae) Catalogus Bibliothecae Auguſtanae. 73.
Entelechia. 118.
Eraſmi Roterod. erratum. 116.
Erpenii Bibliotheca Oxonium translata. 548.
Errata eruditorum vnde. 99.
Ἐκτεοχρητες. 652.
Eudoxius Anteceſſor Beryt. * 80.
Euſebius Nicomed. ante Beryt. Epiſcopus. * 117. 118.
Euſthathius Beryt. Epiſcopus. * 118.
Excerpta num facienda. 146. quando & quomodo. 148. 149.
FAbricius (Ioh. Alb.) de Beryto ſcripturus. * 14.
a Felde (Ioh.) de eo judicium. 447.
Felwinger (Ioh. Pauli) de eo judicium. 451.
Firmilianus Beryti non fuit. * 90.
Foeminarum Italicenſium ingenia. 349. Laus. 353.
Forcianae quaeſtiones. 331.
Francus (Iac.) 358. 360.
Freheri mors. 561.
Friſchmannus (Ioh.) de Burro-

Digitized by Google

rorum familia. 243.
GAllus (Ioh. Baptiſta) Thuanum Hiſtoricum impugnat, vt in Pontificiam religionem iniurium. &c. 377-408.
Gaza Theſſalon. errat. 115.
Gellii erratum. 111.
Geographici veterum errores. 83.
Geographus anonymus. vid. Gothofredus.
Germania milite deſtituta, & literatis abundans. 283. floruit ſub armis. 286. remedia, quibus languenti Germaniae ſuccurri poſſit. ib. ad finem.
Gokelius, de eo iudicium. 410.
Goldaſtus Tertullianum aliquibus in locis emendat. 554.
Golius Alepum petit. 550.
Gorgonei pinna Caballi quid ſit. * 38. 40. 47. & quis locus, vbi pinna delapſa. ib. & ſqq.
Gothofredus edidit Geographum, cum ſua verſione Graeca, qua multos in errorem duxit. * 69.
Graecae linguae laus. 618. non eſt phoenicia. 639. attamen Graecae literae e Phoenicia adductae. 641. &c. Graeca lingua ex variis conflata Dialectis. 646. Dialecti potiores, earundemque ſcriptores. 649. &c. Graeca lingua in Britannia. 656. 685. Eius latitudo. 660. pretium apud Romanos. 666. apud Iudaeos. 671. Ruina. 68. Graeca ſunt non leguntur. 682.
Graeciae termini. 619. Hellas, vid. Hellen. A barbaris primum incolitur. 624-626. Graecia magna. 630. Graecia a Saracenis occupatur. 678.
Graecorum Acta cum Wurtembergenſibus Theologis. 408. Graecorum religionis fundamenta ex epiſtola Patr. Ieremiae 420-430. Graeci γραῖκες vnde. 621. Eorum Coloniae. 627. 632. & ſqq. artes excolunt. 645. diſtinctio in Iudaeos & Graecos. 674. Graeci patres. 677. Graecorum Scriptorum capta CPoli per Europam diſperſio. 700.
Gregorius Thaumaturgus octo annos ſub Origenis diſciplina exigit. * 54. 55. Beryti literis non incubuit. * 87-90.
Grotius (Guil.) Beroeam confundit. * 22.

Gru-

Gruneweld num ſcripſit Germaniam milite deſtitutam. 283. 284.
HEckelii opuſcula rara. 36.
Heinſii epiſt. ad Voſſ. quibus multa de Salmaſio, eiusque vxore. 166. & ſqq.
Hellenes quinam. 620.
Heneri (Renati) Bucolica.
Herculis abſurdiſſima deriuatio. 87. 88.
Hermippus doctus Berytius. *114. alia eius nominis. ib.
Heſenthalerus, de eo iudicium. 449.
Heurnii controuerſia cum Bontio. 552.
Hipſicratis Homeri interpretis error. 107.
Hiſtoricorum quorundam errores. 355.
Hoeſchelii laus. 962.
Holofernes Krigſoederus. v. Scioppius.
Homeri per literas diuiſio. 606. Rapſodiae ib. Num primo cantatus. 609. 610. a quonam in Graeciam allatus. 615. a Iuſtiniano citatur. 617.
Hornius (Ioh. Frid.) de eo iudicium. 237.
Hornius (Georg.) de eo iudicium. 239.
Hortibonus vid. Caſaubonus.
ICarus quidam num ſub Nerone. *49.
Ideæ Platonis. 534.
Ieremias Patr. CPtanus 408. eius ad Lutheranos ſcripta. 420-431.
Ieſus non docuit Beryti. *86.
Ἰγλῖοι, Angli. 687. 688.
Impoſtor. Liber de 3. Impoſtoribus extat. 12. 13.
Inauditus, pro diuulgatus. 499.
Ioanna Papiſſa. Scriptores veteres huius traditionis ex Mſſc. examinantur. 739-742. Platinae de eo relatio. 742. Sella perforata. 744.
Iohannes quidam Berytum mittitur. *105.
Irenicus (Franc.) 33.
Italorum diuerſitas in ſitu diis. 333. mercatura, militia. 334. 335. victu. 337. veſtibus. 339. oratione. 340. Conſiliis. 341. moribus. 342. amore. 343-347. excipiendis hoſpitibus. 348.
Iudaei vocabula deſumſerunt ex lingua Graeca. 671. diſtinctio in Iudaeos & Graecos. 674.
Iulianus anteceſſor Beryt. *84.

Digitized by Google

Iuliani rhetoris erratum. 110. 111.
Iulianus (Saluius) *84.
Iuris ſtudium, quid ad illud requiratur. 308. jus Beryti docetur. *60. &c.
Iuuenalis, ex eo Berytenſis Academiae antiquitas aſſeritur. *35. Locus de Gorgoneo Caballo illuſtratur. *40. alius de Graeco pennas ſumente. *48.

KHeuen-hulleri Annales Ferdinandei. 21.
a Kranich-feld (Ioan. Piſezki) de eo Sarkmaſii judicium. 448.
Κυνοφορίας exempla 468-495. poena antiqua. 496. ignominioſa. 497. turbatorum pacis publicae. ib. militaris. ib. & nobilium. 498. vnde orta 499. Eius cauſae. 501.

LAkach, לקח, an erudire. 139.
Lanfrancus, an Autor Theol. Schol. 522.
Langbainius. 603.
Langermannus Heinſii comes. 171. &c.
Lares viales. 562.
Lechi, לחי nomen loci, vnde. *129. pro Ramath-Lechi. ib.
Lechi appellat. num humerus. *129. 130. deriuatur a לחה Lachah, non a לחח Lachach. *130. 131. Num conueniat cum לח. ib. nihil aliud notat quam maxillam. *132. 133.
Lectio librorum neceſſaria. 137. vid. libr.
Leges Academiae Beryt. *74.
Lentulus (Cyriac.) de eo judicium. 230.
Leontius Anteceſſor Beryt. *80.
Librorum raritatis cauſae. 18. 19. & ſqq. libri legendi. 137. cum delectu. 138. & ordine. 139. & conſtantia. 142. tempus legendi. 143. Methodus cognoſcendi bonitatem libri. 144. Excerpendi ratio. 146-150. vid. Excerpta. Librorum aliquot MSSC. Graecorum Catalogus. 437-444.
Lichtenbergeri Poſtilla. 17.
Lindenbruchius de riſibus Eccleſiae. 575.
Linguae latinae laus, ab Italis negligitur. 67. linguae Graeca. v. Graeca.
Literarum antiquitas. 611. 613.
Literatorum copia ſtudiis contemtum parit. 288. Reipublicae non conducit. 292. Quinam literis debeant incumbere. 295.

De-

Delectus ingeniorum habendus. 299.
occenius, de eo iudicium. 445.
ombardus Theol. Schol. poſt Abelardum Autor, Magiſter ſententiarum. 521.
otichii carmina. 32.
ojolae (Ignatii) Conſtitutiones pro Societate Ieſu. 22.
ucretii error. 109.
udi ſtudioſorum Berytienſium perditi. *76. 77.
ugdus an inde Lugdunum. 76.
upercus ciuis Berytius. *112.
upercus alius. *115.
MAgiſter ſententiarum, vid. Lombardus.
artialis error. 108.
artini (Nicolaus) de eo iudicium. 234.
artyris (Petr. Anglerii) Epiſtolae. 24.
aſſilia Graecorum Colonia. 632.
axilla, de maxilla Simſonis obſeruatio Hafnienſis. *121. ei oppoſita diſputatio Hafnienſis. *123. maxillam reperit Simſon non milites. *126. v. Lechi, Chamor, Theri. Phraſis: Maxilla aſini recens, reſpuit milites. *137.
Maza, מצא inuenire milites, non dicitur. *128.
Medicinae ſtudium, quomodo inſtituendum. 313.
Mediolanenſe Collegium. 367.
Meibomius de κυνοφορία. 467.
Menagii ſententia de ortu Academiae Berytenſis. *26.
Mercurius Gallo-Belgicus, de eo iudicium. 361.
Meteranus, de eo iudicium 366.
Meurſii hiſtoriae Belgicae 33. Gloſſarium. 551. 568. leges. 558. 561. 565. 570. in Arnobium emendationes. 567. Areopagus 572. Liber de gloria. 57[illegible]. lius fortuna. 580. 594.
Miſlerius, de eo iudicium. 458.
Mnaſeas Berytius. *116. alii eius nominis. ib.
Montaigne. 466.
Monzambano, de eo iudicium. 226.
Moſchi pratum ſpirituale. 553.
Mulzius, de eo judicium. 457.
Muſaeus. 613.
Myſteria Clauicularum Salomonis. 7[illegible].
NOmina formae קטל e ki vnde dict[illegible]. *131.

Nomina propria vocibus nouam non induunt ſignificationem. *128. 129.
Nominalis. vid. Ruſee inus. Secta Nominalium; 528. Occam eam reducit. 530. Nominalium cum Realibus controuerſiae. 531. diſputant de vniuerſalibus. 532. Conſentiunt Stoicis. 535. Platonicis. 537. 538. &c. In ſectas ſcinduntur. 542. &c.
Nonnus citatur de vrbe Beroe. *20. notatur * 22. elucidatur de ortu Beryt. Acad. *28. & ſqq. paſſim illuſtratur de doctrina iuris Beryt. *62. *66.
Occam Nominales fouet. 530. poſt eum nulli Nominales ex Auguſtinianis. 545.
Ochini Catechiſmus. 17.
Οἰκουμένη orbis Romanus. *32.
Oldenburgerus, i. Burgoldenſis, de eo iudicium. 228.
Origenis fugae annus. *55.
Orpheus. 613.
Ouidii erratum. 109.
Οὔτινα Stoicorum. 535.
Palponiſta Bernh. Geyſtenſis. 20.
Pandectae Florentinae. 729. editio Taurelliana ib. methodus. 724.
Parei Plautus. 587.
Patricius Antec. Beryt. *80.
Pèccenſteinorus. 35.
Pegaſus ICtus. *40. Inde ius Pegaſianum. *41. 42. Et SC. Pegaſianum. *44. Et Secta Pegaſiana: * 45. Pegaſus eſt Iuuenali Gorgoneus Caballus. *47.
Peregrinationes Germanis prohibendae. 316.
Peripateticus Palatinus. vid. Abelardus.
Περισκυλακισμός. 500.
Peuceri vitae Illuſtrium Medicorum. 17.
Phaedri fabulae a Rittershuſio edendae. 557.
Picturae in templis Romanorum. *72.
Platonis Ideae. 533.
Plauti errores. 107.
Plinii errores. 106.
Poli (Reginaldi) defenſio vnitatis Eccleſiae. 25.
Pontanus errat. 113.
Popping. (Ioh. Frid.) de eo iudicium. 241.
Porphyrius contra Chriſtianos. 177. quomodo Tyrius & Bataneotes. *110.
Priapi natiuitas. 153. Nomina, cultus. 154. Priapeia quaedam. 156.
Priſciani erratum. 312.

Pri-

ilegia Academiae Beryt. * 73.
clus. 591.
lepſis nominum propriorum. * 129.
endorſius (Sam.) de eo udicium. 235.
Vintiliani erratum. 106.
Achelius (Sam.) de eo iudicium. 233.
lamath-Lechi, cur Lechi vocatur. * 129.
les oppoſiti Nominalius. 528. eorum controuerſiae. 531. Platoni conſentiunt. 539. diſtinuuntur in Scotiſtas & Thomiſtas. 547.
ationes hebdomadales, le iis iudicium. 358.
fendſo. vid. Roſenfeld.
tershuſius parat editioem Phaedri. 557. laudat Meurſium; ſcribit de reus exiguis non contemnendis. 558. Ius Iuſtiianeum. 561.
inus (Andreas.) 27. 35.
nani a Graecis multa eſumſerunt. 660. Graecos vertunt in vernacuum. 666. Graeca lingua tuntur. 668. Romanum rbis imperium. * 32.
us Romanum lingua om. Beryti docetur. * 63.
4. Romanae linguae latitudo. * 65.
de Roo Annales Auſtriaci. 23.
Roſenfeld, i. q. Relfendſo, de eo iudicium. 240. 455.
Rosweydus vult edere Moſchi pratum ſpirituale. 553.
Ruſcelinus, doct. Scholaſt. Nominalis. 511. Eius vera aetas. 512-515.
SAcchini (Franc.) opera recenſentur. 136.
Salaminius Antec. Beryt. * 82.
Salmaſius ſub nom. Alaſtoris notatur ab Heinſio. 166. 181. Cauſa huius nominis. 185. hiſtoria ridicula de eius vxore. 185.
Salomonis clauiculae. vid. Clauiculae. Num Magiae deditus. 762-768. Libri Magici ei attributi. 769. 770.
Sanchoniathon Berytius, cur Tyrius. * 109.
Sarkmaſius. vid. Schurzfleiſchius.
Scaligeri leges Atticae. 571.
Schalach, שלח, diſcrepat a שלך. * 144.
Schmidelius, de eo iudicium. 457.
Scholares diſcipuli. 509. * 94.
Scholaſtici quinam 508. * 95. Scholaſtici doctores

Digitized by Google

res. 509. Latini Theologi. 510. Philoſophorum primus Ruſcelinus. 511. Theol. Scholaſticae initium ſub Abelardo. 516. & Lombardo. 521. Num ſub Lanfranco. 522. exſpirat ſub Luthero & Melanchthone. 523. floret ſupra 4. Secula. 524. In tres aetates diuiditur. 524. 525. In ſectas ſcinditur. 528. In Nominales & Reales. ib. vid. Nominal. & Reales. Scholaſticorum quaeſtiones ineptae. 546. laude ſua non carent. 547.

Schurz-fleiſchius (Conr. Sam.) ſub nomine Eubuli Theosdati Sarkmaſii judicia de variis prudentiae ciuilis ſcriptoribus edit. 217. 444.

Scioppius nomine Holofernis Krigſoederi Satyram in Caſaubonum edit. 126. Crimina ſibi obiecta diluit. 128. Eius Priapeia. 151. Homo obſcoenus. ib. Cenſura in Verderii cenſionem. 160.

Scipio Gentilis Berytenſem Acad. ad Auguſtum refert. *25.

Scotiſtae. 547.

Scriptura S. cum veneratione tractanda. *123. loca illuſtrata. Iud. XV, 15. 16. &c. *124. & ſqq. Hoſ. XI, 4. *129. 130.

Seculi genius. 319.

Sella perforata Pontificum Rom. 744.

Sella in locum poenae portata. 505. 506.

Senecae errata. 108.

Septuaginta interpretum errores. *132.

Septum pro templo. *68. 96.

Seuerinus ciuis Acad. Beryt. *94.

Simſon Heroum fortiſſimus. *126. an reperierit milites loco maxillae. ib. quare manum extenderit. *138. an fecit quid ſuo robore] editius caede 1000. virorum. *47.

Socoſonius. 408.

Sophiani Graecia. 622.

a Soto, in eo deſinit aetas III. Schol. Theol. 525.

Sozomenus, num ciuis Acad. Beryt. *104. eius patria. *105.

Spenerus (Phil. Iac.) de eo iudicium. 237.

Spyridon carpit Triphyllium. *91.

Stephani (Henr.) de origine mendorum liber. 15.

Stoici quid ſenſerint de Ideis. 534.

Stra-

Strato Berytius. * 116.
multi Stratones. ib.
Strauchius (Ioh.) de Beryto metropoli ſcripſit. * 131.
Studia quomodo tractanda. 306. & ſqq.
Studitae opus Catecheticum. 593.
Syneſius num Antec. Beryt. * 83.
Syri ſaepe Graeci dicuntur. * 51.

TAurellus editor Pandectarum Florentinarum. 709. quid iis praeſtiterit. 724.
Taurus Philoſophus Berytius. * 115.
Τέμενος, templum & Acroaterium. * 68.
Tertullianus quibusdam in locis emendatur. 554.
a Teuteberg de eo iudicium. 554.
Textor (I. W.) de eo iudicium. 452.
Thalleleus antec. Beryt. * 82.
Theologiae ſtudium, quid ad illud requiratur. 306.
Theri, תשרי, recens, propria huius vocis notio eruitur. * 136.
Thomiſtae. 547.
Thuani hiſtoriae mutilatae. 28. editio antiquisſima. ib. Editiones Pariſinae. 191-201. Francofurtenſes. 201-203. Aurelianenſis & Geneuenſes. 203-208. iudicia de his editionibus. 209. Multa in iis variantia. 210. addita. 211. errata & menda. 216.
Thuanus a quodam inſulſo Scriptore notatur, 377. 377. vid. Gallus. De eo quaedam Caſaubonus. 571.
Titius (Ioh. Petrus) eius recenſio operum Thuaneorum. 191.
Tollii epiſtolae duae ad Carpzouium Florentiae ſcriptae. 368. 370. Vna ad Fellerum Viennae 373.
Triphyllius Epiſcopus Beryti literis incumbit. 91. de eo hiſtoria occaſione vocis κράββατον. * 91.
Tunes vrbs vnde dicta. 88.
Typographi accuratisſimi. 6. 7. 18.
Tyrii dicuntur Syri qui tamen Tyro non ſunt orti. * 110.

UNiuerſalia ſubiectum ſunt Controuerſiae inter Nominales & Reales. 53?.

VAlerius Probus, doctus Berytius. * 112. Eius Commentarii num genuini.

ini, ib. 113.
Varrerii ſcripta. 65. 99.
Velſeri mors. 567.
Verderii (Claudii) cenſio a Scioppio cenſetur, eiusque vitia Grammatica deteguntur. 160-165.
Winkelmannus (Ioan. Iuſt.) de eo iudicium. 453.
Wurtembergenſium Theologorum Acta cum Graecis. 408.
Zacharias, Mitylen. Epiſcopus deſcribit Acroaterium Berytenſe. *70. 71. edit Dialogum de opificio mundi, ſub nomine Ammonii. *97.
Ζωγράφος. *72.
Zonarae epiſtolae. 594.
Zoraaſter, Agathiae, & Pſeudo-Beroſi de eo relatio. 78.

FINIS.

CONTINENTVR IN HOC FASCICVLO QVINTO.

I. Iacobi Haſaei de Berytenſi ICtorum Academia liber.

II. I. Philippi Heinii de Simſoniana Aſini maxilla diſſertatio,

III. Index geminus Autorum & rerum locupletiſſimus in omnes quinque Faſciculos.

Digitized by Google

Digitized by Google

AD LECTOREM.

Cum a loco, ubi noſtri faſciculi excuduntur, longius abſim, multi errores irrepſerunt, quos ne auctori adſcribas, rogamus. Itaque eos nunc emendamus.

In Faſciculo I.

p. 5. l. 8. *ſtudeant* leg. *ſtudeat*.
p. 9. l. 7. dele: *ut*
p. 10. l. 21. *publice* leg. *pu-blice*.
p. 11. l. vlt. *egregie* leg. *egre-gia*.
p. 12. in notis. 1404. leg. 1704.
p. 13. l. 11. *Praeſtato* leg. *præ-ſtito*.
p. 23. in Not. *accipiendum* leg. *occipiendum*.
p. 26. in not. *prolegominis* leg. *prolegomenis*.
p. 28. l. 17. *ille*: leg. *illa*:
p. 29. in not. lin. 11. *vrbis*. leg. *verbis*.
p. 31. l. 4. *do* leg. *de*.
p. 34. in not. lin. 1. *Io*. leg. *Iacob*.
p. 37. l. 13. Burc-Gotthelf Struvito leg. *Guil. Erneſt. Tentzelio*:
p. 67. l. 27. *quomodo*: leg. *quoquomodo*.
p. 74. l. 14. poſt. *flumina connectere*: adde: *poſſent*.
p. 88. l. vlt. *traiſſe*: leg. traxiſſe.
p. 89. in not. l. penult. *Part. VII.* leg *VI.*
p. 95. l. penult. *commiſſierat* leg. *commiſſurus*.
p. 96. l. 4. in not. *occupatu-rus* leg. *decipaturus*.
p. 127. in not. *veriſſimi*: leg. *veriſſima*.
p. 127. l. 1. *ſatis* leg. *fatis*.
p. 128. l. 1. *pietatem*, leg. *pietate*.
- - lin. 17. poſt *adlatraſſe*: adde: *in epiſtola*.
p. 152. l. 23. *præſentitia* leg. *præſentia*.
- - l. 18. *pedicatione* leg. *predicatione*.
p. 178. in not. l. 8. διὰ leg. διά.
- - l. penult. *recenſetur* leg. *recenſentur*.

Faſciculo II.

p. 192. in not. l. ſec. *Hericum* leg. *Henricum*
195. in not. l. 18. *ordine di-cat* leg. *ordine dedu-cat*.
p. 231. l. 22. *aſpicem* leg. *api-cem*.
- - l. 11. *commendatur* leg. *commentatur*.
p. 245. lin. 62. *immenſa* leg. *in menſa*.

Digitized by Google

p. 245. l. -- *an tum* leg. *tamen.*

p. 246. l. 10. *non idoneis* leg. *non inidoneis.*

- - l. 16. *veritate* leg. *a veritate.*

- - l. 7. *tum* leg. *cum.*

p. 376. l. 12. *mode* leg. *male.*

p. 368. in not. lin. 2. *exornaturas:* leg. *exornatas.*

p. 328. l. 14. *inter* leg. *inter.*

Faſciculo III.

p. 377. in notis l. 4. poſt: *Ieſuitæ Gallo* adde: *attribuunt.*

p. 535. l. 7. *diſceptarant:* leg. *diſceptata ſunt.*

p. 516. l. 27. poſt *hoc elogio* adde: *tacetur expreſſe.*

Monendum quoque duxi, me Faſciculo II. *Speneri ius Heraldicum* pro inedito habuiſſe, propterea quod nullum librum hoc titulo exornatum prodiiſſe a Spenero ſcirem, ſed nunc erratum deprehendo, & pro *ius* legendum eſſe *opus* facile mihi perſvadeo. Quod ne mihi imputes, nam bina exemplaria diverſo tempore ſcripta, quibus uſus ſum, hanc vocem ſervant.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google